est hoc vobis insitum inter cuncta mirabile de vobis vestrisq; de rebus, quãuis occultis, plus cuicũq;, q̃; vobis credere. Iuxtaq; Flacci sententiã, & mẽdacẽ timere infamiã, & falsa gloria delectari. Gau. Totũ vulgus vna voce me laudat. Ra. Nulla p̃nior ad errorẽ, atq; ad præcipitiũ via est, q̃; p vulgi vestigia. Quicqd pene vulgus laudat, vituperio dignũ est. Gau. Cunctis hominibus placeo. Ra. Placẽtes hominibus deus spernit, & placere hominibus, displicere est deo, cõtraria cõtrarijs gaudẽt. Gau. Vir boni nomẽ habeo. Ra. vitæ cõstãtia, & honestate, seruãdũ est, alioqui facile euanescet, vẽtus est.n. Gau. Multæ sunt in populo laudes meæ. Ra. Seuisti ĩ agro arido arbores caducas. Gau. Magnæ inter doctos etiã laudes meæ sunt. Ra. Si vere durabũt. Et vt ait Cicero radices agẽt, & propagabuntur. At si fictæ celeriter tanq̃; flosculi decident. Gau. Omnes vno ore meã prædicãt virtutẽ. Ra. Nõ in hominũ statu, neq; in p̃pria virtute, quãuis vera. Sed in ipso virtutũ omniũ authore gloriãdũ. Qui ↄtrariũ nõ facit nõ modo nõ assequtur assertiõe hominũ, quod nõ habet, sed id ipsum, quod habet, vel imminuit, vel amittit. Gau. Vulgus oẽ me p̃dicat. Ra. Dixi, & repeto, qcqd vulgus cogitat vanũ est, quicquid loquit̃ falsum est, quicquid improbat bonũ est, quicquid approbat malum est, quicquid prædicat infame est, quicquid agit stultum est. I

nunc insanórum sermunculis gloriare.

De sapientia Dialogus. XII.

GAV.

Apiētiā cōsecutus sum. Ra. Rē magnam, si vera esset, & inseparabilē a virtute. si illā igitur approbasses, hęc probata esset, sed vtraq; opinione aliquāto facilior est q̄; re. Gau. Sapiēs sum. Ra. Crede autē mihi, nunq̄; si vere esses, hoc diceres. sapiēs enim quātū est quod sibi desit, intelligit, nō gloriatur itaq; sed suspirat. Gau. Sapiētē me profitor. Ra. Bene irent res, si tot essent sapiētes, quot sapiētię professores. Nūc illud perdifficile est, hoc vero facillimū. Gau. Sum sapiēs. Ra. Si vere sapiēs esse vis, noli id quidē opinari. Credere se sapiētē primus ad stultitiā grad⁹ proximus est profiteri. Gau. Studio ad sapiētiā perueni. Ra. vtiq; sic ad illā peruenitur. Sed an tu perueneris, recogita. Nō est. n. res studij breuis, egens aliquot annorum vt reliquę artes, tota vel longissima opus est vita. Si quis (vt aiūt) tota die currens peruenit ad vesperā, satis est. notū est illud Platonis, vt alia multa præclarissimum, quo Ciceroni placet, & mihi, beatum cui etiā in senectute contigerit, vt sapiētiā, verasq; opiniones assequi possit. Has tu an calle medio obuias habueris, an nescio quo pēnato equo vectus ante tēpus attigeris incertum, tacito sapiens euasisti. Gau. Sapientię perfectionem cęlitus accepi. Ra. Est fateor cęleste donum sapiētia,

ſed magnus certe vir erat, & cœli amicus, q dicebat, nō φ iã acceperim aut pfectus ſim. Gau. Sapientiã cupida mēte cōprehēdi. Ra. vt pecunię rerumq; multarũ mala, ſic ſapiē tię cupiditas bona eſt. Sed an tu tantę rei capax ſis videto, certe, ille idē, Ego me inquit nō arbitror cōprehēdiſſe, & ille quoq; per magnus erat, qui cum deo de ſeipſo loquēs ſic aiebat. Imperfectũ meũ viderũt oculi tui. Hoc eſt propriũ Sapiētis, imperfectionē ſuã noſce, ac fateri. Gau. Sapiēs dicor. Ra. Non te tuę, neq; alienę vnq̃; voces, ſapiētē fecerũt ſz res ipſa. Gau. Sapiēs vulgo dicor. Ra. Vulgus inſanos ſapiētes dicere, & ſapiētes inſanos, iure ſuo didicit, quod eſt, vt falſa pro veris, veraq; pro falſis habeat: Nihil eſt a virtute, vel a veritate remotius q̃; vulgaris opinio. Gau. Oēs predicãt me ſapiētē. Ra. Ad famã fortaſſe aliquid. Ad ſapiētiã nihil omnino. Sētio aũt ſuper ſcriptionibus in niteris literarũ, qbus nihil eſt liberalius, nō ſatis eſt facere ſapiētes, q nō ſunt, ſed egregios & inſignes faciũt, ac verecũdos, ſereniſſimos inſuper, & illuſtres, vt iã ſimplex ſapiētię titulus ſit pudori, qui q̃; paucis cōueniat ſtupor eſt, obſoluit tñ inter titulos clariores, quos q̃ ſcribēdo ſic accumulãt, ſciũt ſe mētiri. Sed vrbani vel medacio fieri volũt. Vos qui legitis nō veros modo, ſed citra verum ſiſtere illos rati, publico errore fallimini. Nemo eſt: qui de ſuis rebus interroget. Omnes

alijs desectedũt. Vis aũt noscere q̃ sis sapiẽs verte oculos retro. Recordare quotiẽs ĩ hoc vitæ cursu cespitaueris, quoties aberraueris, quoties ofenso pede cecideris, quot puẽda, quot doléda, quot pœniteda cõmisseris, tũc si audes, te dicito sapienté, credo auté nõ audebis. Gau. Scio me sapiété. Ra. Literatum forsan vis dicere. Sũt enim plane literati ali qui vere, licet pauci, sapiẽtes, auté pene nulli. Aliud est sapiẽter loqui, aliud sapiẽter viuere, aliud dici, aliud esse sapiẽté. Fuere qui dicerẽt sapiẽté nullũ. id q̃; verũ falsum ue sit non disputo. Certe nimis pręrupta sentẽtia est, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapiẽtię. Hebręi sapiẽtẽ Salomonem suũ prædicãt, qui q̃; sapiẽs esset turba côiugũ, pellicumq̃; testaẽ, multoq̃; maxime dijs alienis, cultus exibitus. Romani sapiẽté Lęlium, & Catoné. Gręcia ipsa dum floruit septẽ habuisse dr̃ sapiẽtes. Ii quoq; hoc titulo indigni sequẽtibus visi erant. Qui excusant, dicũt nõ eos illũ sibi titulũ assumpsisse, sed ab errantibus populis traditũ posse disse. Vnus tãtũ fuit, sua possessiõe, suoq̃; sapiẽs iudicio stultissimus oiũ Epicurus. Quẽ titulũ cũ Metrodoro participare voluit, nec honorificum amici donũ ille respuit. Seq̃ etiã sapiẽté dici ęquanimiter tulit, vt sua illa q̃lis, q̃lis gloria, error esset alterius. Vnus quoq; sapiẽs Socrates oraculo dictus Apollinis, forsan ideo, vt vnum illum sapientẽ

proximus, falso testimonio, falsus deus ad amentiã, atq; insolentiã irritaret. Hęc de antiquis sapiẽtibus dixerim. Felicior ętas nostra, quę nõ vnum duosue, vel septẽ, sed in singulis vrbibus, ceu pecudũ greges numerat sapiẽtũ. Nec mirũ sane, multos esse, qui iã facile fiãt. Venit iuuenis stultus ad tẽplũ præceptores illũ sui prędicant, celebrãt, seu amore, seu errore, tumet ille, vulgus stupet, plaudiunt affines, & amici. Ipse iussus in cathedrã scãdit cũcta iã ex alto despiciens, & nescio qd cõfusum murmurãs, tũc maiores certatim, ceu diuina locutũ, laudibus ad cęlũ tollũt, tiniũt interim cãpanę, strepũt tubę, volãt anuli, figuntur oscula, vertici rotũdus, & niger pannus imprimitur. His peractis descẽdit sapiẽs, q stultus ascenderat. mira prorsus trãsformatio, nec Nasoni cognita. Sic fiũt hodie sapiẽtes. Venus sapiẽs fit aliter. Gau. Sapiẽs sum. Ra. Solẽt qui de se magnifice sentiũt, prẽsidẽtes maiora viribus aggredi, inq; nisu medio prolapsi, suo vel periculo vel pudore cõdiscere, q̃ iusti rerũ ęstimatores fuerint suarũ. Pręstat igit (mihi crede) falsas opiniones abijcere, insolẽtiã deponere, insipientiã circũspicere, & optare, ne qua experiẽdę sapiẽtię necesitas incidat, quæ declaret te de nihilo gloriatum. Hæc rectior tutiorq; quęrende sapiẽtię via est. Gau. Credo ego ad sapientiã peruenisse. Ra. At si mihi obsequeris ad illam potius assurgendo, ni-

tendo q; perscrutnies, q; credendo. Nihil alius ascendit q; humilitas operosa.

De religione Dialogus. XIII.

GAV.

R Eligione glorior perfecta. Ra. Religio optima, ac perfecta vna est, supra Christi nomen, supraq; petrá firmissimã fundata, reliquę omnes superstitiones vanę, & deuię, & errores sunt, qbus est iter ad tartarũ, atq3 ad mortem, non hãc momẽtaneá sed ęternã. Et quot putas, quãtiq; viri huius verę religionis in opiam miserabiles passi sunt, cũctis in rebus alijs altiores? Habent illi, quod ętarnũ gemãt, habes tu vnde glorieris, & gaudeas, nó in te quidẽ, sed in eo, qui te summa in re tãto maioribus praeferre dignatus est, qua nil maius, nil melius, tibi tribui poterat In hac vita, de qua loqui aliqd vberius nó grauarer, ni res ipsa cęlesti lumine pene iã oĩbus nota esset. Gau. Pijs sacris initiatus sũ. Ra. Pia sacra religionis hu̇ius sunt tãtũmodo reliqua℞ oluʒ sunt furores ritusq; sacrilegi. Neq; tñ initiatũ esse sufficit. Maius est forte, q; putas deuoto licet aio dul ce negociũ. Nó eniʒ deũ nosce satis est, qd & dęmones faciũt, q oderũt, Amor, & cultus exigit, his ex rebus constãs, quae vtiná tam bene implerentur ab hominibus q; sciuntur. Gau. De vera religione mihi placeo. Ra. Placere sibi, superbire est. Hęc autem vera religio, quae te deo religat, deum tibi humi/

sitatẽ pijs mẽtibus inserit, in solendã extirl pat. Sic tibi igitur gaudere pmissum, vt quã to lętior, quãto q; religiosior tãto sis melior & opibus bonis affluẽtior. Illi gratias agẽs q; tibi ex hac mortali vita rectuȝ iter ostẽdit ad æternã vitã. Gau. verã religionẽ (deo gratias) sum adeptus. Ra. Bene ais deo gratias Custodi autẽ illã bene ab erroribus, a negligentia, a peccatis, & sic habe, si hãc assecutus es, & in ea te exerceas, vt dignuȝ est. Cessare cõtrouersiã, de qua modo litigauimus, cũ sit scriptuȝ sacris in literis. Pietas est sapiẽtia, & per aliũ. Initiũ sapientiæ est timor domini. Neq; id ipsuȝ tacitũ in prophanis. Cuius rei Lactãtius meminit institutionũ secundo. Affirmat inquit Hermes eos, q cognouerũt deũ nõ tantũ ab incursibus dęmonuȝ tutos esse verũ etiã ne fato quidẽ teneri: vna inqt custodia pietas. Etenim pius homo, neque dęmoni pessimo neq; fato subiacet. Deus eniȝ liberat piũ ab omni malo. Nãq; vnicũ atq; solũ bonũ est hominibus pietas. Quid sit autẽ pietas ostendit alio loco his verbis. Pietas. n. scientia est dei. Eandem q; sentẽtiã. Asclepiũ in sermone quodã regio latius explicasse ꝯfirmat vides vt obstinatissimi duo pagani vestrã circũuolant veritatẽ, tanta est veri vis, vt linguas sæpe hostiũ ad se trahat.

De libertate Dialogus. XIIII.

GAV.

IN libertatẽ natus sum. Ra. Nõ qui nascitur liber sed qui moritur liber est. Multũ fortunæ licet in nascentẽ in extinctũ nihil. Expugnat vrbes munitissimas. Armatos fundit exercitus. Potẽtissima regna subuertit inexpugnabilis arx sepulchrũ. illic regnũ vermibus, nõ fortunę. Itaq; limẽ illud ingressi soli mortaliũ, vitę huius ab insultibus tuti sunt. Tute liberũ iactas, & ignoras, nõ dico ad sepulchrũ, sed an liber hodie in cubiculũ sis iturus. Libertas vestra tenuissimo nitens filo, sicut alia, quibus fidis omnia tremula semp & caduca est. Gau. Liber sum. Ra. Ic circo te (vt reor) liberũ dicis, quia dominũ nullũ habes, sed Annęus audi Senecã. Bona inqt ætas est, forsitã habebis, nescis qua ętate Hecuba seruire cępit qua Cresus, qua Darij mater, q̃; Plato, qua Dyogenes. His ille te admonet exẽplis. Multa sunt alia, vel tacita Senecę, vel ignota. Nũquid nõ Attiliũ regulũ meministi indignũ prorsus hoc ludibrio, passum tamẽ. Nũ quid tibi recẽtior annis valerianus excidit? quorum ille modo dux, hic autẽ princeps Po. Ro. mox q; ille Carthaginẽsiũ, hic p̄sarũ seruus, ille truci supplicio pemptus, hic longa & misera cõtabuit seruitute. Quid Macedoniæ Numidięq; reges? Hinc Persen, hinc Siphacẽ, memorẽ atq; Iugurthã regni omnes e culmine Romana lapsos i vincula. Mitto veteres regũ casus. Aetas tuo quosdã e re

gia trusit in carcerē eundemq; vna hora, & primū regē, & vltimū seruū vidit. Siquidē eo quisq; miserior seruus est, quo felicior liber fuit. Noli igitur libertate tumescere, quoniā nō ex liberis modo, sed ex regibus tam subito serui fiūt. Nec miraberis, cū sm Platonis sentētiā, nō minus ex seruis ēt reges fiāt. Mutātur assidue res humanæ. Nihil sub cœlo stabile. Quis in tāta vertigine firmū aliquid, ac mansurum speret? Neq; vero te liberū hinc duxeris, q esse dominum tibi nō vides, q parētibus ortus ingenuis, nec in acie captus venūdatus sis nec. Sūt vobis inuisibiles animorū domini, et in ipsa hominum origine latens pestis est. Nascendi genus ob noxium peccato, qua nulla grauior seruitus fingi potest. sunt occulti hostes, & bella clandestina. sunt quæ miseras animas nundinētur, quas (heu) vili pretio vēditis voluptates fœdissimę dominarū, quę vos in enodabili laqueo vinctos tenent. Ite nunc, & libertate gloriamini. Sed vos cęci, nihil nisi corporeum videtis. Vnde eum, qui vni mortali subest domino seruum dicitis. Illum vero, qui mille in mortalibus tyrannis opprimitur, liberum iudicatis, eleganter vt reliqua. Profecto autem liberum non facit fortuna, sed virtus. Gau. Liber sum. Ra. Plane. Si prudens es, si iustus, si fortis, si modestus, si innocens si pius. Horum siquid abfuerit, pro ea te parte seruū scito. Gau. in libera patria

natus sum. Ra. Vrbes quoq; tu liberas tua aetate, p exiguo flexu rerũ post paululum seruas nosti. Quod si vel notiora vel clariora sunt vetera. Lacedęmon & Athenae liberrimae vrbes ciuile primũ, mox exterorũ passae sunt iugũ. Hierosolyma sancta vrbs, & libertatis ęternę mr̃ tpaliter & Romanis seruiuit & assyrijs nũc seruit ęgyptijs. Roma ipsa nõ solũ libera, sʒ dña gentiũ, suorũ primũ ciuiũ. Post et vilissimorũ hoĩuʒ serua fuit, vt nemo vnq; libtati, nemo vel ĩperio suo fidat.

De patria gloriosa Dialogus. XV.

GAV.

Gloriosa in p̃ria natus sum. Ra. Plus negocij habes, vt in lucẽ venias. Fulgent minutiora etiã astra p noctẽ, & Bootes ad solis radios hi, & lucifer. Gau. Clarissimae patrię ciuis sum. Ra. Bene si vir tutũ hospes, vitiorũ hostis, fortunae enĩʒ est illud, hoc tuũ. Gau. Patria mihi felix, ac nobilis est. Ra. Refert qua nobilitate. Hãc numerus incolarũ, hanc insignis opũ magnitudo, hãc speciata fertilitas, hãc situs ipse nobilitat. Salubris aer, clari fontes, mare proximũ tuti portus, opportuni amnes, nobilis patria vulgo dr̃ vini ferax, olei, fruméti, frequés arméitis, ac gregibus, auri scatebris, & argẽti. Bonã terrã dicitis, vbi fortes eq; vbi pingues boues, vbi teneri hedi, vbi dulcia demum poma nascuntur, vbi autem boni vi-

ri id nec qritis qd ē, nec quæsitu dignū ducē/
tis æstimatores egregij. At q̄ summa patriæ
laus, sola virtus est ciuiū. Recte ergo vergi/
lius gloriā, ac felicitatē cū describeret Roma
nā. Nihil horū ad quæ sola respicitis digna/
tus attingere, vnā vrbis, & imperij magni/
tudinē, atq; altitudinē attigit animorū. Fe/
licē deniq; ꝑle virū dixit. Ea est enim vera
vrbiū felicitas, vera nobilitas. Gau. Pręclara
ciuibus bonis patria est. Ra. Quid si tu ob/
scurus? Quid si claritas ipsa te ꝓdet, eq; late
bris eruet, & in aptu3 trahet? promptius in
luce notaberis. Gau. Famosissima est patria
Ra. Nō tā infamis esset Catilina, nisi tā fa/
mosa in p̄ria natus eēt, Gaio ēt & Neroni,
alter infamię ac ceruus īperiū accessit, & mū
di natos ī vertice fortunæ fauor extulit, quo
latius noscerētur. Gau. Nobilissima ī patria
viuo. Ra. Multorū aut cōtēptui patēs. aut in
uidię, sine altera ī magna vrbe vix viuitur, il
lud tutius, hoc clarius malū, viriusq;' āt hęc
ipsa, q̄; Prędicas natalis soli nobilitas, causa
est. Inter tot oculos, nullę sunt latebrę. Gau.
Notissima ex p̄ria su3. Ra. Malim ꝑ te p̄ria
q̄; tu propter patriā notus sis, nisi vero ꝑ te
fulseris, qd tibi lux patriæ pręter teuebras
allatura est? Multos habuit claritas magnæ
vrbis obscuros, quos abūde claros, parui ru
ris obscuritas habuisset. Gau. Inclyta mihi
patria est. Ra. Est quæ suas sibi laudes habe
at tuasq; participet, quicquid bene, gesseris,

prima quodāmodo patriæ laus erit, fuitq̄ Themistoclis gloriā Athenis ascribere niteretur, q plane p̄grauiter, & vt talē virū decuit, respondit. Cū enim sibi Seriphi angustę, & ignobilis insulę quidam incola inter iurgia obiecisset, nō eū sua, sed patriæ gloria clarū esse, neq; hercle ait, aut ego obscurus si Seriphius, aut tu si Atheniēsis, clarus esses. Nō splēdori patrię sed virtuti proprię fidebat. Virilius plane q̄; Plato, maior licet ille philosophus. Sed existūt interdū in magnis et ingenijs, magni, & mirabiles errores. Is ergo inter cętera magnę suę felicitatī claritatē patrię asscribebat. Vt enim totū noris hac in parte excellētis viri animū. Aiebat Plato se pro multis gratias agere. Recte id q̄dē, modo intelligat, cui quibusue pro donis gratię sint agēdę. Ille vero naturę gratias agebat. Primū, & hominē eū nō mutū animal, q̄ marē, & nō fœminā, q̄ gręcū, & nō barbarū. q̄ Atheniēsem, & nō thebanū, deniq; q̄ Socratis ętate nō alio tēpore genuisset, vt sci licet eēt a quo doceri posset, atq; instrui. Vides inter gratulandi gloriandiq; causas, vt Athenieses quoq; ponat originē. Quid hic dicā forsan expectas? Ego vero, & si de hoc vno sermo sit institutus, quando tamen tāti viri mētio incidit, quid de hoc toto illius sermone, & alijs sit visum, & mihi etiam videatur dicam similiter. Scio quosdam claros, & disertos viros incontāter asserere, ni

hil vnq; ab aliquo esse dictũ delicius, quorũ in sentẽtiã, quin (vt dici solet) eã pedibus parum abest. Nã quid quęso attinet his gaudere? Quæro enim qd si barbarus, quid si mulier natus eẽt? An nõ multi barbari multis græcis, & virtute, & ingenio meliores extiterunt? An nõ fœminæ aliquæ & rerũ gloria & inuentione artiũ qbus libet viris optabiliores? Quid deniq; si bos? qd si Asinus nasceretur? qd adhũc ipsum de quo loqmur Platonẽ? qui iã nõ Plato esset, sed id potius quod natura parẽs edidisset, nisi forte Pithagoricę credebat insanię, e corpore in corpus animas cõmigrare, quo nihil vnq; certe stultius, nihil impudentius non dicã a philosopho, sed ab homine dictũ fuit, nihil magis veritati dissonũ, ac pietati, nihil demũ a quo religiosæ aures magis abhorreant. Quid deinde, an Atheniẽses nasci, clarũ adeo, vt nõ æque clarũ eẽ posset alibi Thebis etiã natũ esse? An nõ Homerus, & Pythagoras ipse, & Democritus, & Anaxagoras, & Aristoteles, & mille alij alibi q; Athenis nati, clariq; habiti nõ minus q; qui nati sunt Athenis? Acne a Thebis abeã, quas spernere Grati solent. An nõ si ingenium quęratur, Thebis natus est Pindarus, quẽ imitationi inaccessibilem Flaccus ait? Si rerũ claritas gestarũ, liber pater, atq; Hercules, tã famosi, vt Alexãder Macedo cõtemptor omniũ ferme mortaliũ, illos duos vt altissimũ, atq; vltimus si-

gnum gloriæ sibi proponeret imitãdos? Sin vtrũq;, nonne recẽti memoria, & pene ante oculos erat, Thebanus Epaminundas summus philosophus, summus dux, græcorũq; omniũ recto sub iudice omnis æui princeps. Hic est q Lacedæmones pene funditus euertit, & Athenieſes Platonis sic exterruit, vt eo mortuo quasi summo terrore liberati illico se in luxũ ignauiãq; resoluerent, quo adhuc etiã apud Thebas florẽte, quot Athenis inertiũ, & stultorũ millia fuerint, quis facile animo metiatur? Non igitur ꝙ Athenis, sed ꝙ talis natus esset, ac genitus hoc est tali ingenio, taliq; animo, tali deniq;, & parentũ indulgentia, & rerũ tẽporaliũ facultate, vt erudiri posset, & ad omne bonũ opus institui, gratias agere debuit tã anxie doctũ virũ illi deo, q hæc ei dederat, nõ Socrates, nõ Athenæ, cuius in schola, & in qua vrbe, quot & iniqui fuerũt, & indocti opinari promptius sit, q̃; noscere, & vt vrbẽ sileã habuit schola illa inter multos Alcibiadẽ, & Critiã illum patriæ hostẽ, hũc sæuissimũ tyrannorũ, qbus quid præceptor Socrates cõtulerit, Plato ipse respondeat, vel sic intelligens q̃; inane est, quod terreni doctrina præceptoris discipulorũ auribus instrepit, nisi gratia magistri cælestis aspiret, sine qua nihil omnino Socratem potuisse, q̃;q̃; dei mendacis oraculo, vt prædictũ est, sapientissimus iudicatũ, inter duas tamẽ simul vxores procacissimas anus,

ipſe vel alius quatũlibet eum excuſet, ineptiſ ſime conuerſatum. Sed hæc, & reliqua inci denter, præter vnũ illud, quo Platonẽ tales virum hac eadem vanitate, glorioſę patriæ implicitũ fuiſſe cognoſceres, nõ vt magni comitis clypeo tuũ tegas errorẽ, ſed vt acura tius illũ vites, cui ſuccubuiſſe ſumma ẽt cer/ nis ingenia. Gau. Ampla in patria vitã ago. Ra. Multa ſunt amplæ vrbis incommoda diſtat tẽplũ, diſtat forũ. Illud animo nocet, hoc corpori, diſtãt opifices, atq; amici. Qua quidẽ nulla durior diſtãtia, quos laborioſus viſere, negligere inhumanum. Audis, vt de hoc queritur Flaccus? Cubat hic in colle qui rini, hic extremo in aduẽtino viſendus vter que. Quocũq; ire decreueris: ceu peregre p/ fecturus, domui tuæ diſpone, qñ, ei an rede as incertũ, & ipſe reditus cũ labore eſt, ſæpe etiã cũ errore, ferro ac magnete iter agit, hac eas facilius hac rectius, hac curiã, hac thea/ trũ vites, hac balneũ effugias, hac macellus hi & mille alii ſunt vrbiũ ſcopuli, iter quos nauigans domum tuã, quaſi alterũ orbem petis vix te ad illam peruenturum ſperans. Et hoc quoq; apud ipſum Flaccum legis, vt Philippus orator. Domum dum redit foro nimium diſtare carinas. Iam grandis natu qritur. Hæ paruo ĩ oppido moleſtię ceſſant omnes. Quicquid quæritur iuxta eſt. Gau. E paruo oppido in immẽſam vrbem com/ migraui. Ra. E trãquillo portu procelloſum

ſpon

spontè pelagus ingredi, temeritas est. nec miror ideo, quia læti euentus. Fecit hoc tamen, & gens claudia e Sabinis Romam petẽs, e Tusculo Marcus Cato, ex Arpino Marius, & Cicero successitq; feliciter. Sed vbi nã tales viri? nõ tuo quidẽ in exemplũ trahit quic quid raris: & summis ingeniis attẽtatũ est. Postq̃; tñ soluisti finẽ omni studio inter difficultates enitere, Inter alta ꝯsurge, ꝯsi[illegible] cœptũ regens, (quod hic boni dixerim) plures erũt aci virtutẽ stimuli. Erunt forte quos ad gloriã sequi velis. Erit vbi te exerceas, vbi cũ paribus possis de laude cõtendere. Pudebitq; testiũ tantorũ Multis sępe, qđ vis animi nõ dabat cõtulit vis pudoris, & ad ignauiã profligandã sæpe plus spectator valuit q̃; virtus. Et hi hercle quorũ proxime memini, & accitus Curibus Numa Põpilius. Corduba profectus Seneca, lepriq; vemens Seuerus, multiq; alij ex aliis locis, vbiq; futuri magni viri, vt aliquãto maiores Romę essent æmulatio virtutis, & illustrius copia exẽplorũ ꝑficit. Stude ergo quod vnicũ bonũ est, in hac tua cõmigratione ne pereat, neu nil aliud migrando quę sieris, q̃; vt te corã pluribus, nouę patriæ fulgor nudet.

De origine generosa, Dialogus. XVI.

GAV.

ORigo generosa est. Ra. Rursus mihi redis ad ineptias, quid ad te? Gau. Propago vetus, & gloriosa est. Ra.

Alieno gloriari ridiculosa iactātia, auorū merita nepotū degenerantiū notę sūt, nec aliud magis posterorum maculas aperit, q̄ maiorū splendor, ac gloria. Sępe alteri commodū virtus alterius tulit. Verā laudes nisi de ꝓprio sumpseris, ab alio non expectes. Gau. Magna est nobilitas antiquorū meorū. Ra. Mallem ꝑ te alij, q̄ tu ꝑ alios noscereris. Verū age aliqd & tu, vnde sis nobilis. Ná & illi nisi aliqd egissent laude dignum, nunq̄ nobiles fuissent. Gau. Multa sanguinis est claritas. Ra. Oīs ꝓpemodum sanguinis est ꝯcolor, sicubi forte alter altero clarior inuētus sit, nō id nobilitas efficit, sed sanitas. Gau. Magna est claritas parentum. Ra. Quid si maior obscuritas tua est? Corpus semp, & patrimoniū sępe parētibus accipitis, claritaté, & qui h3 raro in filiu3 trāsfert, & qui nō h3 aliquoties in filio illa3 vident. Quantū patre clarior Cæsar, quantū obscurior Africani filius? Qui si per manus tradi claritas posset q̄ clarus futurꝰ eēt, intelligis. Sed amare illū potuit pr̄, illustrare non potuit, Infinitā suæ lucis eclypsim passus in filio. Sic qđ ꝑ̄ciosissimū h3 hęreditas iudicio testātis eximit, nec nisi de vilissimis rerū est tāta illa solénitas testamēti. Mille ego nunc tales clarissimorū hoīum obscurissimos hęredes enumerem si vacet, etsi expediat, summam tenēs. Gau. Ingens claritas gentis est. Ra. Nihil tibi amplius ea claritas ꝑ̄stabit, q̄

vt latere neqas, si velis. Ita in primis iucundissimū tibi vitæ latibulū, & secretus rerū trames eripit. Quicqd ages erit vulgi fabula. Qualiter domi viuas, & qd cœnes nosce vicinorū studium, & veluti exploratores ad te pater auusq; remiserint, sic totū rei familiaris archanū, & quotidiani victus ratio. Quid cū filijs, qd cum seruis, qd deniq; cū vxore? & ad vnū actus oēs, ac verba de reb' licet minimis ingrentur, quoq; altius stomacheris ab his maxime quorū nihilo intererit. Hic igit tuę claritatis est fructus, vtq; si vel modicū aberres dedecus gētis, & mōstrati desertor itineris lōge inexcusabilis habeare, hoc est. n. suū ac ppetuum gentilitiæ claritatis, reliqua. Alia cōta, vndecunq; partū decus infestāt, qm̄ difficile est clara recondere. Gau. Clarissime natus sum. Ra. Stulte, claritas nō nascēdo qritur, sed viuendo sępe etiā, qd miraberis, moriendo. Gau. In multa luce natus sum. Ra. Turpitudinem caue, quę obiectu lucis insignior fit, atq; conspectior. Id ni feceris in tenebris natum fuisse melius foret. Adulteri, & fures, & oīs turpium cohors tenebras quærunt. Sola lucē non refugit, fœda hæc & falsa nobilitas, cognoscíq; appetit cui vnus vitādæ infamiæ consilium fit nesciri. Gau. Antiqua nobilitas est generis. Ra. Antiqua igitur virtus fuit, sine qua vera nobilitas non est. Gau.. Peruetusta nobilitas est. Ra. Vetustas nimia cla

ustatẽ rebus eripit, & parit obliuionẽ. Quot fuerunt nobiles familiæ, quarũ hodie memoria nulla est? Quot tu ipse florẽtissimas vidisti, quæ paucis annis ferme ad nihilum rediere? Vnde pręsagiũ facias de his mõ florentibus, deq; his nunc primũ erũpentibus caputq; tollẽtibus. Omnia tẽpus imminuit cõsumitq;. Senescunt nõ mõ familię sz vrbes: mũdus ipse (nisi fallimur) ad extremũ vergit. Tu qui vetustate gloriaris, vide gloriã ipsa vetustas extinxerit, neu iã radix aruerit cuius floribus vis ornari. Omne quod in tẽpore oritur: cũ tẽpore occidit. Vestraq; nobilitas tẽpore incipit, tẽpore desinit, & quaz longa dies peperit lõgiorq; auxit, lõgissima subruit. Fieri potest, vt quo te nobilẽ fingis esse desieris, esses forte nobilior, si serus incepisses. Gau. Inueterata nobilitas est. Ra. Inanis ambitio, nec suo merito, sed alioruz obliuione subnixa. Cõfusa nẽpe sunt oĩa & ꝑplexa successionũ series. Hæc inter tibi, accidit nõ nobilior vt esses, sed ignotior. Origo cunctorũ vna est. Vnus parẽs humani generis, vnus fons vniuersorũ, qui vicissim mõ turbidus, mõ nitidus ad vtrũqueq; vestrũ ꝑuenit. Ea lege, vt quod paulo ante clarũ erat mox obscurũ fiat, & quod obscurũ clarũ. Ita nõ de fonte dubitatio ẽ, sed qbus alueolis hæc clari sanguinis (vt dicitis) ad vos vnda profluxerit. Hinc est, vt qui heri arabat hodie militet, & qui per vrbes medias ardẽ

rem cornipedē aureis habenis regere solitus superbus incesserat, per squalentē capū pigros boues humili pugiōe solicitet, verūq; Platonicū illud libet opinari, neminē regē nō ex seruis oriundū, neminē seruū non ex regibus. Ita vero vicissitudo hæc, & conditio statuū humanorū variabilis, atq; incōstans est, vt iterabilis quoq; sit semel & pluries, ne mireris si vel arator ad militiā, vel miles ad aratrū redeat. Ingēs rerū mortaliū rota est. Et q̄a tractus est lōgior, breuis hunc vita non percipit, quod nisi sic esset & ligones regū, & agrestiū diademata cernerentur. Nunc hominum memoriam occupatam, intentamq; alijs tempus fallit. Et hæc est illa, tota vestra nobilitas, qua tumidi, elatiq; inceditis vanum genus. Gau. Auorum clara prosapia est. Ra. Quousq; vagaberis? de te agitur. Tu mihi nescio quos in tuum locū substituere niteris, qui pro se forte aliquid, pro te nihil, nisi ipse tuis testibus causam instruxeris, respōsuri sint. Proinde aui isti vel proaui clari fuerint, tum scilicet dum e vulgari acie, virtutū sese alis attollere coeperant. Ea nobilitas radix vltima, sed perge altius, exquire acrius, proauorum atauos obscuros inuenies, & ignotos ad summas hæc nominum, atq; imaginum claritas, & perbreuis est, & quantulacūq; est, tua certe non est. Desine igitur tuum nomen alienis obūbrare virtutibus, ne vnoquoq; suu gre

fortuna, magna est tempestas, magna vndi tempestas. & cōsilijs magnis eget, & viribus. Habes nō lętitiæ materiā, sed curarū. Gau. In amplissima fortuna natus sum. Ra. Tu ne forte felicius cēses magno in mari q̄ ex iguo in flumine natum esse, quod si nemo sanus dixerit, quid pinde felicius habet nasci ī palacio q̄ in casu? vbiq; ortos terra parens excipit. Gau. In magna fortuna natus sum. Ra. Aduerso sidere voluisti furem, q si in tempestate dies acta est, cura vt nox te inueniat in portu. Gau. In alto natus sum. Ra. Turbinibus rerum pates, latitandi spe prærepta. Sditum est illud Lyrici poetæ, sæpius ventis agitatur ingens Pinus, et celsæ grauiore casu. Decidunt turres feriuntq; summos fulgura montes (vt clarum fatear) in alto nasci nec tranquillum certe, nec tātum est. Altitudo quātalibet humana p se ipsam inquieta est, perpetuoq; fremens tonitru. Vnde miror quid ita displiceat Senecæ Mecœnatis illud. Ipsa.n. altitudo attonat summa. Nam cum alij hoc verbo vsi sint cur solus ille reprehenditur? Nil præterea tam altum, quod nō & solicitudini & labori, & inuidię, & pauori, et mœrori, & in finē morti peruium sit. Et sane omnem fastum, em inentiamq; mortalium, sola mors in planū redigit. Gau. Alto & magno in statu natus sum. Ra. Iamprimū ex alto graues lapsus, & magno rara ges in pelago est, nec in imo

præcipitium metuas, nec naufragium in sic co. Gau. Principium fortunatū fuit. Ra. Fi/ne respice, vt reliquis sic fortunę suo multū licet in regno. Quo fortunatius principiū, eo finis est incertior. Nonne vides vt res ho/minum turbinis more voluuntur, vt quietum mare, tempestas turbida, lucidum ma n e, nubilus vesper insequit, vt inter mitia planum iter in confragosum desinit, sic prosperitatis insolentiam improuisa cala/mitas. & lætissimę cursus vitę mœsta mors claudit &, sæpe primordio dissimillimus finis est. Gau. In alto cœpi. Ra. Vide vbi desi nas. Vita omnis á fine discribitur, & finem plane senties, qui principium non sensisti. Gau. In summa fortuna editus sum. Ra. Et seruorum filios in solio vidimus, & filios regum in ergastulis.

De lauto victu. Dialogus. XVIII.

GAV. I.

IN lautissima educor familia. Ra. Multum tibi hoc videtur, parum est eritq; mox mihi. An ideo magis tibi q̃; duro agricolæ vermes parcent, an ci/bo molliore vescentur auidius? Non iocor tecū, nec te terreo. Scis & si forte dissimules te illi conuiuio præparatam escam, & forte iam cœnæ tempus instare, certe aūt lōgius abesse iam nō posse. Nam & breuis est lux, famelicią; conuiuæ, & quę mensam instru it mors impigra, quid tibi tunc lauticię istæ

profuturę sint videris. Gan. Lautissime ab infantia educatus sum. Ra. O pessima pueritię rudimenta neglectis bonis artibus exquisitis cibis, & peregrinis poculis assuefactus a puero p̄clarissimam in spē adoleuisti. Sapores atq; odores nosse, mirariq; doct° eximie opiparas mensas & vasa aurea venerari, neq; sero vt virorum fortius mos fuit, famem sitimq; cōmunibus lenire, sed ambitiosa semp nausea, & dānosis stomachi sarcinis mane illis occurrere, cum tot in heremo sancti viri esurierint, tot in castris gloriosi duces, parce, sobrie, atq; aspe vixerint. an sibi gēmis atq; epulis obesso, hinc Curius, Fabricius, Coruncanius lecta suis manibus olera, cœnātes fictilibus. atq; arātes ad vesperam ieiuni, Quintius ac Seranus, aut post hos Cato Censorius consul in Hispaniam nauigans, vnde triūphator redit, non alio q̄; quo remiges vino vsus, omnes notissimi hostes voluptatis occurrerent, illinc Paulus atq; Antonius fōris ad ripā missus cœlitus partientes panē, non verecundia, ac dolore faucibus hęreret inhers cibus, & attoniti gustus titillatio illa lentesceret? Cogitares ab his viris victu tam tenui tāq; humili labore gaudentibus, & seruatam patriam subactosq; nobilissimos reges ac populos, & (quę victoriarum difficillima est) carnē propriam, ac mūdum & inuisibiles hostes animę debellatos, te inter amplas dapes, ac sa

perbam requiem vili perdomitū voluptai te? Gau. Lautiſſimus victus eſt. Ra. Sentio omne in eo eſt, vt ad fundū miſeriæ curio ſitas fœda perueniat, nihil eſt actum cibi, ac potus elegantia niſi accedat & copia, im mo vero redundantia, atq; faſtidium, nec ſuccurrit: vt Auguſtus Cæſar, q fortaſſis pau lulum te lautior eē potuerat cibi (ſic enim de illo traditur) minimi fuit, & vulgaris fe re. Sileo quibus veſci ſolitus, ne quaſi ruſti canus paterfamilias contemptui tibi ſit, in terq; faſianos & ficedulas, ac pauones tuos illius principis ſecundarius panis, & caſeus bubalus, & minuti piſciculi rideantur. At quanto melius faſiani iſti veſtri, & menſa rum decus eximium, & gulæ ſumma felici tas apud Colchon ſemper & Phaſidē latuiſ ſent, q̄ huc ad corrūpēdum orbem noſtrū &, irritandas illecebras aduolaſſent. Quāto fuit honeſtior ætas illa, de qua Naſo ait. Pi ſcis adhuc illis populis ſine fraude natabat. Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis. Nec lati um norat quā præbet ionia diues: Nec quæ pygmæo ſanguine gaudet auis. Gau. vino fruor electiſſimo. Ra. male, ſed proprie ais fruor, hic eſt finis veſter, ad hoc nati eſtis. Quāto aūt tutius ſitim veſtram vinū debi le vel lymphis debilitatum, ſiue purus etiā riuus extingueret? Certe pnceps ille de quo nunc loquebar, vini quoq; parciſſimus (nā & id ſcribitur) fuit, ter non amplius ſuper

cœnam bibes dum in castris esset. Vos ter decies ante cœnã bibitis, & in cœna centi-es, nec numero quãtitas cedit, & castra ipsa vinosiora sunt vrbibus. Nulla nisi ab ebrijs vel expeditio, vel certamen. Non bibebat il le interdiu, vos diebus, & noctibus nõ cessatis. Ille sitiens pro potione perfusum aqua frigida panem, vel lactuculæ thyrsum, uel succosi pomi morsum, uel frustũ cucume ris capiebat, at uos sitim omni lenocinio aucupantes illam viuis ardentibus, & bibẽdo aliam sitim parituris, extinguitis (dicam verius) accenditis. Nec in animum venit bibere vos sanguinem terræ ac venenum cicutæ, dum sic uinum bibitis, vt Alexandro Macedoni scripsit Androcides. Quibus si ille pceptis obtẽperauisset, profecto amicos in temulentia non interemisset, vt ait Pli. nec ipse insuper tandem in temulentia ptis sed, hæc eadem cibi indifferentis ac potus parcitas in cunctis fere claris ducibus, atqꝫ principibus fuit, & in Iulio Cæsare singularis, q̃ꝫ quãtũ vestrę sit pferẽda libidini somnus vester illorum industriæ, & gestarũ rex gloriæ collatus indicio est. Gau. Lautissimo fruor victu. Ra. si honestis etiam rebus siui vetitum quanto magis inhonestis ac turpibus? Nec te pudet, in eo quod ad caduci corporis seruitium spectat immortalis animæ fructum ponis. Epicureum dogma, sed in fame olim eiectumq́, deniqꝫ cunctis ex

voluptatibus quæ corporeis sensibus obiec/
punt animæ illas esse fœdissimas diffinitũ
est, & quę tactu, gustuq; sese ingerunt, ꝙ ille
maxime vobis cum beluis sint cõmunes,
& in beluinos mores rationale animal in/
curuent, quo nihil abiectus humana sors
patitur. Gau. Lautis, & varijs cibis delector.
Ra. Et delectare, & fruere, si nil melius no/
sti si nil peius, pudeat more pecudis pabulo
gaudere, aut reconditorium ferculorum fie
ri, & suum dolio munus eripere, deniq; sic
habeto, non posse te hanc quã probas vitã
diu pati, fastidio est vicina satietas, ieiuniũ
cibos condit. Nil nisi dulce ac sapidum gu/
stat fames. Nil tam lautum: quod non nau
sea reddat insipidum ac sordidum. Ipsi etiã
qui declinationi huic intendunt appetitu, &
raritate illam acui fatentur, vt reliquas co
pia frequentiaq; contundi, & in nihilum
sępe & in contrarium verti, ipse demũ pro/
fessor voluptatis Epicurus tenuem victum
quasi vnicum suę professionis auxilium &
laudauit et coluit. Qđq; sobrietati ac mo/
destiæ tribuunt honesti viri, hoc ille tribuit
voluptati, vt quãlibet viuendi viam eligas
diuersis finibus vnum callem cõuenire no/
ueris, vno victu vtendum tenui; semper ac
modico, nisi quem honestis ex causis rara
forte licentia, sed illęsa sobrietate laxauerit
victus hic siccos, & validos, & aspectu placi
dos facit, & odore corporis nec sibi nec alijs

molesto. Cōfer his madidos, æstuantes, tre mulos olentes, & vt Ciceronis vtar verbis, confer & sudantes, & ructātes, tunc videbis quid inter frugalitatem intersit, & crapulam, & si non virtus, & aspectus ipse mōstrabit recta quonā vergat electio, vt vix sit quispiam tam gulę seruus qui acriter re discussa non sobrietatē longe illi pferendā fateatur. Si hæc spernis vt leuia, nunquid & morbos hinc nascentes, mortemq; contemnes quæ licet per se ipsam magnis animis ɔtemnenda sit naturaliter atq; honeste, seu certe non turpiter inuecta, sic turpibus causis accersita morte, nil fœdius, nilq; formidabilius, an vero non audis ecclesiasticum consultores? Noli auidus esse inquit in omni epulatione, & nō te effundas super omnē escā. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad coleram. propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinens est adijciet vitam. Gau. Lautis, & multiplicibus vtor cibis. Ra. Asellū tuū si nimis pferis opprimes, si mollius pauperis calcitrabit, venter vero depositarius male fidei est, nō inefficax ɔsiliū vr ad oēs, & pserti gulę illecebras ɔprimēdas exitū ɔtēplari.

De conuiuijs. Dialogus. XIX.

GAV.

Conuiuijs glorior. Ra. Laulus vicius voluptatis, conuiuia sunt furoris. Quid.n. nisi pompaticus furor est

multos diuites a negocijs honestioribus fol⸗ tassis abstractos honorifico tędio vnum in locum cogere & multos ventres aut vacuos melius mãsuros, aut suo gratius implẽdos arbitrio, exquisitis & nociuis cibis ĩfarcire? Vbi vt vni morem gesseris palato, multis tę dio fueris atq; fastidio. Raro. n. inter ꝯuiuas cõuenit, verũq; deprehendit qđ ait ille. Tres mihi ꝯuiuę prope dissentire videtur Poscẽ⸗ tes vario multũ diuersa palato. Quid dẽ, qđ nõ dẽ. Quid des Flacce, seu qd facias? nisi vt penitus nihil des, & hanc euã illis linquas, qbus nulla cura altior est. Agant quid libet qui agere nil aliud sciũt. Nã si tres discordãt, quid cẽtũ facient, aut mille. Vix sine tacitus saltẽ abeunt lamẽtis. Hoc male sapuit. Illud male oluit. hoc ꝓferendum fuit. Illud geli⸗ dum, Illud intempestiuum. Hoc mœsto ob latum. Hoc irato vultu. Crudum illud, hoc lacerum, Ille famulus segnis, Hic præceps. Hic surdaster. Hic contumax. Hic clamore offendit. Hic silencio. Ille illotis vasis aquas tepidam. Hic vinum molle porrexit. His querelis nõ tam aulę, q̃; viæ resonant: & pla teę, nec imerito. Nã qd attinet iucũdius do⸗ mui suę prãsuros ꝓcibus fatigare, aut quor⸗ sus & sumptus inutilis. & supuacuus labor, atq; vnũ in atriũ turba ꝯueniens, nisi vt te vicinię ostẽtes, & q̃si de ꝯuiuijs tuis pedester agas voluptariũ triũphũ. Sic tubis cymbala cõcrepant vtq; appareat põpæ omnia tribui

charitati nihil. Finge postridie vnū aliquē cō uiuarū catulo egere. quāti sua ꝯstitit paropsis nunq̄; id a conuiuij domino impetrabit. Nempe non id illi præstitum, sed sibi. Quę q̄;uis ita esse non sit dubium: solent tamen vbi ad mensam ebrij deierant affirmantq́ aliquid percussis epulis, his ferme verbis vti, ꝑ hanc inqunt quam simul facimus charitatē, q̄bus rite r̄ndeat. Immo vero ꝑ hanc ebrietatē, vt hāc crapulā. Vera.n. charitas demū esset, si ieiuni & sicci, q̄ in v̄ram ꝑniciem effunditis in vsum pauperū verteretis, tunc charitate nō impropríe iuraretis, nūc ad v̄ra ꝯuiuia fastidiosi diuites coguntur, famelici pauperes excludūtur. Vobis.s. ęstimatib⁹ gloriosum viaris hospitibus abūdare. Nec deest ꝑter vulgus (fontē oīs erroris) author insignis. Est.n. vt mihi v̄r, ait Cicero, Valde decorū patere domos hominū illustriū hospitibus illustribus. Plane vir egregie. q referre vicē valeant, sʒ egētibus clausas esse, qua in re haud indigne forsitan notatū a Lactātio Ciceronē nouimus, q profecto illud melius alibi sed eodē libro. Hoc maxime inq̄t officiū est, vt quisq; maxime opis indigeat, ita ei potissimū opitulari. Quod cōtra fit a plerisq; a quo enim plurimum sperant etiam si ille his non eget, tum ei potissimum inseruiunt. Bene nunc ais Cicero & vere, naʒ & ita fieri debet, & a plurimis cōtrafit. Sed (vt ad rem redeam) si querelis ac fastidio con-

uiuarum vis carere, conuiuijs abstine. Habent vt cunq; fortassis, qui conuiuio interfuere ꝙ arguāt ꝙ grauentur, qui hoc ipsum arguit ꝙ cōuiuio nō interfuit non iaꝫ ille cōuiua est, sed impudentissim⁹ parasitus, cuius lingua non pluris æstimāda q̄; gula est, quæ nō modo non metuenda est, sed optāda nonnun q̄; dicēte Satyrico. Nā q comœdia, mimus. Quis melior, plorāte gula? Tales aliqui apud comicos describuntur legitiq; risum excitant, quid nisi coram audiri queant facere. Hęc deniq; summa est cōuiualem censuram nō cōuiuādo euaseris, parasiticos morsus ac rabiem ridendo: & cū temnendo fugaueris. non est alia ad quietē via. Gau. Cōuiuijs vaco. Ra. Pulchrum tibi studiū elegisti. quid huic gustui cōueniat: qd illi, qbus ut cōpescenda fames ferculis, aut irritāda salsamētis. En pręclarā vtlleq; phię partē qs primus, qs secundus, & qs tertius ingratum stomachum cibus premat, quis vini fumus cerebro gratiores nebulas effundat. Gau. Conuiuiis delector. Ra. Si sic accipiatur vt verbū sonat, & vt senserunt maiores nostri nominis huius authores, nō modo nō arguā sed laudabo. Dulce est enim & optabile, & honestū amicis cōuiuere, sed cō messatione ꝯuiuiū appellatis turpissimeq; rei pulcherrimū nomē iponitis, quasi vero non possit cū amicis viui aliter q̄; comedē do & bibēdo, nō melius cogitādo, & loquēdo, cum

dō,cū & docto hoī & erudito (vt ait Cicerō ipse) viuere sit cogitare, & nil profecto sit dulcius noto ac fido collogo amicorū. Nolite ergo rē fœdā pulchro velo tegere. Trās lucet.n. & qđ ꝯuiuiū dr̄ cōmēsatio eē cognoscit. Audite poti⁹ Apl̄m Paulū clara voce a malis nos īter cętera cōmesatiōib⁹, & ebrietatibus dehortātē, & videte ne ad turpia nominum splēdore rapiamini. Gau. Cōuiuia me delectāt. Ra. Dic ꝙ ē, Comestiōes, potatiōes, epulatiōes, viscerationes. Hec si delectat accipere, vilis tu, vilis rei debitor, ac si dar̄ stultus tu, stultę solicitudinis seruus es. Gau. Cōuiuijs gloriā quęro. Ra. Mos est vestri quęrere ibi, vbi quod quęritis non est. Gau. Spero gloriā ꝯuiuijs. Ra. Falsa est gloria, verus error. Alexandrū Macedonem cōuiuijs indulsisse vsq; ad funestā ebrietates legimus. Lucium vsq; ad profluuiū amentis imperij, flebilemq; Imperij iacturas. Quero alios duos, quem mihi sanum principē, quē sobrium regem his intentum dabis? Nam philosophos ac poetas egregios memorare necessarium non est, multoq; minus sanctos viros, & omnino omnes grande aliqd piū ve animo agitantes, quibus omnibus haud dubie tota ea res infamis, & inuisa est. Gau. Gloria mihi apud vulgus, & multorū gratia ex conuiuijs parta est. Ra. Vilissimę mercis ingēs pretiū, coquū fieri vt gulę cōplaceas alienę. Credo aūt sunt quos gu

Ia vrget. frenat inopia.his nihil est gratius
q̃; aliena cura. & impẽsa freno illo absolui,
q̃dq; p se nequeũt p alios adipisci. Qui hoc
eis p̃stant clari apud illos dum id faciant &
famosi sunt, Finge desinere, simul desinent
clari esse tandẽ. vt ego quoq; iã desinã hæc
sũma est. Cõuiuarum cõditio delicata est, &
q̃rula, longeq; difficilis. de parasitis breuem
accipe regulã, dum illos affatim paueris ro
dent, arridebũt, plaudẽt manibus, laudabũt
virum optimũ, liberalemq; patriæ patrẽ di
cẽt, Nihil ad vltimũ graiæ adulationis omĩ
serint, de qua Satyricus loq̃ns adulãdi gentẽ
prudẽtissimã, & comedã nationẽ asseruit,
& reliqua pueris quoq; notissima. sin aliq̃n
cessaueris & q̃dem sponte, auarũ, sordidũ,
miserũ, diffamabũt. sin inopia, homuncu
lũ nõ malum certe, sed stolidũ, & ineptum,
teq; tuãq; domũ fugient vt scopulũ. Tunc
intelliges illud Flacci. Diffugiũt cadis cũ fe
ce siccatis amici. De his q̃dẽ loq̃tur amicis,
veri eni maxime in aduersis hęrent, & illas
domos auidius frequẽtant quas fortuna de
seruit. His ineptijs, hijsq; difficultatibus vt
occurras in tpe & cõuiuas tumidos & scur
ras aridos horumq; oĩum voces, & senten
tias disce cõtemnere, & sic habeto, nihil loci
recto esse iudicio, vbi totũ volupĩati tribuit,
nil virtuti. Caducum deniq; malis artibus
partũ nomen, famãq; vulgo q̃ gloria dicit,
apud doctos Infamiam esse non gloriã,

GAV.

At egregie vestior. Ra. Quae pura sunt, nuda videri amant. Mos est foeda coloribus abdere: Gau. Exqsitissime iduor. Ra. Pudebit cultus exterioris quoties qd eo tegaf cogitabis. Insana enim ambitio est fimũ tegere purpura. Gau. Mundissime vestior. Ra. Nõ audisti quid ille vir fortissimis apud Crispũ dicit, Mũditias mulieribus, laborẽ viris ꝯuenire? Gau. Vestitus insignis ac mollis est. Ra. Supbiae vexillũ, nidusq; luxuriae. Gau. vestis singularis ac insolita est. Ra. Nõ obiiciã tibi sacros pauperes seminudos, & rigidos, atq; hirsutis togis hybernũ frigus arcẽtes. Scio qdẽ, ꝙ peccatrix opulẽtia sanctã spernit inopiam. Ille idẽ ditissimus hoium, cuius altercatione retro tertia meminit, veste, nõ temere alia q̃; domestica vsu, est ab vxore & sorore & filia nepotibusq; ꝯfecta. Nã & hoc quoq; de illo scriptũ est. Sic ille cunctoꝝ dñs paucas qdẽ, sed bicq; iñctissimas foeminas fatigabat. Tu fortassis alioꝝ seruos dñiũctissimas fatigatas gẽtes. Tibi nent tibi pectũt, tibi texũt belgae, tibi Persę, tibi seres, tibi Indi, tibi tirius murex natat, tibi frgrãs bacca hispidis pendet arbusculis, tibi oues albicãt britãnicę, tibi indica sãdix rubet. vterq; tibi sudat oceanus. Augusto aũt vxor & filia sororq; cũ nepotib'. Eo vsq; decreuit virtus, creuit q; supbia.

Hic ↄtrario delectatis,exēpla modestię vsluę rũt. In victu igit ac vestitu multi optio pri cipũ cõtẽpto,post pessimos abiere. Caium, & reliquos,quorum ventri,ac tergo,nec ci uilis vnq̃;,nec virilis. nec Romanus certe, nec humanus,sed insanus,& nunc fœmi- neus,nũc diuinus ab omni autẽ parte pro- fusus atq; monstrificus cultus fuit. Gau. Ex quisitissime induor. Ra. Optero fior ornatus, & suspicione curę ingentis formosis formę gratiã imminuit,& fulgore suo deformius mẽdas ꝓdit,oculosq́; pręctereũtiũ ad spectã dũ excitat. Itaq; nulla re peius sibi consulit deformis homo q̃; dũ formosus vult vide ri. vestis insignior cultusq́; corporis qui ad famã quęrit,risus mouet. Gau. Electissimis coloribus exornor. Ra. Natura rerũ huma- na arte nõ vincitur. Sæpe etiam quasi indi gnans se tẽtari quo maiore nisu premitur, tegiturq́; eo magis ac magis attolitur,emi- netq́;,natiuam mortalis corpusculi fœdita tem,nec colores alterant,nec odores,quin aut magis conspectã efficiunt,aut suspectã. Gau. Pretiosis,ac varijs ornamẽtis ambior. Ra. Pone in pheretro aureo pallidum cada uer,gemmis illud ostroq́; circũda,quo plus ornatus & pl9 erit horroris,neu qđ loquor ad iiuriã trahas,origo nominis ingrẽda est. Siqdẽ a cadẽdo dr̃ cadauer,cur nõ vt mor tui sic viuẽtis recte dicitur? Nempe illud ce- cidit,hoc casuz'est,caditq́; cõtinue. Gau. Nq

nus, & insolitus cultus est mihi. Ra. Nō est locus vt defleā, vtq; execrer ludibria hęc habituū externorū, quos vobis ab extremis mūdi finibus furibūda pręsens ętas intulit. Sz dij hominesq; male oderint has belluas humana effigie, ferino animo, lingua latina, barbaricoue habitu, compto fœmineā ad mollitiē capillo, moribus ad aprinā duritiē horridis atq; incultis, hinc obscęna corporū ipudētissime detegētes, illinc mentiū leuitatem vano vertice volucrū plumis extātibus, apertissime designātes. An vero tā vigiles magistri, an tā dociles discipuli plus odij mereātur in dubio est, quorū ingenijs effectū vides, vt inter minimos ducesq;, inter scorta, & matronas prope iam nil inter sit aspectu. Nec duz sistis, sed in dies serpens crescit, & variatur insania.

De ocio & quiete. Dialogus. XXI.

GAV.

O Cium quies ve a laboribus obtigit. Ra. Duo humanæ vitę bona gratissima, nisi vsus immodicus mala illa grauissima fecerit, qd multis fecit, & totidē corporis, atq; animi pestes tumorē corpori pariētes animoq; rubiginē. Gau. Ocio fruor iucūdissimo. Ra. Vtor dic. Nulla hic re fruēdū. sed vtēdū multis, habet doctrina salubrior. Gau. Delactabile ocium est mihi. Ra. Refert multū hoc ipsum ociū quale sit.

Duas nempe spes otii diffiniunt, oppositi alteram, atque ipsa in requie laborantis ac circa honesta studia sollicitii, quo nil est dulcius, alteram mentis & languidi, & solam requie cõplexi, quo nihil fœdius, nil similius est sepulchro. De primo igitur sæpe magna quędã opera, & mũdo utilia, & suis authoribus gloriosa proveniunt. De secũdo autẽ nihil unquam, nisi inglorius torpor, ac marcidus. Primũ illud rite philosophãtibus: hoc secundum pigris, venteri, somnoque deditis per opportunum, ubi nullo interpellante edant licenter, ac dormiant. Gau. Optata perfruor quiete. Ra. Quies illa quã perfruendum erit, ullum finem habitura nõ est hic. vide ergo qua gaudeas quiete. Gau. Quietem optatam reperi. Ra. Quietem dicis, an accubitum vis dicere, an somnum? quem mortis cõsanguineũ poetæ quidã, alii mortis imaginẽ dixere. Utrique perproprie. Gau. Dormio, & quiesco. Ra. Atque & eũtes sæpe aio quiescunt, & sedẽtes iacẽtesque aio laborãt. Et somnus ipse aialiũ quies dictus suos habet abditos dolores, visionũque ac fantasmatũ turbidos tumultus atque horribiles, de quo deũ familiariter alloquẽs sanctus & afflictus vir ille queritur. Gau. Ociosus in thalamo requiesco. Ra. Utrum quõ putas dulcius quiesceret, an vacia suo in rure dormiẽs, an Scipio in Africa cũ hostibus pugnãs, Cato cũ anguibus, Regulus cũ viris? Nec quies sine gaudio, nec sine virtute verũ gaudiũ esse põt. Gau. Reie-

ctis laboribus grato recreor sopore. Ra. Labor est materia virtutis & glorię, hūc q reiicit, illas reiicit. Cōtravitii, & īfamię materia sopor est nimius, q multos ad ppetuū soporē vrget, atq; pcipitat. Fouet ille libidinē, corpora pgrauat, Eneruat aīos, fuscat ingenia, sciētiā minuit, memoriā extiguit, parit obliuionē. Nō sine cā īsomnes idustriaq; laudātur. Sōno non laudatos cernimus, sed īflatos, Proinde vt somnū qdā mortē dicūt, sic vitā alii dixere vigiliā. Inter mortē vero & vitā vide qd eligas, vigilādū certe, quod sapiētibus placet, ad hoc saltē, vt longior vita sit. Gau. Lōgo, & minime īterrupto fruor somno. Ra. Bñ si nō curis mordacibus auaritia, ambitiōe, metu, mœrore, aut amore impio. Male aūt, si nō honesti studii cura cuiuspiā sopor abrūpit. Profecto populis stertentibus vigilant reges, sopitoq; duces vigilant exercitu, quod & res docet & Ilias pbat Homerica. Nobilioribus aīs curæ vigiles īpendent, sed sobriæ ac salubres. Augustū Cęsarē principū maximū atq; optimū somni breuis accepimus, eiusq; ēt crebrius interrupti. Tu cōtrario gloriaris. Gau. Profunde dormio. Ra. Et gulosi, & libidinosi, & iracundi, brutis aīantibus viuis cū, Somnolēti ac sopiti duntaxat mortuis comparantur, & quod ad illam partem temporis attinet, nihil differre felices a miseris philosophicā scis esse sententiam. Iure igitur, vt pars illa

pro viribus euitanda, quæ solas inter homi nes differentiam somniorũ linquit, sic secta da cõtraria est nil difficultatis allatura volẽ tibus. Si pro leui enim gloria aut lucro exi guo, & bellatores, & mercatores, & nautæ totis sua diuo noctibus peruigilant, illi qui dem inter hostiũ insidias, hi quolibet hoste peiores inter fluctus ac scopulos, tu pp verã gloriã lucrumq; ingens inter dei laudes ac libellos tuos partẽ noctiũ vigilare nõ pote ris? Gau. Vigilijs deffensus somno totus in cubui. Ra. Sic est nõ mutatis stilũ cuncta fe re vno mõ agitis, & quę deus ipse, vel natu ra, vel ars aliqua vobis ad obsequiũ dedit, in vestrũ dedecus dãnũq; conuertitis, potũ cibũq; ad ebrietatẽ, & crapulã, ociũ & quie tẽ ad somnolẽtiã, & marcorẽ, valetudinem ad voluptates, formã corporis ad libidinẽ, robur ad iniurias, ingeniũ ad fraudes, scien tiã ad superbiã, eloquẽtiã ad discrimẽ. domi ciliũ, ac vestitũ ad põpã inanẽq; iactantiam, Opes ad auaritiã & luxũ, prolẽ & cõiugium ad metũ & solicitudinẽ immortalẽ. Ite nũc stupete, & querimini de fortuna, & malis vestris ingemescite. de bonis mala facitis, deq; cœlestibus donis cõpedes vobis ac la queos ꝗ vincula animę cõflatis. Gau. Som no placido delector. Ra. At nõ mõ reges, & duces, & principes, & philosophi, & poetę insuper & familiarũ patres vigilãt ac nocte ꝓsurgunt quod ad sanitatẽ atq; œconomiã

& philosophis; vtile ait Aristoteles, sed fu
res etiã & insidiatores (quodq; est mirabi
lius) insani, & amatores quos suarũ mulier
cularũ memoria, & desideriũ excitet, tu ve
ro nõ virtutis amore' somnũ oderis vitijs
amicũ? vtq; elegãter ait Flacus, vt iugulent
homines surgũt de nocte latrones vt te ips
serues non expergisceris? Pudeat semp tan
tũ in vobis posse turpes causas, & nil posse
pulcherrimas. Gau. Nullo vnq; interpellãte
totis noctibus quiesco. Ra. Videtur quidẽ
Aristoteles: quod superius attigi, ita vitã ho
minis partiri, vt dimidiã partẽ somno tri
buat, dimidiãq; vigiliæ, dũ pro parte dimi
dia nõ differre studiosi vitã ait a stulti vita,
& siquidẽ pro somno noctẽ, pro vigilia diẽ
vult intelligi. Recta fateor ac vera ẽ diuisio
ęquis.n. partibus tempus intersese diuidũt,
At si sic accipit, æquas spatio inter ptes dif
ferentia certe alia ingens est. Nulla.n. acrior
nulla altior cogitatio est q̃; nocturna, nulla
pars tẽporis studẽtibus aptior: si aũt somnũ
ipsum dimidiã tẽporis partẽ dicit mirabile
dictũ est ex ore tã studiosi, & tã docti homi
nis. Absit.n. ab anima bene instituta & stu
dijs itenta dimidiũ tpis dormire, cũ quartũ
suffecerit quibusdã, & tertium voluptuosis
quoque sufficiat. Noctu quidẽ surgere quali
bet anni parte cõsiliũ est. Absit vt noctẽ nõ
hybernã modo, sed ęstiuam totam dormi
ant qui grande aliquid moliuntur. Cæterũ

semel illã fregisse sufficiet fortasſis, quódq; vigiliarũ anticipatum erit breui (si res po-scat) meridiana vicisſitudine restaurari pót. At brumalis horæ noctis ſæpius rũpendę, psallendũ, studẽdũ, legẽdũ, scribẽdũ, cogitãdum, contemplandũ, quærẽdũ ingenio noui aliqd semp. & quod studio quæſitũ fuerit, memoria repetendũ. Audiendus quoq; Hieronymus ad Eustochium scribens, noctibus bis, terq; surgendũ inquit reuoluenda de scripturis, q̃ memoriter retinemus. Deniq; his studiis fatigati oculi alterno sopore recreãdi, & breui qete recreati alterno exercitio fatigandi eruut, ne totis noctibus dormiendo, culcitræ incũbendo, sepulta cadauera videamini, motu crebro, atq; honesto vos viuos, & virtuti deditos, cõprobate.

De suaui odore. Dialogus. XXII.

GAV.

S Vauibus delector odoribus. Ra. Hi vel victui, vel vestiui subseruiũt, de qbus qd sentiã audiuisti. Gau. Odoribus studeo. Ra. Odoꝝ alii gulã, alii libidinẽ irritãt, Horũ appetitus incõtinẽtiæ notã subit, & pſertim vehemens. Alii ꝑpter se ipsos expetunť. Horum studiũ nõ turpidinis nempe, sed vanitatis arguiť, vnde est vt muliebriũ vnguentoꝝ odor, aut dapum, q̃ florũ turpior ac pomorũ sit. Eadẽ ratio est earum delectationum, quæ auribus ocu-

lisq; percipiuntur. si vnq; ethicis applicuisti animum nosti hæc, neq; te nunc doceo, sed notæ veritatis ad memoriã retraho, vt hui' generis oblectaméta videas vel fœda esse vel leuia. Gau. Odoribus opam do. Ra. Bonæ vtinam famæ, cuius odor bonus quoq; dicit, malusq; maior multo, latiusq; sensibilis q̃; aromatũ si terant, aut sulfurum si cremenť. De his odoribus nõ nares, sed mens iudicat. Gau. Bonis odoribus delector. Ra. si sensui pares & voluptati ĩhías, vt dictũ ẽ, aut obscænũ aut inane. si valetudinis curã geris excusabile, modo condimentũ rerum oium modus adsit. Cõfortat enim tabescẽtẽ spiritum odor leuis, sed ad oĩa valet illud comicum, Neqd nimis. Est aũt (vt in multis) in hoc quoq; naturaꝝ varietas infinita nõ solum inter hoiem atq; hoiem sed iter gentẽ & gentẽ. siqdẽ vera fama est, quamq; magni non respuunt authores, gens quæ Gangis fontem accolit oĩs cibi expers solo mali syluestris odore alitur. peregre ꝓfectu ri nil nisi bonum illud malum ac vitale circunferũt, tam fetoris ĩpatientes, vt sicut eos purus nutrit, sic infectus odor interimat. Delicata cõplexio quæ sic viuat & pereat. Hinc gens ois ad ortũ solis obuersa cœliq; mollicie delinita, vt ciboꝝ negligẽtior, sic egentior, atq; appetentior est odorum, & inde nĩ mirum hæc primũ curiositas nos inuasit. Assyrij Arabes & Sabei vĩis armis edomi-

ti, suis vós odoribus domuere, quibus ali/
quãdiu rigida patrũ, & inuicta sobrietas ob/
stit vsque adeo, vt quingentesimo & sexagi
simo quinto anno vrbis conditæ graui edi
cto a censoribus caueretur, ne quis in vrbẽ
ipsam vnguenta externa conueheret. Non
multo aũt post modernorũ vitijs (vt asso/
let) veterũ scita rumpẽtibus, in scena tũ ipm
edicti talis authorẽ, victrix lasciuia penetra/
uit. Gau. Libenter bene oleo. Ra. Peregrini
odores, atque oẽ artificiũ bene olendi, pro/
prij naturalis nõ boni odoris argumẽta, &
latentiũ sunt signa defectuũ. Ob hoc ipsum
atque ob illã nedũ, viro, sed ne honesta quĩ
dẽ fœmina dignã curã solita sensus uiri for
tis offendere. Meministi adolescentis illius
qui dũ, ut erat unguento illius pro collata ꝑ/
fectura Vespasiano principi gratias acturus
ante eum staret, ille hausto mox odore sub
stomachans acri super cilio, uoce aspera,
Malẽ inquit altũ oboleuisses, sic increpitum
sine honore, inhibitis, seu rescis his iã cõces/
sę gratię literis bñ olidũ dimisit. Ita cũ sem
per dedecori sint odores huiusmodi ĩterdũ
etiã dãno sunt. maxime ubi morũ grauis, ac
masculus censor sit. Quid ꝙ quibusdã fue/
re periculo, Nã & illud nosti, ut Plancius
Senatorij uir ordinis, triũuirali proscriptio
ne, metu mortis Salernitanis latebris abdi/
tus vnguenti proditus odore, sibi quidem
perniciem, proscriptoribus autem suis exc

fationem, sæuitię quæsiuit. Nam quis nō su-
re cęsum diceret eū, qui eo tēpore. R. p. tan-
toq; priuato discrimine vnguenta etiā nūc
oleret? Gau. Artificiosis odoribus assueui.
Ra. Desuesse, si cōsiliū meū vis. Turpius est
enim artificiosis q̄; simplicibus assueuisse.
Oē quod turpe est, quo artificiosius eo fit tur-
pius. Honestatis ornamentū ars, inhonesta-
tis est cumulus. Adde q̄ & fœdius hodie q̄;
olim, q̄;uis. n. Roma (vt dxi) & quā Græ-
corū Romā ꝑpe dixerim Lacędemon, huic
pesti ex Asia venięti, quasi armatæ hostium
legioni ferreis moribus, atq; edictis obstite-
rint, ad extremū tñ molles vnguentorū si-
mulq; vitioꝝ acies fefellit, excubias in Euro-
pam trāsit: & fortissimas gentes vicit. Et qm̄
singula ꝑsequi lōgū est, ex vnius asperrimi
atq; laboriosissimi viri mollita duritie de
reliquis cōiecturā facito. Siquidē in medio
bellorū ęstu, ille inuictus, ac barbarus cruen-
to cū exercitu vnctus ē Annibal, penetrabi-
lia vnguenta, sed penetrabiliora sunt vitia.
Itaq; eneruati ducis ac militū, quorū tā stu-
pēda primordia fuerant qualē decuit, exitus
fuit. Quo effectū est vt cum multū Africa-
ni semper virtutibus, Annibalis tamen vn-
guentis aliquid deberetis, expediebat illis vt
sicci essent, vobis vt vngerentur. Ex illo sane
multis sæculis sic iste mos inualuit, vt labor
stuporq; sit legere, quæ de hac re in vtrisq;
literis scripta sunt. Et quid pluribus morer?

vſq; ad illius pedes quo nil altius, vnguētū venit. quod ipſe qui omnem mollicię ani/morum, atq; omnes illecebras voluptatu extincturus aduenerat paſſus eſt. nō vnguēto qdē ſed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Iam vero pedetentim vſus hic abiit, vt cum in multis ætas veſtra maiorū gloriæ impar ſit, in hoc excellere videatur ꝙ vnguentaria non eſt, & qui his capitur non communi temporum, ſed ꝓprio quodam animi vitio laborat Gau. Bonis odo/ribus illicior & delector. Ra. Fieri non pōt quin quæ delectabilia ſunt natura & illici/tant. & dum præſentia ſint delectent. Sa/pientis hebrei dictum eſt. vnguēto, & variis odoribus delectatur cor, q̄uis vnguēto qdē nō tam mihi delectatio videatur ineſſe, q̄ faſtidiū. Sed vt inſit odoribus meo certe cō ſilio abſentibus reſiſtendum contemptu & obliuione. p̄ſentibus vtendū modice neq; vllum his ſtudiū impendendū, ne te vel ta/citus vltimarū, viliūq; rerum mancipiū fa/teare. Ne ve hunc articulū longius traham inhoneſtis odoribus, vt rebus omnibus vi/rilem effœminantibus animū vetitis ac ſe/cluſis in reliquis Auguſtini ſententiā am/plector de illecebra odorum inquit. Non ſatago nimis, cum abſunt non requiro. cū adſint, non reſpuo, paratus eis ſemper care/re. Idē fac ne quando bonis odoribus male/pleas, aut odioſus mundiciis odioſus ſis.

De dulcedine musica. Dialogus. XXIII.

GAV.

Antu: delector ac fidibus, RA. Ah quãto melius lachrymis atq; suspiriis. Præstat.n.flendo ad gaudiũ, q̃ gaudẽdo ad gemitũ puenire. Gau. Cãtibus, sonisq; pmulceor. Ra. Et ferę cãtu fallũtur, & volucres. illud mirabilius musica quoq; dulcedine pisces tãgi. Nota tibi Arionis & delphinis ẽ fabella tã p vero habita vt ipsis annalibus sit inserta. Multi qdẽ scriptorũ illustriũ meminere miraculi, elegantius nemo, q̃ Herodotus Graiæ pater historiæ, astipulãtur imagines æneę illic vbi ẽ tãto periculo icolumis primũ terris appulsus est, natãtis piscis tergo insidẽs fidicen. ad hæc Syrenes cãtu fallere credũtur, illud vero non creditũ sz cópertũ, vt quotidie blãdis verbis hõ hoiem fallit, & ad summã nihil ad fallendũ voce aptius. Gau. Musica suauitate delinior. Ra. Et aranea (vt aiũt) afiq̃; mordeat: & medicus linit anteq̃; feriat, & anceps, & mulier quẽ fallere vult delinit, & pędo quẽ perimit. & Polypus quẽ demergit amplectitur, Et qdã pessimi hoiũ nunq̃; terribiliores sunt, q̃ dũ se gestu & voce lenissimos ostẽdũt, quod ĩprimis de Domitiano principe lectũ est. Vix vlla est sine suspiciõe delinitio. Gau. Cãtu gaudeo & exaltor. Ra. Caue. Nã scriptũ est. Extrema gaudii luctu occupat, & rursus, ante ruinã exaltabit spiritꝰ.

accidisse. Epaminundam vero Thebanum hanc fortassis infamiã declinantẽ præclare fidibus cecinisse author est Cicero. Mirum & Socrates talis senex fidibus operã dedit, ne miremur Alcibiadem ab auunculo Pericle tibiæ studio traditum apud illos honestissimo, vt inter liberales artes hanc quoq; cõdiſceret. Sed verecundũ pueri laudemus ingenium, qui cũ ab insigni tibicine ad id ipsum accito oblatas tibias ori applicuisset, & colecto spiritu genas inflasset, aiaduersa deformitate vultus erubuit, atq; obiectas tibias aspernatus fregit, meruitq; licet tenera ętas exẽplo eẽ, vt totius populi cõsensu tunc Athenis tibiarũ vsus obsolesceret. Ad vos & si nõ illud ardẽs musicę studiũ peruenerit olim principũ mẽtes occupaturum, occupauit tñ aliquorum aĩos pessimorum maxime. Calus qppe cantandi studiosissimus saltãdiq; fuit. Nero quãtũ citharę studio deditus fuerit, & quantã curã vocis habuerit incredibile dictu est. Id. n. stultũ est, penitusq; ridiculũ ꝙ nocte illa quæ sibi vitæ vltima, mũdo ãt respirãdi vel modicũ prima fuit, inter querelas quas vicina mors: & præsens metus, dolorq; dictabãt, illud crebrius, atq; miserabilius defleuit, non ꝙ tantus princeps, sed ꝙ tantus musicus periret. Mitto alios, ad hanc vestram, quæ nũc agitur, ætatem, licet partior venit tamen aurium voluptas, qua caste ac sobrie delectari humanitas quædam, ca-

pi autem & mollitet inuescari vanitas mul ta est Gau. Suauibus vocum modis cũ dele ctatione detineor. Ra. O si audires sancto rũ suspitia. O si hinc aures tuas damnatorum gemitus, & lamẽta ꝑcellerent. Hinc beato rũ iubilus, & cãtus angelici, atq; illa cœlestis harmonia (quã Pythagoras ponit) Aristo teles euertit, Cicero noster instaurat, tibi aũt pietas, fidesq; suggerit esse ibi ꝑpetuas, ac ꝑdulces voces, & si nõ cœlorũ, at cœlestiũ incolarũ, primã illã, & ęternã cãm fine fi ne laudãtiũ. Si hęc inquã oĩa tuis aurib' ife rentur, q; clare discerneres qs ꝓcẽt' dulcior q̃ue salubrior? Nũc surdo sensu soni iudi ciũ cõmitis de quo hactenus parua qdem res nonnullis forte videbitur, magnos tñ viros exercuit, Nec sine causa diuini Plato vir ingenij musicam arbitratus est. ad statũ sue correctionem morũ Rei. P. pertinere.

De Choreis. Dialogus. XXIIII.

GAV.

CHoreis gaudeo. Ra. Mirabar nisi fidium cãtus, & tibię choreas susci tarent, & ꝑscriptio de more vanita tũ vanitas sequeretur, verũ maior, multoq; deformior. Ex cantu. n. dulcedo aliqua, & sępe vtilis, ac sancta ꝑcipitur, ex choreis ni hil vnq; nisi libidinosum, ac inanes specta culũ honestis inuisum oculis, viro indignũ. Gau. Choreis cupide intersum. Ra. Corpus

animum tegit ac detegit, manuū iactatio, pes mobiles, oculis vagus, ac petulans tale aliqd arguunt in aio esse, qui non cernitur. Itaq; cauēdū valde est modestiæ cultorib⁹, ne qd effœminatū agāt, aut loqnť. Oculi.n. affectus, & pectorū latebrę sæpe parus in dicijs patescunt, motus sessio accubitus ge/stus risus incessus sermo signa sunt animi. Gu. Dulcedinē quondam ex choreis capio. Ra. O dulcedo ridicula, finge.n.te choream ducere, vel cernere, neq; tibicinē audire, atq; ita stultas mulierculas, & viros mulierculis molliores in silētio circūferri redire inepti/re. Quid q̄so vnq̄; absurdius, aut delirātius vidisti? Nunc motus incōditos, lyrę sonus, aut tibię hoc est amētia vna aliā tegit. Gau. Choreis delector. Ra. Nō tam ibi delecta/tio p̄sens est q̄; speratæ delectationis auspi/ciū, Veneris p̄ludiū illud quidem sono stu/pidas, ac misellas circunducere, atq; vrgere, & stringere, ac specie vrbanitatis atterere, li/beræ ibi manus, liberi oculi, liberæ volant voces, pedū strepitus & multorū cantus dis/soni. & tubarū clangor, cōcursatio, & pul/uis, & quæ sæpe ludis additur hostis pudi/tiæ, & amica scelerū nox ipsa. Hæc sunt q̄ ti/morē ac pudorē pellunt, hi sunt libidinū sti/muli, hæc laxamēta licentiæ. Et hæc est, ne me falli facilem putes, illa delectatio quam supplicitér, & velut innocue chorearū appel/latiōe p̄fitemini, & ludi tegmine crimē ob

hubitis. Etsi.n. solos inter viros, seu solas in ter fœminas hæc nõnunq; fiant, illic tñ se/ paratim exercenť. Quid ve cõgressi iterum acturi sint simul discunt, ceu discipuli q ma gistro absente qd eo reuerso loqui debeant meditanť. Tolle radicitus hanc speciẽ inge/ niosam atq; improbã, tolle libidinẽ, sustule ris & choreã. Crede mihi cũ Dauid rege ne mo dñm saltabit, neque forte sua vxor irri deat, cũ tñ nullus irrideatur ante dominam saltans, siue etiã pandurizans. Gau. Delecta biles sunt choreæ. Ra. Sniam meã tenes. Si delectant pp aliud delectant, per se.n. tota qdez insulsa res est, & plus tędij allatura q̃ gaudij. Naz q.i oĩno est aliud in gyrũ volui q̃; ex ire vertiginẽ fineq; termino viã rei? Inter locales sapiẽ motus, quos Plato dinu merat, Hos s.añ, retro, dextrorsuz, sinistror/ sum, sursum, deorsum, ac circuitum solus septimus infinitus est, Atqz hunc ideo, quæ ppetua sunt hoc est cœluz, terra & sydera, hunc in terris ppetuus hoĩum agit furor in cunctis fere actibus, atqz consiliis. Nec vllos Orpheus Ixioniã rotam sistit, sz visibilibus in choreis vbi animoruz volubilitas corpo ra secum voluit. Et iccirco cuz de omnibus dici possit de his perproprie dicitur qd scri/ ptum est. In circuitu impij ambulant. Hic lu dus multoruz dedecorũ causa fuit. Sępe ibi matrona diu seruatum dedecus pdidit. Sępe infelix virguncula ipso nuptiali die dedicit

quod melius ignorasset. Gau. Honesto tripudio libẽter exerceor. Ra. vellem aliud genus exercitii delegisses. sed quo pgas, & qd velis video. Interdictũ tolli. veniã dari normamq; pscribi. Q ñ igitur sic affectus es, seu is morbus, seu cõsuetudo est, qua mala nihil peius, bona nihil est melius, ea tibi in oibus lex erit. vt qbus carere penitus nõ potes, modestissime vtaris ac rarissime. Ne qd vlla in re molle vel fœmineũ agas, s3 vbiq3 non suis etiam in finibus virilis rigor emineat, sitq; tripudiũ, vel q'quis erit is ludus fatieati an'mi relaxatio, & exercitium corporis, nõ voluptas eneruatrix mentiũ. Exẽplo libẽtius abstinuissem, summorũ virorũ imitatio nõ omnibus tuta est. Non omne pennatũ animal aqlam sequi põt. Imitatorum alij cõtrarium faciunt, alij vero aliud, nõnulli idẽ aliter. Pauci ad plenum qd imitantur effingunt. Cato hic vltimus. R. P. curis pressum animũ vino leuare solitus fert. Fecit idẽ apud Græcos Solon. Hos aliqs se qui volens vnum semper offm ager, bibet qdq3 illis modicum, ac rarum, huic immensum, & cõtinuũ, qd illis remediũ, huic erit ebrietas. Facile idẽ in rebus alijs posset ostẽdi, sed hoc vnum intelligis qd est, quod nũc tecum verear. Ex quo tñ damnatæ rei patrocinium vt susciperem coegisti, summi viri exemplum quod vel non sequaris, vel non mutes accipe his ipsis quibus apud senecã

est verbis in eo libro, In quo tranquillitate animi stilo ingrit, Scipio ingt triũphale il/lud, & militare corpus mouet ad numeros, nõ molliter se infrigens, vt nũc mos est etiã in incessu ipso vltra muliebré mollicié fluẽ ti bus, sz vt antiqui illi viri solebant inter lu sum, ac festa tpa virilẽ im modũ tripudiare, nõ facturi detrimẽtũ etiã si ab hostibus suis spectarẽtur. Quibus in verbis qd de sua tas tunc ætate sentiret, pspicis. Felix qui nõ vi/dit tuã. Quãuis aũt ille & tripudij & vini remissioné probet, veniendumq; nõnun q̃ usq; ad ebrietaté dicat, quod a taz rigido in/genio dictum miror, si fideli cõsilio vti vis vino parce vtere, tripudio abstine. Alia sunt honestiora remissionum genera qbus fasti dienti fessoque aio moderere, in omnibus tñ optimũ fuerit quod hic vltimum dixit attendere, & quæcunqz ages ita agere tanq̃ te hostes tui videant atqz obieruent. Multo quidé est satius sic viuere vt abstinentiam & grauitaté tuã inimici stupeant, quã vt lasci/uiã amici excusent. Clarior fama est, cui nec verũz crimen obijcere quisq̃ põt, nec fal/sum audet, q̃ cui obijcit sed purgat. Accusa toré pfecta virtus exterret, mediocris irritat qd ad sobrietaté attinet malim te Cęsari si/milé, qué vini parcissimum ne inimici qui dé negauerint (vt Tranquillus ait) q̃ Cato/ni nõ cẽsorius illum sené loquor, de cuius sobrietate iam diximus, sed hunc vltimum

cui obiectam ebrietatē Seneca sic refellit, vt dicat facilius effecturum quisquis obiecit crimen honestum, q̃; turpem Catonē. Quo ad id vero de quo agitur, nullo modo eripudies malim, q̃; vt Scipio, ꝙ si te illuc vrget animus quo nolim, his te saltim ducibus vti velim vt (si penitus tibi insedit) illud lyricum. Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus. Sic vinus bibas vt Cato, sic terram pede pulses, vt Scipio.

De Pilæ ludo. Dialogus. XXV.

GAV.

AT delectat pilæ ludus. Ra. En aliud clamandi ludibriū, saltādiq;. Gau. Libēter pila lusito. Ra. Odiosa vobis (vt vr̄) est requies, vndiq; labores aucupamini decoros vtinā. Nā si exercitio ludus hic q̃ritur, vtrum p̄cor honestiorē fatigatio nē furibunda iactatio, in qua nihil aio geri pōt, an ambulatio tranquilla p̄staret, vbi & mēbroꝝ motus vtilis, & ingenij agitatio honesta est? Quē morē ph̄oꝝ quidam sic fecerunt suum, vt hinc secta famosissima nomē sumpserit, An tu vero Dionysius Siracusiū, q̃; stagiritē Aristotelē sequi mauis? q̄si vt studiosa de ambulatione philosophorum sic tyrannum ludo hoc turpitudo delectari solitū accepimus, q̃uis & modestos īterdum alios voluptas hęc cœpit. Itaq; & Quintus Muti⁹ scęuola ille augur, elegātissime hoc

ipsum fecit. & diuus Augustus post finē ciuiliū bellorū ab exercitijs cāpestribus ad pilas trāsiit. Et. M. Aurelius Antonius (vt de eo scribit) pila lusit apprime. Nec tamē vel quia ille diuini, atq; humani iuris peritissimus, vel hi doctissimi, atq; optimi principes fuerunt, ideo ludus prçceps & clamosus placet. Siquidē motus omnis vehemētior prçsertim si clamore permistus sit, honestum dedecet ingenium.

De ludo aleç & calculorū Dialogus. XXVI.

GAV.

Aleç ludus, & calculoruʒ placet. Ra. Dānosū illud, hoc inane, vtroq; tñ idem ille Scçuola, quodq; alius Augustus Cçsar altero vti solitus fertur. Neque rursus ideo ꝙ ille a cerimonijs deorū, atq; hominum legibus, quas excellentissime caluit, iste a curis summi impij, quod diutissime atque optime rexit, tale sibi interdum laboris diuerticulū elegisset hoc in te ꝓbauerim. Sunt enim & doctis, ac magnis viris appetitus quidam peregrini & sui, quorum si vt in doctrinis sic in morib⁹ imitator fueris facile labi queas, neq; enim omniū qui laudantur, laude digna sunt omnia. Gau. Aleç ludo delector. Ra. Quis non delectet super pictam tabulā cōsignatas numeris, ossiū quadraturas crispanti cubito iactare, quaq; illç dirrexerint trepidantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere? Gloria

Tuȝ exercitũ, & pręclarũ nomẽ, & currus, & laureas meritorũ. Gau. Calculis lib es ludo Ra. O puerile studiũ. O perditũ tẽpus. O curę supuacuę. O ineptissimi clamores, stultã gaudia, irę q; ridiculę, deliros senes impẽdere alueolo, & pauculis lignis vagis, ac furtis insidiantibus atq; latrocinãtibus. Vnde latrũcularius ludus apud veteres dicebatur, quo lusisse simiã author est Plini. Miraris. Atq; porie ludus est simię miscere calculos, ac trãsferre, & posti illidere, raptim iactare manus ac trahere, insultare aduersario, & collisis dẽtibus minari, irasci, altercari, fremere, vicissimq; interim (vt Flacci verbo vtar) caput scalpere vngues rodere, & ad summã oia facere q̃ prętereũtibus risum excutiãt. Nũquid enĩ horũ aliqd, aut vllũ penitus amentiæ genus omittitis? Nonne ita torquemini quasi vel vestra, vel publica salus in dubio sit? Multi credo p̃lio vicissent si q̃; ligneis, aut eburneis ipẽderũt curã, veris militibus ipẽdissent. Vix rei vllus tã intẽsum. tãq; ineptũ studiũ inuenias. Sed hoc est in regno stultitię cõmune, vt quarũ rerũ minor est fructus, & cupiditas, & delectatio maior sit. Gau. Alea delector. Ra. Ostẽdã tibi si cõsilio vti voles generosas, atq; honestã aleã, qua olim Athenis docti homines vsi sunt, vt festis scilicet diebus in cõcilio amicorũ quisq; de literis aliqd in mediũ pferat, nõ sophisma lubricũ vt illi, sed solidũ

P ingēio pferētis ad virtutū, aut btā vitā gñ
tinēs. Dehinc collatiōe facta sine iuidia, sine
ira, q iferiores doctiox iudicio visi erūt, fa
cili qdē mltēt pecūia. Hoc i pbicas Xtat coē
nas. Sic res vna puiuio, sumptū exercitiū stu
dio, calcar ingenio ministrabit, qp hic victos
excitet, hic victores, huc alet gñe quo antiq
saturnalia vos pia festa, & quo illi Atticas,
vos Romanas noctes istruite. Habes ludu
quo & ludere iuuet, & lusisse nō pudeat.

De Ludo taxillox pspo Dial. xxvij. GAV.

Vuat ad taxillos ludere. Ra. O vorago
I ingēs, iexplebilis. O pīmoniox flux*
tristis, ac subit*. O animi tēpestas, & fā
mę nubes & scelex stimul* & ad desperādū
via. Supiores vtcūq; ludi sūt, hic mer* ē do
lor. Ga. At mihi psp ludi huius euēt* fuit.
Ra. Taxillox null* euētus psp mali oēs, &
miseri. Nā & q pdit affligit, & q vicit illicit
inq; isidias ptrahit. Ga. pspe lusi. Ra. psens
sępe pspitas futurę calamitatis auguriū fuit
& suas hæc pestis hz illecebras. Si q Talis lu
dunt oēs pderēt. nemo vnq; luderet. Nūc lu
crāt al*q s3 lucrū illd arra ē dāni. Ga. Lusi, &
vici. Ra. Bñ, nisi i cāpū redis. Alio q nullus
cāpus planior, nullo i cāpo volubilior ē for
tuna. Ga. Lusi & vici. Ra. Ludes itex & pdes
Qd vicisti āt hic atq; illinc mille diripiēt qd
pdideris nemo restituet. Adde qd si quid est
iustitię, quod vincis non fit tuum. At quod
pdis, & si nō fiat alterius, tuū tñ eē desinit.
Multa sunt vndiq; q ab hac insania bonaq

mēte dehortētur, ac retrahāt, nisi vos ipsum qdā auaritia pulsus vrgeret. Gau. vici in ludo taxillo℞. Ra. Scito āt te ab exactore ipso fœnus cētesimū accepisse, restitues qđ vicisti & de tuo addijcies vt nō sit q repetat. pſeips euanuerit, tuq; in somnijs felix eē desieris. Gau. vici, & ditior factus sum. Ra. Cū nulla sit stabilis pecunia s3 sua poti' rotūditate versatilis, tū pcipue q̄ taxillis q̄rit. Taxillo℞ ludus nihil vlli donat eo℞ maxime q familiarius illū colūt, sed mutuat aliqd, & extorq̄t eo sp imitior quo blādior visus erat. Nulli.n. amarior est iactura, q̄; lucri dulcedinē degustare orso. Gau. Lusi & lucrat' su3. Ra. Gaudere lucro taxillo℞ tale ē, ac si dulci gaudeas veneno. Vtrūq; mox p venas errūpet. Gau. Ludo psper delectat' su3. Ra. Peior ē delectatio pci, q̄; pcm̄ ipm. Sūt q mala cōsuetudie pene coacti peccāt, neq3 post pctm̄ gaudēt s3 tristātur, & si fieri posset, nō peccasse maluerint: Quosdā vidim' iter ipsas libidinū flāmas, quādā velut glaciē doloris, ac pniē sentire, & si dici liceat velle simul & nolle. peiorē ls in partē mali vsus quadā vi detortos, quos haud improbe quis speret vsu excuso ad meliorem semitam posse cōuerti. At qui de peccato exultant, qd de his oro reliquū spei est? Gau. Delector taxillo℞ ludo. Ra. Spero fore ne, semper, neu diu'ēt delecteris. voluitur assidue fundatarum status vrbiū. Tu stabiles talos putas. Crede mihi voluūtur, & secum in lachrymas gau

dium tuum voluent. Neq; n. sic voluentur, vt vidisti, tūc inatre tibi gaudiū, nunc veros gemitus parabūt. Gau. Delectat ludere. Ra. Delectatio funesta & turpis, corruptiq; animi. Ira. n. & cōuitio dignus es. Nā quis, q̄so ingenuus, seu quis hō & nō potius trux bellua delectari queat ludi nomine, abundāte nequitia, atq; impietate fœdissima? vbi p̄ter ominū vultus nil humanū sit, vultusq; ipsi iracundia ac mœrore obsiti, confusisq; clamoribus efferati, nec iam sint humani. Vbi nō decor morū, nō modestia sit verborū, nō amor erga hoies, nō erga deum reuerentia, sed iurgia & rancores & doli, & piuria, & rapinę, vulnera ad extremū & homicidia quoq;. Nil in deū sæuius pōt humana temeritas diuini nominis blasphemię, quibus ante oēs scelerum officinas ille ludus infelix scatet vbi siquos forte tacitos pudor tenet crebro tñ suspectantes qd labijs cordis agant sciunt ipsi. Quis hunc ludū verus hō, non dicam tractare manibus, sed spectare oculis possit, & nō angi prorsus fugariq; scelesti spectaculi fœditate? Gau. Delector tñ hoc ludo. Ra. Vide ne Cretensiū imprecatio in tuū caput inciderit, mala cōsuetudine delectari, quo nil dictu leui⁹, nil euētu grauius, ꝑpiusq; exitio est. Gau. Delector aillorū ludo. Ra. Abijcienda est delectatio inhonesta, & si nō virtutis at saltē famę studio, & pudoris cura. Nā vix aliud in actibus

hominum inuenias, vbi tam clare mores, & vitia detegantur. Vidisti alacriter in prælium descensuros in hoc ludo tremere atq; orare flebiliter, & suũ numerum inuocare. Quosdã alibi magnanimos, ac tranquillos illic quo parua pecunia, & pcari, & irasci, & in finem furere. Quã multa pro paucis nũmis sępe ibi fecerunt viri fortes, quę pro ingenti thesauro alibi nõ fecissent. Ibi enim vitiorum omnium, sed imprimis iræ, atq; auaritiæ regnum est. Meministi, vt Naso in eo libro, quo inhonestam quidem ac super uacuam artem docet, vtile tamen interdu; aliquid interserit, Amatrices monet, vt ob animi vitia cellãda, ludo hoc, aut simili abstineant, ne conspectę ira tumidæ aut auaricia exhaustæ amatoribus displiceant suis. Quanto id viris dignius præcipitur, ne nõ modo hominum sed dei oculos omnia videtis & bonos animos, moresq; ingenuos amantis, offendãt. Gau. Lusi, vici, gaudeo. Ra. Ludus turpis, damnosa victoria, gaudium inane. Gau. Vici gaudeo. Ra. Omne de suo malo gaudium stultum est. Proinde Tartareus quispiã ludi huius inuẽtor fuit, Cuius inscij ludibrio ac noxæ, scientes vero miraculo subiaceant ac stupori. Nam quid mirabilius, qua qđ veteri pverbio vulgatu;, verunq; iugi experientia deprehenditur? Omnes huiusmodi ludi magistros nudos esse, atq; inopes, & egenos.

GAV.

Electorhistrionu3 iocis. Ra. Nobilior
D or multo delectatio illa est, quę de modulatione musica liberali scilicet quadā arte pcipit, hęc solius vanitatis, & ipudētiæ plena est. Gau. Histriōibus delector. Ra. Malim pauperibus, malis amicis humilibus, malim tādē solitudine delectetis. Gau. Histriones mihi risus mouēt. Ra. Quid tu illis? quoties de se dominū ridētē risit histrio? quoties se mirātis amētiā admiratus finxit aliqd, quo falso illū vere se aūt delectaret. Gau. Histriones doctos habeo. Ra. Habes de qbus rideas, quiq; te rideāt, & rodāt. Pestis diuitū puetusta, quę ab Ethruscis orta Romę creuit, adeo, eoq3 fiducię est euecta, vt Æsopus hinc quęsitū patrimoniū incredibile, atq3 immēsum filio dimiserit, & Roscius uagam, sparsamq; rē arte collegerit, de histrionica librū scribēs, in quo artē suā oratorię, seq; perinde Ciceroni ęquare nō erubuit, eā scilicet ob cām q affectus animi, cōceptusq; abditos quos Cicero verbis ornatis varie pnūciaret ipse alio modo, sed effectu pari gestibus aptis exprimeret. Et sane fuit ille mirus artifex, nec scio qd tā durum esse vel tam triste potuerit quod nō facile leniisset, nō dico qui facillimi, atq3 mitissimi Cicerōis amicitiā ingenio imeruit, dignus q; pro quo tantus orator verba fa-

ceret, de quo scriptũ opus memorię posterorũ traderet est habitus. Sed qui tetricũ, ac superbũ Syllæ animũ inflexit, & ab illo oius pceptore admissus in gratiã, anuloq; aureo donatus est, qui tot graues & seueros senes, senatumq; illũ p quẽ frena orbis agebant, quoties voluit ad risum, lac lętitiã coegit, q populũ Romanũ tãtũ & tã varium sic illexit, vt diurnũ salariũ de publico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse pciperet. Magna merces q̃uis exigua fingat moneta, nõ sine mira quadã & insolita agilitate animi hoc fieri posse cõsenserim, vt si quis vsquã Roscius affuerit non tibi forte sit vetitũ quod Ciceroni licitũ fuit, nõ solũ ludis interdũ, sed familiaritate eius & ingenio vti. Est enim ingenijs inter se q̃;q̃; studio & pfessione distãtibus multa cognatio, vbi vero hũc querimus, multũ breui tẽpore nobilissimę artius retrocessere, ne dicã histrioniã, quæ eo redijt vt nũc illi deditos corrupto gustu falsoq; iudicio esse nõ sit dubium. Profecto enim cõsequens est, vt quibus mala bene sapiunt, bona illis ignota sint. Et curtis noblibus insuetos esse, qui vilibus delectãtur. Gau. Multi quotidie me frequẽtãt histriones. Ra. Frequẽtare te desinẽt, cum tu diues aut largus (dicam rectius) cum tu stultus & pdigus esse desieris. Gau. Magna mihi acies histrionum est. Ra. Immo muscarum quæ te vnctum committentur, sic

utriq; destituăt, nec destituisse suffecerit nisi hunc plausum par sequat infamia. Sunt linguę qbus quies ac silentiũ poena est, nunq̃ vero nisi de alijs loq iuuat, aut falso laudăt aut liuide detrahunt, & quoꝝ nequeũt mordere diuitias, famã mordẽt. Vna ẽ histrionũ atq; parasitorũ lex vtriq; blanditijs armati post fortunã eunt. Verũ illis vẽtrẽ implesse satis est, his alia fames, ubi mentio iniuriæ genus est, implẽda cupiditas fundo carens.

De ludo palestrarum. Dialogus. XXIX.

GAV.

Palęstricis delector ludis. Ra. Si spectator vanus, si luctator insanus.

Gau. Palestricis exercitijs vaco. Ra. In singulis verbis cuius domini mancipiũ sis, apparet. Nẽpe hæc vt superiora corpori seruiunt, quod vt pauloante commemini, & aliquanto honestius sine impetu, & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quædã animi nobilior, quam si nosces hos corporeos conatus & sperneres & odisses, sed vos animum quasi hospitem degenerem atq; inuisum, corpus vt dominum generosum ac dilectum colitis, illi seritis, illi metitis, illi aratis. Iure id quidem, illud iniustius quod eo omnia refertis, curaq; animi posthabita noctes illi insomnes agitis, illi suspiratis, vota illi facitis ingenuasq; artes illi discitis, illi demum obsequimini, ac seruitijs sumptuosissimo

ſſimo dominorũ oĩum atq; ingratiſſimo cui nec vnquã ſatis aliquid, nec ſiquid alqñ defuerit, vlla vnq; memoria ſit accepti, huic tñ tali dño quicquid inſerit paretis, atq; exurïente aio huic vni nõ tñ neceſſaria ſed ſuperuacua vndiq; ac nocitura cõuehitis, neq; ea ſolum, quæ ad victũ pertinent ac veſtitũ de quibus ſuo egimus loco, ſed quæ ad ludos etiã variamq; libidinẽ, nõ videtes q; veſtris aduerſa cõſilijs ipſa ſit veritas, quę diſertiſſimo Ciceronis ore loquit̃, vñ appareat ꝙ qui corpus negligit nõ ſe ille, ſed fragile caducũq; domiciliũ, at qui animũ ille ſeſe vere negligit. Neq; enim ait tu is es quẽ fortuna iſta declarat, ſed mẽs cuiuſq; is eſt q̃ ꝙ nõ ea figura q̃ digito demonſtrari põt. Ga. Palęſtrę delector exercitio. Ra. Quadrigarũ feruor, & equorũ ſtrepitus, & ardẽtes rotę ꝑ anguſtias inoffenſæ, & luctãtiũ plauſus, atque colliſio, oleũ, ſudor, puluis mirabilis ſeu illa quidẽ oculorũ ſeu auriũ, ſeu nariũ voluptas, hereditati q; ſenſus inditiũ ingens qui ſi ſanus integerq; eſſet non clamorum, atq; tumultuum officinæ quas palęſtras vocant ſed obſeruatio diligens palęſtrę huius quam naſcentes ingrediuntur, quam viuentes atterunt, vnde digrediuntur obeuntes, atq; vtilior quædã, honeſtiorq; ſuauitas delectaret. Ga. Studio deditus ſum palęſtrico. Ra. Fuit hæc quidem apud veteres nõ vltĩma gloria ſed tã magna, vt ſeni illi Rhodio

Diagoræ qui et ipse palæstrita insignis fuerat, cũ duos vno die filios palęstricis insignitos victorijs conspexisset, quasi nihil clarius iã restaret quo aspirare posset in vita amicus alter Lacedęmonius senex diceret more Diagora. Non.n.in cœlũ ascẽsurus es, tam magnũ tãq; altũ censebat tres simul vnius familiæ palęstritas esse. Leuicula prorsus, & græcula veræ laudis ęstimatio, sed cõmunis adeo, vt magna etiam turbaret ingenia. Vñ & Plato tãtus philosophus Olimpionices clarus fuit. In q̃ hac arte multis notus euẽtibus, adolescẽs tñ. Amplitudo quidẽ (vnde Platonis nomẽ ortũ putant (roburq; corporis, & ætatis feruor iuuenilẽ animũ impulerant ad experimẽtũ viriũ, vbi cũ summis quoq; par esset, accessu tẽporis cognito qd ageret ad meliora se trãstulit Socratiq; similis fieri maluit q̃ Miloni, & sane multa ętas excusat. Facile teneris annis ignoscitur. Vanitatis excusatio nulli est viro. Gau. Palęstrę studiũ delectat. Ra. In hoc sæpe vilissimus omniũ superior fuit, & corporea mole animi virtus est oppressa, Quẽ tu mihi ducus vel heroũ proferes, quẽ Milo nõ superet? q per stadiũ bouẽ viuũ gestans humeris cucurrit, eundẽq; nudę ictu manus occisum vno die solus haud grauatim integrũ comedit. Mira res dictu, sed apud historicos vulgata. Quis huic igitur in palęstræ suæ regno par occurrerit? Atqui nihil indignius quàm ge

hēroſos ſpiritus tali belluę ſuccub entes cernere, & icciirco nobilibus animis bene ſibi fidentibus ſummopere prouidendum eſt, ne ſua ſpōte deſcēdant vbi ab ignauiſſimis vinci queant: Quin tu ſi ꝓtētionibus gaudēs id tibi ſume certamē in quo ſemp fere ſupe rior qui melior, nō de corporū viribus aut omnino de re vlla, vbi peior idē eſſe poſſit & victor, non de opibus ergo, nō de digni tate, nō de potētia, ſed de ſcientia, hc virtute ꝓtēde, atq; eo aio nō vt cuiuſq; famę obſtre pas, ſed vt alienę laudis ęmulatio tibi ſit cal car ad gloriā. Nullæ ibi ſint penitus partes inuidię, ſed virtutis. Habes & hic exēplū Ca tonis huius vltimi, de quo Criſpus non di uitijs inquit cū diuite, neq; de factione cū factioſo, ſed cū ſtrenuo de virtute, cū mode ſto de pudore, cū abſtinente de innocētia cer tabat. Honeſtiſſimū hoc palęſtrę genus quo te exerceas nō tm̄ olympię, ſed vbiq; nō mi nus in thalamo q̄; i foro, nec minus i ocio q̄; in actu, neq; cū ꝑſentibus mō, ſed cū ab ſentibus quoq;. cūq; ætatū oīum ac terrarū viris illuſtribus, ſemp. n. memorabile ac ma gnificū illud Scipionis apud Liuiū iudicaui. Maximo inquit cuiq; id accidere aio certū habeo, vt ſe nō cū ꝑſentibus mō, ſed cū om nis æui claris uiris comparet. Tu quoq; vel de grege præſentium ſi occurrat, quod vix ſpero, vel ex omni memoria vetuſtatis quē libet tibi parem delige, cum quo non vinia

sint cæstibus, sed ingenio ac virtute luctabe/re sine metu pìculi sꝫ imarcescibilis spe coro/næ. hoc de palęstris cōsiliū, hęc snia mea est.

De varijs spectaculis. Dialogus. XXX.

GAV.

D Electoꝛ varijs spectaculis. Ra. Circo forsan, an theatro? q̄ duo loca bōis semp aduersa moribus fuisse notis/simū quo qsqꝫ mal⁹ ierit, redibit pessimus. Nā bōis iter illud ignotū est, q si casu aliquo ignari adeāt cōtagio nō carebūt. Gau. Circo delector atqꝫ harena. Atq delectatiōes aliæ vanū seu libidinosuꝫ aliquidd habuere hoc vtrūqꝫ sup additāq; sęuitiā & inhumanita/tē habet, bonis aiꝫ rē indignā. Neqꝫ excusat qp is ipsis Romani olim, flos hominū, dele/ctati sunt, recto nāqꝫ iudicio vrbs illa alio/qui abūdātissima bonorū oium, atqꝫ illu/strū exēplorū, nihil omnino reprehēsibilius habuit reliquisq; deformius sibi inuicē, qꝫ hinc discordiarū ciuiliū, hinc ludorū studiū immodicū, quasi nō sufficeret bellorū cruor domi militiæq; nisi crueta pax eēt, cruētæq; et voluptates, nisi iccirco fortassis honestius qꝫ theatrū dixerit, cui pariter inhiantes vide/as nō mō populū sed senatū atqꝫ ipsos mū/di dominos imperatores Romanorum, sic spectaculis capiebātur illi etiā qui huma/no generi spectaculū facti erant, rē mirabi/lē dicā, sed cognitā, vulgatāq;. Sic cunctorū

alos theatralis furor ille puaserat, vt nõ mõ coniuges cæsarũ aut filias, sed virgines quo que vestales in publicum atq3 in turbas educeret, quarũ pudicitia nihil exactius, nihil fama tenerius, nihil conseruatione secretius, vsque adeo vt in i eis omnis motus, omnis cultus, sermo lasciuior nota dignus, ac supplicio haberetur, & tñ his ipsis in theatro locum assignasse legit, nõ quicunq3, s3 sũmus atq3 optimus principũ Augustus Cęsar. Neque minor est iõ erroris quo magni errant, sed maior potius atqu3 ꝯspectior. Gau. Libẽter sænicos ludos specto. Ra. Rẽ quæ nec honeste geritur, nec honeste cernitur, nec facile dictu ẽ an lusor infamior, an spectator & an scæna sit turpior, an orchestra, nisi ꝙ in illã sępe quidẽ paupras, in hanc vero spvanitas trahit. ĩ omni sane delicto plurimũ interest, verũ inopia, an libidine, seu supbia quis delinquat. Gau. Amphitheatri spectaculis oblector. Ra. Dãnosa vndiq3 & publice priuatimq3 nocens delectatio, quod facile colliges, si in animum redeat ex historiis rei huius initiũ, progressusq3, quãto publici census impẽdio, quãtaq3 insanię pxima du cũ cura quãto demũ populi studio, ac labore cõstiterit. Equidẽ & tot vana dinumerare difficile est, tã vulgata supfluũ, mille simul gladiatorũ paria nõ ludo tm̃ satis multa. sz ꝓlio elephãtorũ, tygridũq3, & leonũ, ac pardorum, greges, onagrorũ quoq3 equorũq3

ferociũ, atq; animaliũ diuersissimi generis e toto orbe trãsmissos olum terrarũ syluis oiumq; gẽtiũ venatibus Romano famulantibus theatro. Adde illã ædificãdi luxuriem exemplo carẽtẽ, nõ imitatione cariturã, con uectas terra, pelagoq; marmoreas colũnas in ludorũ vsus, & artificũ summis ingenijs expolitas, ei verticibus superbas auro rutilante frõdẽtibus, cuius princeps insaniæ nominandus est Scaurus. Is qui ædilis in theatri scænã opus dierũ paucorũ & quod paucis lignis ac funibus attolli poterat, suffecturum oculis populi talibus gaudẽtis, trecẽtarũ sexaginta taliũ colũnarũ monstra intulit. Fecitq; opus (vt scriptũ tenes) maximũ oium quæ vnq̃ fuere humana manu facta, non tẽporanea mora verũ & æternitatis destinatione, quo promeruit vt verissime diceret proscriptione primũ graui ciues idẽ post, ędilitate leuissima mores bonos in exiliũ pepulisse, vt qui multi pditi tẽporis inani plebeculę, multarũq; inutiliũ impẽsarũ. R.P. author & exẽplũ fuit, sed. O mirũ dictu, mox furorem hunc vicere sequentium furores, quibus effectum est vt miraculo operum, ac numero fateri oporteat, Prę̨ter Romam nihil mirandum fuisse in toto orbe terrarũ. Nam & hoc itidem scriptum vides. Penetrata terræ intima, pfossæ scilicet, egeste rupes abditę, aduersi amnes i fistulas coacti, inclusum, aut exclusum mollibus iratum æquor,

suspensa iugamontium, tentatiq; mariũ re-
cessus, deniq; stratũ late, signatũq; nepotib⁹
iter insaniẽdi, & impleta in nobis spes auorũ
nun q̃; s. defuturã esse luxuriã. Et vt cumula-
tius malũ sit publicis dãnis accedit calami-
tas priuatorũ qui spectãdi cupidine cõpedi-
ti & quotidiani interim q̃stus immemores
neq; diẽ lab i sentiunt, neq; armatã tergoq̃
instãtẽ respiciunt egestatẽ. Sic vicissim & pri-
uata in publicam, & publica pernicies in pri-
uatam vertitur. Neq; vero patrimoniorum
i actura grauior q̃; morum, vbi libido disci-
tur humanitasq; dediscitur. Proinde quid
de spectaculis speraretis iam inde ab exor-
dio primus regum vestrorũ Romulus omẽ
fuit, qui in his rigidã tetricamq; illam Sa-
binarum pudicitiam circũuenit. Etsi vtcũq;
matrimonij honor texit iniuriã. At q̃; mul
tis hoc postmodum non ad coniugium,
sed ad stuprum, vagamq; licentiam fuit
via. Ad summam enim hoc teneas velim,
pudicitiam spectaculis sępe stratã, semperq̃
impulsam. Et vt sileam viros, quibus is sce-
lerum furor est, vt pene iam adulterio glori-
entur, multarum ibi fama perijt pudorq;
multæ inde domum impudicæ, plures am-
biguæ rediere, castior aũt nulla. Iam vero q̃
corporũ clades, ne quid prorsus desit infor-
tunij, quę non singulorũ mõ, s; populorũ
strages, inditio sunt & risus subito versus in
gemitũ, elataq; funera theatris, & plauden-

tium choris mixtæ lugētū cohortes. Audisti vt Curio is, q ciuili bello p Cæsaris ptībus in Africa occubuit, Scaurū quē opibus ęq̄re nō poterat, ingenio superaret, nō marmoreū (vt ille) sed ligneū theatrū duplex tn̄, & pensile meditatus, populū victorē, gētiū ludis victū & periculis plaudētē suis mira arte suspendit, vt ridentes interius stupētesq; ipsi exterius, spectatoribus risu fierēt ac stupori. Et miramur Imperij spe obiecta vnius ꝗ magni exulis aīum flectere potuisse, qui oculorū leui breuiq; voluptate ꝓposita, tot millia ciuiū volubili spectaculo circūuoluit. At nemo ibi periit dicet aliqs, sed perire potuere, & periere alibi īnumeri. Ne ue attingā nouas simul ac veteres ruinas, qbus sæpe multi mortē simul ac tumulū inuenere, sub Tiberio principe celebri spectaculo apud Fidenā vrbē āphitheatri lapsu oppressa viginti hoīu3 millia meministi. Hic spectaculorū fructus, hi sunt exitus. Gau. Spectaculis cūvoluptate detineor Ra. Aut fictis amoribus, aut veris odiis. Primū eqdē nō est viri. Secūdū vero nec hois spectare. Quis ferrū iugulo lætus exceperit: Quis feruido vulnere pl' cruoris effuderit: Quis minus cōspecta morte palluerit: Quid crudelitatis ad scholā ire iuuat. Nō egetis præceptoribus, nimis dociles malorū estis. Plura p vos domi discitis, q̄; necesse est. Quid tam prōptis ingeniis artifices scelerū, ac

magistra errorū plebs accesserint? Multos quos mites natura fecerat sęuitiā spectacula docuere. Mens hois in vitiū prona nō vrgē da vtiq3, sed frenāda est. si sibi linquitur ege re stabit, si impellit, pceps ruet. Multū mali auribus inuehit, sed multo plus oculis, Illis quasi fenestris bi patētibus in animā mors irrūpit, nil potentius in memoriā descēdit. q̄; quod visu subit facile audita pteruolant conspectarū imagines rerū hęrent etiā inuitis, nec se tñ nisi volentibus ingerunt, nisi p arro atq; ocius abiturę. Quo pergis igitur? Quis te rapit impetus? vt ad horā gaudeas vnde semp doleas, vt videas semel qd vidisse millies pœniteat. Iugulari ferro hominē aut ferarū dētibus vnguibusq; discerpi, aut tale aliqd qd & vigilē turbet, & sopitū terreat. Nescio quid hic dulce, seu nō quid potius amarū aut triste sentitis, nec vllū in vobis maius insanię argumētū video, q̄; qd quotī die vos ad mortem miseris delinimētis illectos, & velut stygio sopore dimersos dulcedo amara, & delectatio inamœna pcipitat. Vna. est. n. vobis lex rerum ferme omniū. Quicquid cupitis, quicquid molimini, quicquid agitis contra vos est.

De Equo agili. Dialogus. XXXI.

GAV. I.

Quo agili delector. Ra. Ferocissimo, & inquietissimo animante, insomniq; & inexpleta vagagine.

Gau. Equo libẽs circũuector. Ra. Nõ multũ est peius mari turbido q̃ frementi equo rapi. Nullũ aial insolẽtius dño suo est, nec inepte iã equorũ domitoribus in prouerbium venit, bis equuꝫ male facere, ꝙ nimis hinc humilis, hinc superbus sit, qui illis viribus eaq; pnidetate pro vili cibo fieri alterius, domari q; & duris stringi fascijs, nodisq; & fune vinciri, freno frenari, ferro calciari ptusa clauis vngula, ferro vrgeri, ferratum ferre vectorẽ, turpẽ carcerẽ ac graue seruitiũ pati possit. Inde aũt quasi indomitus nõ tm̃ pro libero sese gerat, sed vt dñi sui hostis agit oia si currendũ est stimulos nõ audit. Si subsistẽdũ frena mordicus rapit. Si fremẽdum, torpet. Si latẽdũ, fremit. Obsequiosum illud (vt perhibent) fidum q; aial, de quo tã multę iaciẽtur fabulæ, aial nobile regius, optabile, colẽdum q;, dignũq; qd̃ enormi p̃tio ꝯparetur, anxia nutriatur cura. Immo vero aial qd̃ si ꝯfiteãtur cũ obsequijs tędia, nemo sapiens emat, nemo diligens pascat, animal & ocij ĩpatiẽs, & laboris, illo tumidũ, hoc deiectũ, nũc ĩpetuosuꝫ aial, nũc ignauũ, nunc audax, nũc trepidũ nũc volatile, nũc caducũ hinc culicũ metuẽs atq; vmbrarũ, hinc dñꝫ suum spernens, diuersisq; illum vijs in discrimen trahens. Quis contumaciam, quis morsus, aut calces explicet? Quis hinnitus, ei accẽsionis impatientiã, ac sessionis. Equidem, quot equorũ mores, totidẽ equitum

pstat esse pericula.Gau.Equorũ studio deti-
neor.Ra.Mirarer,nisi ingentes viros vsque
ad ludibrium captos hoc studio meminis-
sem.Quis Alexãdrũ Macedonẽ nõ audiuit
amato equo tumulũ erexisse, vrbẽq; de eq
nomine appellatã? sed nihil in illo mirabi-
le viuẽte impetus & animi feruor fecit. Mi-
rabilior in Augusto,q̃uis minor ineptia,ne
que.n.vrbẽ equo ille suo instituit,sed sepul-
chrũ,idq; ipsum illi grauitati atq; ingenio
impar fuit.Nẽ diui Iulij mõstrosus sonipes
an ab ipso,an ab alio añ ædẽ Veneris mar
morea sit ꝯsecratus effigie dubitari põt, Mi-
nor multo vel ætate vel gloria verũ opibus
ac Cæsareo noĩe pene eq̃lis Antõius verus
(vt sileã) quẽ victũ,quẽue amictum equo,
quẽ immodice amabat exhibuit,certe & vi
uenti simulachrũ aureum fieri fecit, & mor
tuo sepulturã(quo grauius Roma cemur)
in vaticano extruxit, tot inter sacra ossa ibi
ꝯdita:& ꝯdẽda.Vix credibilia loquimur, ve
ra tamẽ.Horum similiumq; conscius vates
heroum animas apud inferos quoq; equorũ
studio deditas facit,nec minor ideo, sed ma
ior est vanitas,quæ tam magnos ad se ani-
mos trahere potens est.Ne ue quis priscam
tantum non modernam amentiam suspi-
cetur,redeat ad memoriam nec lunge seu lo
co,seu tempore requirẽdis,adhuc enim vi-
uit,nec dum senuit,& in terra italica nobis
cum degitis quem nominare non est neces

se fortunæ vtriq; vir ingentis, nec parui inge nij ɔsilijq; vir alioqui magni animi nec in/ sulsi vbi quid serio agendũ incidit, qui tñ ęgrotãti equo quẽ amabat aureũ puluinar ac sericũ cubile substrauit. Cũq; ipse interim podagra vinctus, atq; immobilis medico/ rum legibus regeref, nihilominus tñ aut ser uorũ vectus manibus, aut equo altero vix iniectus, & suos medicos secũ ducens equũ ægrũ suũ bis, terq; quotidie visitabat, illi su spirans atq; anxius assidebat, illũ leuiter ma nu tractãs, blãdo murmure solabaf. Quid multa? Nullũ medicinę genus intẽtatũ, nil lãguenti amico debitũ ptermissum fuit. Fa bulã fortasse posteritas vocet, vera res et ma gno in populo nota. Sic vir fortis curã equi gessit vt propriã, sic extinctũ luxit, vt filium. Gau. Delectat equitare. Ra. Est id quidẽ vtile interdũ & celeritati adminiculũ & fatigatio ni remediũ. & nobilitatis insigne, nec insi/ cior, gloriosum vulgo ex tãtẽ insigni equo vehi, & cunctis excellere, nec vertice solo, s; humeris, & toto pene corpore supra esse. Cõtra vero laboriosissim⁹, & sępe dño suo pestifer immitis equus. Optes iter pedibus agere tã nulla est respirãdi vel minimũ fa/ cultas, cq̃ re piculũ pedestri luto, seu pulue/ re pmutatũ velis. Proinde multos media de morte rapuerũt, eq multos in morte ĩpule/ runt, aut alliserunt, aut corporibus oppresse runt. Quid q non vltimũ belli semen equũ

sunt? Tolle equos, peregrinos terris incur-
sus: partem q; maximam bellicæ classis ob-
tuleris, vt quod de ventis in natura, quodq;
de Iulio Cæsare in historia est quæsitum,
expediens ne fuerit aut flare ventos, aut Cæ
sarem nasci, & de equis similiter queri pos
sit. Tam multa sunt vtrinq; cõtraria, nec im
merito Thessalia, quę prima equos reppetit
domuitq;, prima aureum argenteumq; nu
mum cudit, prima pelagus rate tẽtauit, Mar
tis semimarium visa est, quod non semel
tot post sęculis multo, claroq; sanguine pa-
tuit. Gau. Quam me putas iuuet, poeta no-
ster vbi nobilis equi spiritum, moresq; de-
scripsit? Ra. Nec te terret hebreorum vates
vbi ait. Ab increpatiõe tua deus Iacob dor-
mitauerunt qui ascenderunt equos. Excute
singula, non tam illud lene, q; hoc asperus.

De canibus. Dialogus. XXXII.

GAV.

AT canibus gaudeo. Ra. Nunc intelli
go adolescentis imberbis gaudium,
de quo Flaccus. Gaudet equeis, cani
bus, & aprici gramine campi. Vide autẽ n e
& quod sequitur sis. Cęreus in vitium, flecti
monitoribus asper. Vtilium tardus prouis-
sor, ꝓdigus ęris, Sublimis cupidus & ama-
ta relinquere pernix. Hunc te. n. esse metuo,
qui gaudium tuum in fugacissimis rebus lo
cas. Gau. Canibus ac volucrib' delector. Ra.

simumq; omniũ Antoniũ hac in parte qd intersit? nisi q hunc ad iniuriã cãm mouit humilior, & est oẽ peccatũ eo maius, quo & maior qui peccat & minor causa peccãdi nec peccantis magnitudo atq; imperiũ linguæ vel calami vulnus euadunt, iudiciisq; hominũ eximunt, illos magis in se acuunt atq; irritant. Nõ parcit regũ maculis vulgus loquax, & si palã metuit, clã libertate vtitur & in cauernis sibilat, gãnit in tenebris, dubias voces in nubibus, acres versus in triuiis serat subscribit statuis, nutu loquitur, silẽcio exclamat, minaturq; oculis, lingua ferit. Sic sæpe leuibus ex causis graues contrahuntur infamiæ, & claris quoq; nominibus obscura cognomina. Idq; si principũ maximo euenire potuit, qd priuati sperent? quibus eẽ debeat amica mediocritas, inimica luxuria. Ga. Corinthiis delector. Ra. At si pectus erroribus oculiq; fulgoribus clauderentur, liquido appareret quãtũ fictilia pferenda corinthiis, quantũ vel paratu faciliora, vel iucundiora vsu, vel securiora seruatu, vel diuinis humanisq; cultibus aptiora, certe qd ad securitatem attinet, si vera hæc Cæsaris nota est. proscripti illi securius vixissent si Corinthiis caruissent. Ad quo ad diuinam cultum tum propitiã magis hominibus fuisse diuinitatẽ dũ fictilibus coleretur nec mihi dubium nec Senecæ. Quo vero ad humanum vsum fictilia Tuberonis, q̃uis vt pro-

brum grauē apud populum cęcis dominō nocuiss. suffragijs certum sit, & pturę repulsam peperisse, Maximoq; Valerio factum populi populariter excusanti, indigna fuisse publico munere videantur, Ego tamen hic quoq; cum Seneca sentio apud quē illa multis laudibus efferūtur. Sunt.n. parsimonię antiquę, & Romāis aptissime morib' qbus vt modesti patrisfamilias priuata domus sic bene institutæ vrbis honesta Resp. regi debet, vt frenato gressu metam teneat eius qui in terris est, compositi ac tranquilli status. Itaq; si Aelius Tubero fictilibus suis ante cellam Iouis expositis, quibus ille frugalitatem, atq; sobrietatem (vtq; ait Seneca) paupertatem in capitolio ɔsecrabat, oculos populi iam lasciuientis offendit, nō est ciuis egregij culpa sed temporum iam tūc res ab illa prisca seueritate ad hanc mollitiē inclinabat quę primum pateras, scyphosq; aureos gēmatos, discum argenteum corimbiacum. lancem pampinatam, paterā hederatam mirari cœpit, & reliqua quæ Caius Imperator Claudio misit, Imperatori post futuro, deinde alias atq; alias furorum species, quę magnificentiæ tribuuntur, nouissime autem his diebus non hederas mō vel pampinos, vel corimbos, sed ipsas cū incolis suis syluas. omne genus arborū ac ferarū & volucrū & hominū vultus, & quæ cūq; vel oculus vidit, audiuitq; auris, vel mens

finxit in auro exp̄ssa, vel argēto longa iam cōsuetudine nō miratur gēmis inhians, de quibus pauloante tractauimus. Quid multa? ipsum iam vilescit aurū crescēte supbia. Pridē vero q̄ laudas corinthia viluerunt, cō/temptusq; de vera rerū vsuū estimatione laudabilis futurus, de falsa nobilium admi ratione dānabilis factus est. Gau. Ego vero corinthia nūc etiam miror. Ra. Corinthus vestris vsta facibus, suo vos vssit incēdio, & murorū excidiū suorū in vestros animos vlta est. Neq3 id nouū, sępe numero victo/res bellorū externorū simul externis vitijs victi estis. Sic vos scipio Asiaticus & Mani/lius Volsco Asię victores asiaticis delitijs lectisq; purpureis, atq3 aureis vestibus, exquisiteq; supellectili (quodq; vilissimū) epulis cocisq; pessundedit, Sic Pompeius gemmis ac margaritis, sic vos Mūmius tabulis pictis atq; corinthijs subiugauit, Vt dū de hostib' Duces vestri, & de vobis vestrisq; de mori/bus hostilia triūpharent. Gau. Cupide corinthijs vasis vtor. Ra. Neq3 vasa corinthia, neque aurea meliorē tibi cibū faciunt, neq3 samia peiorē, neq; omino de qualitate rerū sz ex morbo animi hęc vr̄a cupiditas orta est, seu ipsa potius morbus ē animi, cui vt p̄sulēs cōuolescas pro inutilliū tot vasorū curis vnū arripe vtilē, ac salubrem, vt scias ipse tuum vas in sanctificatiōe & honore (sicut scriptū est) nō in passione desiderij possidere.

GAV.

Librorum copia magna est. Ra. Opportune admodũ de his sermo oritur. Nam vt quidam disciplinę, sic alii voluptati, & iactantiæ libros quęrunt. Sunt qui hac parte supellectilis exornẽt thalamos, q̃ animis exornandis inuẽta est, neq; aliter his vtantur q̃ corinthiis vasis aut tabulis pictis, ac statuis, cæterisq; de quibus proxime disputatũ est. Sunt qui obtentu librorum auaritiæ inseruiant pessimi oĩum nõ librorũ vera pretia, sed quasi merciũ æstimãtes. Pestis mala sed recens, & quæ nuper diuitũ studiis obrepsisse videatur, qua vnũ cõcupiscentiæ instrumentũ atq; vna ars accesserit. Gau. Librorũ larga copia est. Ra. Operosa sed delectabilis sarcina, & animi iucũda distractio. Gau. Ingens est copia librorũ. Ra. Ingens simul laboris copia, & quietis inopia, huc illuc circũagendũ ingeniũ, his atq; illis p̃grauãda memoria, qd vis dicã? libri quosdã ad sciẽtiã, quosdã ad insaniã deduxere, dũ plus hauriunt q̃ digerunt, vt stomachis sic igenüs nausea sępius nocuit q̃ fames atq; vt ciborum sic librorum vsus pro vtentis qualitate limitandus est. In rebus omnibus quod huic parũ, illi est nimiũ. Itaq; sa. la. n. sæpe pestilẽs, hæc semp est vtilis. Gau. Immensa copia librorũ est. Ra. Immẽsũ dicimus qd mensura caret, sine qua humanis

q̄d in rebus rectũ, ſibiq; cõueniens tu metiꝛe. Eſt in his et q̄ optima iudicantur immẽſitas, atq; immoderatio fugienda, ſempq; præoculis habẽdum illud comicum, ne qd nimis. Gau. Librorum inęſtimabilis multitudo ẽ. Ra. Maior ne tibi q̄; Ptolomęo philadelpho regi Ægypti, quem Alexandrinæ bibliothecę quadraginta librorum millia coaceruaſſe compertum eſt, qui tamẽ diuerſis ex locis diu magno ſtudio quæſiti ſimul omnes arſerunt, quod elegantiæ regum, curęq; opus egregium fuiſſe ait Liuius, quem Seneca reprehendit, non id elegantię curęq; regiæ opus dicens, ſed ſtudioſæ luxuriæ immo ne id quidem, ſed ſe ipſam conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis. Et Liuii tamẽ dictum, & Ptolomęi factum vtcũq; forſitan regiæ opes excuſent. Et in longum publicis vſibus proſpiciens regis Intentio, in hoc certe laudabilis, ꝙ ſacras literas mundo non vtiles, mõ, ſed neceſſarias ſumma diligentia atq; impenſa per electos ad tantum opus viros in græcam linguam, ex hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis non æquantibus, ſed ſuperantibus apparatus regios? ſermo equidẽ Sammonico doctrinæ viro ingentis, ſed maioris curę plurimarum literam, ſed plurium voluminum, duo & ſexaginta millia librorum fuiſſe legimus, quos oẽs Gordiano iuniori cuius pr̄i fuiſſet amiciſſimus ille moriẽs

reliquit magna prius hęreditas, & multis sufffectura ingenijs, nũ vero (quis dubitet) oppressura? Quid hic aũt quæso si nil aliud egisset in vita, nullũ illi vel scribẽdi studium fuisset, vel quęrẽdi labor, nihil omniũ tot voluminibus cõprehensorũ, legere atq; intelligere laborasset? At nõ satis habuit negocij libros ipsos, ac librorũ titulos, & authorũ nomine, & librorũ formas, numerũq; cognoscere? Pulchra vero ars, quę de philosopho librariũ facit. Crede mihi nõ ẽ hoc nutrire scriptis ingeniũ, sed necare molle rerũ, atq; obruere, vel fortasse medijs in vndis more Tãtaleo siti animã torquere, rebus attonitũ, degustantẽ nihil, atq; oĩbus inhiantem. Gau. Libri innumerabiles sunt mihi. Ra. Et errores innumeri, quidẽ ab impijs, alij ab indoctis editi, illi quidẽ religioni, ac pietati, & diuinis literis, hi naturę, ac iustitię moribusq; & liberalibus disciplinis, seu historię, rerũq; gestarũ fidei, omnes aũt vero aduersi, inq; omnibus & pręsertim primis vbi maioribus agit de rebus, & vera falsis immixta sunt, perdifficilis, ac periculosa discretio est, vt ad plenũ authorũ ꝯstret integritas, quis scriptorũ inscitię, inertiæq; medebit corrũpenti oĩa miscentiq; ? cuius metus multa iã (vt auguror) a magnis operibus clara ingenia reflexerũt, meritoq; id patitur ignauissima ætas hæc culinæ sollicita, literarum negligens, & cocos examinans, no

scriptores. Quisquis itaq; pingere aliqd in membranis, manuq; calamũ versare didicerit scriptor habebitur, doctrine omnis ignarus expers ingenij, artis egens. Non quęro iam nec quæror ortographiam, quę pridem interiit, qualitercunq; vtinam scriberetur qd iubetur, appareret scriptoris infantia rerum substantia non lateret. Nunc confusis exemplaribus, & exemplis vnum scribere polliciti sic aliud scribunt, vt quod ipse dictaueris non agnoscas, an si redeat Cicero aut Liuius, multiq; alii veterum illlustrium ante omnes Plinius secundus sua scripta relegentes intelligent, & non passim hęsitãtes nũc aliena credent esse nunc barbara? Inter humanarũ inuẽtionũ tot ruinas lrę sacræ stãt cum maiore hominũ studio, cum vel maxime protegente sua sancta poemata, suas sanctas historias, diuinasq; suas leges authore illarum deo, suamq; perẽnitatem suis inuentionibus largiẽte. Reliquarum nobilissimæ pereunt, & iam magna ex parte perière, sic ingeniis damni nullum est remediũ quia nullus est sensus, neq; id nouũ hac in re, & virtutum & morum, damna ingẽtia negliguntur, cum tanto studio minoribus occuratur, literarum iacturam inter minimas numeratis. Sunt qui numerent inter lucra, Fuit nuper non in agris, aut in syluis sed in maxima florentissimaq;, & (quod stupeas) vrbe Italię, neq; is pastor arator ve,

ſed vir nobilis magniq; apud ſuos ciues ſol/
ci, q iuraret ſe magno ꝑtio empturũ ne qs
vnq̃; ſuã patriã literatus incoleret aut intra/
ret. O vox ſaxei pectoris. Fertur tale aliquid
ſenſiſſe Licinius infeſtus literis (vt ſcriptuꝫ
eſt) quas virus, ac peſtem publicã nomina/
bat. Sed origo illum ruſtica forſan excuſet.
Et ſi enim vſqꝫ ad Cæſareum nomen aſcẽ/
diſſet naturã tñ nõ exuerat. Verũ eſt.n. illud
Flacci. Fortuna nõ mutat genus. Sed quid
de nobilibus veſtris dicã? qui nõ mõ perire
literas patiuntur, ſed exoptant votis. Equidẽ
hic rei pulcherrimæ contẽptus atqꝫ odiũ bre
ui vos in ꝓfundũ ignorãtiæ demerſerint.
Accedent (ne a ꝓpoſito deerremus) & ſcri/
ptores nulla frenati lege nullo probati exa/
mine, nullo iudicio electi, non fabris, non
agricolis, nõ textoribus, nõ vlli fere artiũ tã
ta licẽtia eſt, cũ ſit in alijs leue periculũ in hac
graue ſine delectu tñ ad ſcribẽdũ ruunt oẽs
& cuncta vaſtantibus certa ſunt pretia. Nec
vero hęc ſcriptorum magis humano more
lucra captantium, q̃; ſtudioſorũ publicisq;
rebus præſidentium culpa eſt, quibus nulla
vnq̃; rei huius cura fuit oblitis quid Euſebio
Paleſtrinę Cõſtãtinus iniunxerit, vt libri. ſ.
nõ niſi ab artificibus ijsq; antiquarijs & per
fecte artem ſcientibus ſcriberentur. Gau. Li/
broꝝ bona copia eſt. Ra. Quid ſi capax aius
non eſt? Meminiſti Sabinum illũ, apud Se/
necam ſeruorum ſuorum ſcientia glorian/

tem? Quid inter te atq; illũ interest, nisi ꝙ aliquanto tu stultior, vterq; equidẽ alieno, verum ille seruorũ & certe suorũ, at tu librorum nil ad te pertinentiũ ingenio gloriaris. Sunt qui quicquid in libris scriptum domi habent nosce sibi videantur. Cumq; vlla de re mentio incidit hic liber inquit in armario meo est, hoc tantũ, idq; sufficere opinantes, quasi simul in pectore sit elato supcilio conticescunt, ridiculũ genus. Gau. Libris affluo. Ra. Quã malẽ ingenio & eloquentia & doctrina multoq; maxime innocẽtia & virtute. sed hęc venalia non habentur vt libri, & si haberẽtur nescio an emptores totidẽ reperturi sint, quot libri. Illi. n. muros vestiunt, hæc animos, qui quãdo oculis non videntur ab hominibus negligũtur. At profecto si librorũ copia doctos faceret aut bonos, doctissimi omniũ atq; optimi sępe tẽ possent qui ditissimi, cuius sępe contrarius videmus. Gau. Adminicula ad discendũ libros habeo. Ra. vide autẽ ne impedimenta sint potius, vt nonnullis ad vincendũ multitudo bellatorũ, sic librorũ multitudo multis ad discendũ nocuit, Et ex copia vt fit inopia orta est, qui si vltro adsint, non abijciẽdi equidẽ, sed sequestrandi erunt, vtendũq; melioribus, & cauendũ ne qui forsan in tẽpore pfuturi essent intẽpestiui obsint. Gau. Multi, & varii mihi sunt libri. Ra. Fallit sępe viarum multiplicitas viatorẽ, & qui vno

calle certus ibat, hæsit inbiuio, multoq; maior est triuii error, aut quadriuii. Sic sępe qui librum vnum efficaciter elegisset, inutiliter multos aperuit euoluitq;. Multa sunt onerosa discētib⁹, doctis pauca sufficiūt. Nimia vtrisq; sunt importuna, sed fortioribus humeris subuectātur agilius. Gau. Librorum nobilium, magnū numerū contraxi. Ra. Librorū numero nemo (ꝙ nunc occurrat) ꝑter regē illum egyptium nobilitatus est, neq; id sibi tam numerus dedit, q̄; famosa translatio. Haud dubie mirū tot ingeniorū, nisi post vnius ingenii miraculū maius esset. Cale alio niti oportet, vt ex libris gloriā q̄ras nō habendi, sed noscēdi, neq; bibliothecæ, sed memorię cōmittēdi, cerebroq; nō armario cōcludendi sunt, alioqui vel librario publico, vel armario ipso gloriosior nemo erit. Ga. Egregios multos libros seruo. Ra. multos in vinculis tenes, qui si forsan erūperent, & loqui possent ad iudiciū te priuatē carceris euocarent. Nunc flent taciti multa quidē nominatis illud, ꝙ p sępe vnus in eos affluit auarus q̄bus multi egeant studiosi.

Descriptoꝝ fama. Dialogus. XLIIII.

GAV.

Quid ꝙ ipse libros scribo. Ra. Morbus publicus, contagiosus, insanabilis. Omnes sibi vsurpant scribendi officium quod paucorū est. Vnus hoc correptus malo, multos inficit, emulari, n. prog

tiũ, imitari arduũ, vnde in dies crescit ægrotantiũ numerus, simulq; vis ægritudinis ingrauescit cotidie plures, cotidie peius. scribũt qm̃ sequi facilius q̃; assequi. scitũ reqꝫ cõpertũ, & cũ tẽpore clarius est illud sapientis Hebræorũ, faciendi plures libros nullus est finis. Gau. Scribo. Ra. suis vtinã se finibus tenerent homines, rerũq; ordo ꝯstaret, qui mortaliũ temeritate ꝯfunditur, scriberẽt qui sciunt, & qui possunt, alij legerẽt vel audirẽt, ita ne parua enim animi voluptas intelligere est? nisi manus ad calamũ ꝑsumptuosa festinet, & quisquis libri particulam intellexit, seu intellexisse visus est sibi illico libros scribere videatur idoneus, hęreret vtinã memoriæ vnũ Ciceronis nostri dictum in Tusculani sui vestibulo ne quẽ lateat claro. s. ac patẽti loco positũ, fieri. n. inquit põt vt, recte quis sentiat & id quod sentit eloquĩ polite non possit, & sequit̃. sed mandare quẽq̃; cogitationes suas literis, qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorẽ hominis est intẽperanter abutentis & ocio, & literis. sunt quidẽ Ciceroniana ista verissima, sed ea iã vsqꝫ adeo vulgaris abusio est vt nemo nõ sibi vni dictũ putet, qđ illi olim sacratissimo exuli qui non de arescentibus riuulis sed de ipso veri fonte potauerat quæ scribebat dictũ est & sæpius repetitũ, scribe. Cui præcepto contemptores præceptorum omniũ

omnes obediunt, oẽs scribunt, qđ si in his qui alienos scribunt libros magni diximus esse periculi, quãti putas in his qui proprios recẽtes q; quibus dubitas atq; dãnatas mun do inuehunt disciplinas? seu ꝙ in his malũ est leuissimũ stilo obtundunt incondito & agresti, sic vt cui vis desit ingenii iactura, sal tẽ tẽporis laborq; auriũ tædiũq; non deerit. vestrarũ hodie nõ alius fructus inuentionũ aut ĩficere, aut afficere, reficere aũt aut nũq̃ aut praro. Oẽs tñ assidue libros scribũt, nec vlli ætati tanta vel scribentium, vel differen tium copia, tanta sciẽtiũ atq; eloquẽtium fuit inopia. Horum de libris accidit, qđ ibi dem Cicero idẽ ait. Itaq; suos libros inquit ipsi legunt cum suis, nec quisq̃ attingit præ ter eos, qui eandem scribendi licentiam si bi permitti volunt, quod quidem Cicerõis ætate rarum fuit, nunc cõmune est. Omnes igitur attingunt, quia. s. eandem licentiam volunt omnes, sic se mutuo cohortãtur im pelluntq; scribentes inania & laudantes, lau demq; similium falsis de laudibus aucupã tes. Hinc illa igitur scribentium audacia, re rum q; confusio, ne tu valde tibi placeas li bros scribẽs. Gau. Scribo libros. Ra. Melius fortassis illos legeres, optime autem in vitæ regulam lecta cõuerteres. Tunc est vtilis no ticia literarum dum in actum transit, seque ipsam rebus approbat nõ verbis, alioqui ve rum sæpe deprehẽditur quod scriptum est,

scientiam inflare. Clare velociterq; intelli/gere, multa simul & grãdia eademq; tenaci/ter meminisse & ornate eloqui, & artificio se scribere & pronũciare suauiter. Hæc oĩa nisi ad vitã referãtur, quid sunt aliud q̃; ina nis instrumẽta iactãtiæ, inutilisq; labor ac strepitus? Gau. Libros scribo. Ra. Forsan vti lius arares cãpũ, gregẽ pasceres, telã texeres maria nauigares. Multi quos natura mecha nicos fecerat, illa in vita atq; obluctãte phi/losophãtur. ꝯtra aliquos philosophię aptos natos in aruis, aut pascuis in scãnis opificũ aut nautarũ transtris fortuna detinuit vnde effectum ꝙ mirenť cãrum inscii, vt in mari medio, aut rure i syluis, inq; officinis acria & erecta repiãť igenia, cũ in scholis exigua ac deiecta sint, difficile.n. vincitur natura si vincitur. Gau. Scribo ardẽter. Ra. Quãto ar dẽtius olim multi, quoꝝ ardor sic extinctus est vt scripsisse illos nisi id alii scriberent ne sciretur. Nullum opus humanum semꝑ du rat, & mortalis labor nihil efficit immorta le. Gau. Scribo multa. Ra. Quanto plura alii? Quis Cicerõis libros, aut Varonis enu meret? Quis Titi Liuii, aut Pliniĳ opa me/tietur? græcorum vnus sex milia librorum edidisse traditur. O ardentẽ spiritum, si ve/ra res est, O longum ocium ac trãquillum. Certe si vnum duos ve aut omnino paucos libros bene scribere multi negocium est la/boris, tot vnum millia scripsisse nõ tam fa/

cile est credere, q̄; mirari. Summi tamē ā testantur authores quibus non credere durū sit, quiq; hūc numerū nō auditu sibi, nec visu solo sed eorū librorū lectione cōpertū dicant, quos si vnū oēs legere potuisse mirabile, quāto mirabilius est scripsisse? Longū est enumerare qui viri apud nos, q vero apud Græcos, & quę scripserint, quorū nullus ad plenū studiorū fortunatus fuit. Sed horū aliqua, illorū aūt magna pars quorūdā oīa periere. Tu de tuis quid pręsagias videto. Gau. Scribo, & ea mihi interim volputas vnica. Ra. Si vt ingenium exerceas, scribendoq̄ aliiste doceas, si vt obliuiscaris temporum pteritiq; memoria pręsens tędium effugias excuso, si vt scribendi morbo quidem occulto & insanabili medeare, misereor, sunt nā que (si nescis) qui non scribunt nisi quia nequeunt desinere, & velut ex pręcipiti decurrentes volentesq; subsistere rapiuntur. Gau. Scribendi impetus ingens est. Ra. Melancolię species infinitas ferūt, aliȷ̈ lapides iactant alii libros scribunt, huic scribere furoris initium est, huic exitus. Gau. Scripsi multa & Scribo. Ra. Si posteris profuturus nihil sacius, si tibi nudum nomen quæsiturus nihil vanius. Gau. Multa scripsi. Ra. O præclarā insaniam, & miramur si mēbranæ solito cariores sunt. Gau. Scribo & hinc famā spero. Ra. Dixi iam, melius forsitan arares aut foderes, messem sperans. Humi.n. tutius,

q̄ in

ſis in vēto feritur. At qui famę ſtudiū & per tinax ſcribēdi opera, vt quoſdā claros, ſic in numerabiles ſtultos atq; inopes ingenium miſit, nudoſq; & loquaces ſpectaculū vulgo fecit. Ecce dū ſcribitis, melioribus curis idoneum tempus elabitur. Extra vos rapti, ſopitiq; nō aduertitis donec ſero vos ſenectus excitet ac paupertas. Gau. Scribo tamē famę cupidus. Ra. Mirū ſtudium de labore vētū quęrere. Certe ego vētos optare nautiſtum putabam.

De Magiſterio. Dialogus. XLV.

GAV.

A T magiſterio inſignitus ſum. Ra. Mallem fateor diſciplina, magiſtro enim indiſciplinato & rudi, nihil eſt turpius. Gau. Magiſter ex merito factus ſum Ra. Vt magiſter digne ſis, non niſi diſcipulus meruiſti, obſequētē atq; humilē te, docilemq; prębueris oportet, alioqui aberraſti in via, quę ad magiſteriū ducebat, & ſi non ignores quoſdā ſine magiſtro ad ſciētię gradū altiſſimum conſcēdiſſe, idq; de ſe ipſis viros magni nominis pręedicaſſe, literiſq; mādaſſe. Sed his labor, & ingeniū, & diſcēdi ardor, & intētio, & aſſiduitas, & pſeuerātia pro magiſtro fuit, nec internus in ſilētio magiſter defuit. At nūc mihi de cōmunibus ſermo eſt. Gau. Magiſter dicor. Ra. Multis ne magiſtri veri eſſent, magiſterij falſum nomē obſtitit, dumq; de ſe plus o

mnibus q; sibi, dumq; quod dicebantur sed nó erant esse crediderunt, quod esse poterát nó fuerunt. Gau. Magisterio clarus sum. Ra. Vidisti vini acidi tabernã picturis aut floribus vernis insignem vbi sitiens viator falli possit. sed nunquid & caupo suis fallitur artibus? sunt certe aliqui sic fallacijs assuefacti vt longo vsu fallẽdi alios ad extremũ & se fallere incipiant, quodq; diu suasere alijs aliquando alij psuadeãt sibi, & quod falsum sciuerint verũ credant. Tu vt libet magisterio gloriare, quod si digno obtigit nihil noui, sin indigno duo hæc mala secum attulit, vt & discere pudeat, & notior ignorãtia tua sit

De Varijs titulis studiorũ. Dialogus. XLVI.

GAV.

Titulis multis ac varijs exornor. Ra. Foecũda frondiũ est vanitas, sed inanis fructuũ. Ga. Titulis multis abũdo. Ra. Si veris grauis sarcina, sin falsis foeda & pudẽda, quid opus est titulis, quibus aut labor inest aut dedecus. Virtus vno seu potius nullo titulo contenta, ipsa sibi est titulus. Gau. Theologiæ titulũ sum adeptus. Ra. Erant olim huius scientiæ professores, Hodie (quod indignãs dico) sacrũ nomen pphani & loquaces Dialectici dehonestãt quod nisi sic esset nõ hęc tanta tã subito pullulasset seges inutiliũ magistrorũ. Gau. Philosophiæ titulũ merui. Ra. Philosophia nõ sapiẽtiã sed amorẽ sapiẽtiæ pollicetur. Qui s

quis hãc igitur vult, amãdo cõsequitur. Nõ est vt quidã putant operosus aut difficilis hic titulus, dummodo verus amor sit & vera quã ames sapiẽtia philosophus verus eris. Verã sane sapiẽtiã nõ nisi purgatę pięq; animę vel intelligere possunt vel amare. Ad id ergo res rediijt, quod est scriptũ. Pietas est sapiẽtia. Philosophi autẽ vestri huius scientiæ contẽptores aut ignari vt de theologis nũc dicebã, ad verbosam nudamq; Dialecticas sunt redacti. Itaq; de deo illi, Hi autẽ de natura temerarie fabulãtes, Illi omnipotẽtissimam maiestatẽ ventosis sophismatibus circunscribunt, & subsanãti ridentiq; deo suæ insolentis insciciæ leges ponunt, isti vero de naturæ arcanis ita disputãt, quasi e cœlo veniant, cõsilioq; dei omnipotentis interfuerint, obliti quod scriptũ est, Sensum dominĩ qs nouit, Aut quis ꝯsiliarius eius fuit? Neq; nostrũ audiẽtes Ambrosiũ, q sępe id multis ac validis argumentis, eo autẽ libro in quo fratris obitum luget præcise admodum breuiterq;. Philosophi inquit de cœlo disputãtes, quid loquãtur ignorant. Gau. Artes profiteor multas. Ra. Facillimũ id quidẽ, multas nosce difficilius, melior sane tutiorq; confessio, q; professio est. Illa enim humĩlitatis & pœnitentiæ, hæc leuitatis & insolẽtiæ plena est, Multo certe facilius indulgentiam confessi quærunt, q; scientiã professi. Gau. Diuinæ atq; humanæ sapientiæ titulũ

consecutus sũ.Ra. Sapiẽtia titulis nõ eget, per seipsam clara est.Quis lucernam quæso vnq; soli, vt videret adhibuit? Multi & cũ his titulis obscuri,& absq; his clarissimi eua sere. Sæpe nullum bonis clarus malis mer ibus signũ fuit.Gau.Quid q̃ poetica lau rea comã cõstruxi.Ra. Superior vnus est la bor verũ quærere,sed hic duplex , quærere, & ornare,atq; ad aurium oblectationẽ fin gere,magna res est,ardua,difficilis,eoq; ra rissima,veri nẽpe poetę vtriq; operã dãt.Cõ munes vero primũ negligũt,cõtẽti faleris. Gau.Rarũ laureæ partum decus.Ra.Quæ sitũ vnde Remp.remq; familiarẽ vni post habeas curę.Quæsitũ iter ad inopiã,ni sedẽ ti vltro prodiga tibi opes conuehat fortuna quæsitũ vnde alijs amens,alijs insolens vi deare.Gau.Mihi ipse laureã coronam de cerpsi.Ra.Virentissima arbor si decerpitur cõfestim,nisi ingenio vberi,vigiliq; studio rigetur,aruerit.Gau.Parta mihi laurea.Ra. Partus labor,partus liuor , seu illa studio rum,seu armorum merces est,tenet ille ra mulus animo tuo nihil omnino , signum vertici prębuit inane,ostendens te multis, quos melius latuisses.Quid aliud q̃ te mor sibus obiecit inuidię,pace belloq; multis in signia nocuere.Gau.Artes oratoriam sum professus.Ra.Mirum audio.Ea nẽpe in de suetudines abijsse iampridẽ visa erat,vt quę immẽsis & innumerabilibus rebus cõstat,

vnde fit vt Oratores ipsis etiã vatibus rariores semper fuerint, proinde fuere qui dicerêt Oratoris proprium de omni re copiose, ornateq́; posse dicere, quãuis ea sentẽtia velut arrogãtissima sit reiecta, q̃tũis sane de rebus, & si nõ de omnibus dicere habeat Orator, adhibita in singulis artificiosa, & dulcĩ quadã eloquentia quæ per se ipsam magna res est, æqua si lãce libraueris obstupesces, teq́; fortasse professionis temerariæ pœnitebit, vt caueas ne dũ scire vel infinitas vel oĩa vis videri, nihil scire videaris, & quod sępe accidit sub scientiæ professione multiplices ignorãtia delitescens necessario in apertum exeat. Gau. At liberalium sum professor artium. Ra. sępe etiam plus habet ea res audaciæ q̃; doctrinæ. Ad vnã quãq; artiũ breuis est vita. Vnus tu sufficis omnibus? Vna ars vni ingenio satis est, vt ad summũ ęstuãdo & anhelando perueniat. Multas degustasse quãtum cœpti necessitas exposcit id q̃ ipsum nosce, q̃; professum esse modestius. Addã quod doctissimis visum est vnã ipsas omni ex parte cognoscere, nulli ẽt illustriũ cõtigisse. De sola nempe Rhetorica notum illud Senecæ. Magna inquit & varia res est eloquẽtia, nec adhuc vlli sic indulsit vt tota cõtigerit. Satis felix est, qui in aliquam eius partem receptus est. Id sane quibus viris, & quantis testibus verũ probet audisti, Quod cum ita sit quid agant, & quid audeant, co

gitent, agmina professorum pene iam vul
gus æquantia, tam ruditate q; numero, quę
non vna quidem parte, sed nec vna arte cō
tenta ex æquo omnes inuadunt. O fiducia
ingens, sed iam publica. Gau. Quid de me
dicinæ tandem iuriumq; professione dictu
ra es? Ra. Ad hoc ægri tui, clientesq; respon
deant, quid illis vnquā ad salutē corporis,
victoriamq; causarum titulus iste profuerit
tibi ad lucrum forsitan sępe profuit. In hoc
artes siue artium nomina quæritis. & quod
sciētię defuerit supplettur titulis, atq; habitu,
verūq; fit illud Satyrici. Purpura vēdit causi
dicum, vendunt amethistina, nec id minus,
vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducētos
nūc dederit nummos nisi fulserit anulus in
gens. Postremo hæc tibi horuz omniū sum
ma erit, esse quosdam raros, quorū solida
& honesta sint studia, horuz finis est veritas
ac virtus. Hæc est rerū notitia morūq; corre
ctio, & vel vitæ mortalis ornamentum, vel
æternæ aditus. Reliquorū vero quæ ingens
turba est pars gloriā petit pręmiū inane, sed
fulgidum, maiori autē parti vnus fulgor pe
cuniæ finis est, præmiuz non exiguuz mo
do sed sordidum, & labori impar, nec inge
nuo dignum nisu, hisq; omnibus titulis vt
dixi habitus non spernendus quidem, ad id
enim quod intendūt valēt. Nempe omniū
pene mortalium & præsertim vulgi, horuz
ope egentis animus, iudiciumq; vmbris elu

ditur. Magna pars rerum opinionibus agitur. At virtuti deditos titulis gloriari alienũ prorsus atq; absonũ, immo vero ne possibile quidẽ reor. Gau. Multa profiteor. Ra. Prestat vnum benefacere, q̃ multa promittere. Bene irent res humanę, si quod profitentur homines id essent.

De titulis negociorũ. Dialog. XLVII.

GAV.

PRocurator Regis sum. Ra. Ergo hostis populi. Gau. Procurator fisci sum. Ra. Et Reip. inimicus. Gau. Negociorũ gestor regius sum. Ra. Sua negocia gerere laboriosum est, quid cẽseas aliena? precipueq; potentiũ? qbus placuisse ppetua seruitus, displicuisse discrimen, supercilliũ graue, paratumq; pro leui etiã offensione supplicium. Gau. Negocia regis ago. Ra. Rationẽ duro sub iudice redditurus, nisi omniũ spolijs, tuoq; odio & crimine vix impleuẽdam. Gau. Regia negocia pcuro. Ra. Vide ne cũ procuratio ipsa difficilis tum difficilior sit ratio tãquã inextricabilis vt quod de multis vidimus patrimonium, famam, tuumque caput implicet. Gau. Regius procurator sum. Ra. Displicendum multis ad extremuz domino, quodque periculosius deo, proq; leui regis emolumento graula regni mala, & ingentia damna populorum vel dissimulanda, vel perpetranda. Gau. Procurator regius factus sum. Ra. Quo primum

die inuisum hoc officiũ domus tuę limẽ at tigit,tibi viuere desiisti,libertas inde,& qes, & iucũditas abiere,pro his seruitus,labor, occupatio,metus,dolor,afflictio,& mordaces subierunt curæ. Iam non viuis, & si spires,occupatorum enĩ vita mors est,q cum miseri oẽs sint,illi sunt omniũ miserrimi, qui ꝓ aliijs,maximeq; pro regibus aut tyrannis,seu quibuscunq; potentibus occupantur. Gau. At suz iudex. Ra. Sic iudica,quasi mox ab alio iudicandus. Vnus est omniuz iudex. Vnũ tribunal incorruptũ,ante illud stabitis mortales. Quid falso corio iudicis sellæ iudiciariæ impresso, & barbarica admonitione iustitię opus est? Ea in sella quisquis iudicũ sedet,vbi si iniuste iudicabitur nec gratia,nec falsi testes,nec indignæ preces,nec inanes minæ,nec diserti proderũt patroni. Gau. Cõsul patriæ meæ sum. Ra. Difficillima gloria,rarũ est qdẽ sic cõsulere, vt prosis & placeas,vt sit enim in verbo veritas,in consilio fides,in cõmisso silentiũ, in oratione suauitas euẽtuz fortuna moderabitur , is consilio præcium dabit. Gau. Præfectus vrbis sum. Ra. Beluam indomitaz(vtq; ait Flaccus)Capita multorũ tenui frenas loro,atq; immensam solus agitatã magnis fluctibus puppim regis. Parua domus ægre regitur,magnæ vrbis q̃; difficile sit regimen video. Parum ne tibi curarum domi erat,qui publicas adoptasti? Quid

non difficile modo iã officium, sed vile est. prefectũ vrbis villicum satyricus vocat statũ notans temporũ illlorum, qui si tunc villicus, quid nisi nunc syluicus seu syluanus sit. Cœperat ea ætate villa esse Roma, iã sylua est. Gau. Sum præses prouinciæ. Ra. Honorato exilio damnatus, ocium domesticũ externa sollicitudine permutasti. Dulce nihil aut tranquillũ speres, amara & turbida præsidentium sors festis diebus ludisq; & conuiuiis arceantur, muneribus clausum limen & apertum litibus, tectum iocis vacuũ plenum querimonis ac iurgiis. Quicquid languidum, quicquid ægrum, quicquid marcidum in prouinciæ visceribus latet totũ tibi tractandum, curandũq; obtigit, durũ opus quanti nempe negocij sit multos corrigere hinc patet, q̃ sese corrigunt paucissimi.

De Militari dignitate. Dialogus. XLVIII.

GAV.

Militari cingulo exornatus sum. Ra. Pauca ne tibi vitæ mala visa erant nisi militiam addidisses, qua vel inquietus semper, vel in glorius, vel periculo expositus, vel contemptui sis oportet. Gau. Militiam sum professus. Ra. Hanc nascendo profitemini, quid professione alia opus erat? Hic ferro corpus, hic animum dolis, hic argutijs linguam armat. Nemo vestrum est inermis, hic ferit, hic ædificat, hic declamat, ille causas orat, hic pedibus, ille equo,

ſeu carpento vehitur, hic currit, hic nauigat, hic paret, ille imperat. Nemo veſtrũ ocioſus. Quæ nã hæc noua militia eſt? Hic in caſtris, hic in roſtris, hic in ſcholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregre vitã agit, omnes militãt neq; homines modo, ſed militare in ſyluis Catulũ Flaccus ait. Et militãtiũ quidẽ mul ta ſunt genera. Militia vna eſt vita hominis ſup terrã, quã qui militiã diffiniuit ille mihi demũ vero & acri iudicio rẽ librauit, modo militiæ prælũ addidiſſet. Gau. Armatæ mi litię ſum aſcriptus. Ra. Quid armaris exte rius? intus in anima bellũ eſt. Illã vitia obſi dent, atq; oppugnant. Quis hic ferro locus niſi illud ad ornatum corporis non ad ani mæ tutelam induitur. Sunt enim qui dicant nihil pulchrius viro armato, Ecce quid pe ctus & quid caput ferreum pulchrius habe at q̃; pacificum, & inerme non video. Quã do autẽ hæc voluptas tibi eſt, age, ferro mẽ bra conſtringito, imbrem ſolemq; galea ex cipies, ferro indutus clypeo operiere, humi dormies, claſſico excitabere. adeptus tibi magnum aliquid videbare, ſed errabas an ceps & cruentum officium elegiſti. Multæ ſunt autem fraudes ſpei, multę ſunt fateor catenæ, quę animos boni illius, quod om nia appetunt, inconſulte auidos in exitium trahunt, neq; inficior quoſdam militia ad ampliſſimas opes, ſiue etiam ad ſummum

imperium peruenisse. Credat autem mihi plures ad inopiam, ad carcerem, ad seruitutem, ad violentam subitamq; mortem eodem tramite peruenerunt. Tu ex quo militiam profiteri animus fuit, nisi de honestate artificium tuum vis, semper animam in numerato habeas oportet. Semperq; aures tuas Cęsarea vox illa circumtonet, Disce ferire, Disce mori. Syllaba vna breuis aut longior tua facta variabit, vel occides, vel occides. Ad vtrũ lbet horis locisq; oĩbus te paratũ exhibe. Hę artes delicię tuę erunt. Sine vero satyricum loqui pręmia militię numerãtẽ innumerabilia equidem præfatus vix paucissima colligit, in quibus prima & summa licẽtia est peccãdi, præmiũ hercle nõ tã iustis viris optabile q̃; armatis legibus (vt aiũt) inter arma silẽtibus. Gau. Militiæ filiũ ascripsi. Ra. Est id ferme vsitatũ, vt militis filius miles fit. Non potest enis nisi quã habet hæreditatẽ filio pater dare, Arcũ, scutũ gladium & bellum, & quod ludum cõficit auro tincta calcaria. Sz quod patri diximus, sibi filius dictum sciat. Gau. Belli dux victorijs clarus sum. Ra. Quãto melius pacis dux virtutibus clarus esses. Gau. Multa bella cõfeci. Ra. Quietem tibi atque alijs abstulisti, clarum opus. Gau. Victorijs ac triumphis notus sum. Ra. Sępe malũ bono notius, & atra tẽpestas serenitate famosior. deniq; pa/rasti busto titulos, & vulgo fabulã, tibi nihil

GAV.

Væ sui mihi Regū amicitias. Ra. Hominū vera amicitia rara est. Tu tibi Regum fingis amicitias, quos fortunæ splendor rumorq; animi omniū impariū contēptores facit. Gau. Regibus carus sum. Ra. Vilis ergo tibi est anima, virtus, fama, quies, ocium, securitas, notus est mos Regū. vix diligunt nisi, qui his omnibus neglectis & abiectis illorū se sæuiciæ, ac libidinis, & auaritię seruū fecit. Si ergo es carus Regibus nō est quod amplius de te quęram, vilis es tibi. Gau. Ego autē bonitate ac virtute suū carus regibus. Ra. Quid respondes Crispo? Nā regibus inquit boni q̄ʒ mali suspectiores sunt, semperq; his aliena virtus formidolosa est. Gau. Regi meo bonis artibus suū carus. Ra. Quibus queso aucupio an venatu? Horū enim studiosuʒ in præcedenti te eloquio quodā notaui. An vero militia de qua ꝓxime disputatū est, quæ nisi largo sanguine magnisq; periculis honestetur, nō militiæ, sed militaris ignauiæ nomen tenet, nō Regū modo iudicio, sed vulgi. Gau. Bonis artibus regi carrus sum. Ra. vanitate, an periculo, an criminibus? fortassis homicidio, veneficio, lenocinio, proditione, blandicijs, atq; mendacijs, mala peste sed publica, q̄ʒq̄ʒ vsus excuset, & cōmēdet vrbanitas. Hæ sunt quidē artes promerēdis re-

gibus aptiores, qbus inimicitius nihil est q̄ virtus & literæ. In his igitur nulla spes ad amicitias regum, odij potius causa sunt. Sic inter sapientiã, ac fortunã rara est pax. Gau. Magnus apud regẽ sum. Ra. Maior ne q̄ apud Alexandrũ Lysimacus, apud Tiberius Seianus? vtriusq; magnitudinẽ & ruinã no sti. Et si de primo varient scriptores, linquo alios longa est historia. Gau. Carus su3 regi meo. Ra. Melius esses incognitus, melius forsitan odiosus, fugeres quod nũc sequeris discrimẽ. Peior est auibus inuitantis aucupis blanda modulatio, q̄ villici sonitus deterrẽtis. Gau. Meo sum carus regi. Ra. Sunt quorum dubites piculosior ne sit caritas an odiũ peiores serpẽtibus, qbus insunt veneni mixta remedia. In his vero nil nisi pestilens ac nociuũ inest, seu oderint, seu diligant, prope par malu3, nisi q̄ odiũ fugat, amor detinet. Et ad summã regũ amicitijs præter regna ipsa nil vsq; inquietius, nilq; piculosius, & si hoc periculũ nõ ignorẽ frustra sæpe multis optatũ, sæpe magnis emptũ, quæsitũq; periculis. Sic est vsus hominũ, sic periculis emitur. Periculũ multis vnũ, magnis maximũ. Mira res bonũ ingẽs spernitur gratuitũ, magnis malis maius malũ quæritur. Gau. Spero me Regi meo carũ. Ra. Id de quo speras quale sit cogita, fundamentũ fragile, tremulum, caducũ, crebræ notæq; regũ indicãt ruinæ, vertex nubilosus, turbidus, inquietus.

quod sic esse vita Regũ probat tristis, occu-
pata, difficilis. Vide ergo vbi struxeris, vt for-
tuna sic volũcas regũ varia, & incõstans, ac
semper incerta, q̃q̃; nec stãtibus illis boni
aliquid iste res habeat mali multum. Gau.
Amicitiã regis mei multis periculis ac sudo-
rẽ ꝓmerui. Ra. Heu quanto tutius qu ãto q̃
facilius Regis omniũ amicitiã meruisses.

De amicorum abundantia. Dialogus. L.

GAV.

Amicitijs abundo. Ra. Mirũ tibi vni rei huius abundantiã esse, cuius qui-
dez cũctis hominibus penuria tãta sit vt ex omnibus seculis vix paucissima me-
morẽtur amicorũ paria. Gau. Mihi Amici-
tiæ multę sunt. Ra. Fucatę igitur. Veræ enim
amicitiæ rarũ bonũ vsq; adeo, vt qui vnaz
longa lz in ætate quæsierit negociator rerũ
taliũ sat industrius habeatur. Ga. Amicitijs
felix sum. Ra. Hoc scire nó potes, nisi rebus
alijs sis infelix. Verũ enim est illud. Felix se
nescit amari. Ga. Amicitiæ certæ sunt. Ra.
Ergo & aduersitas certe est. Verũ est. n. illud
quoq;. Amicus certus in re certa cernitur.
Ga. Amicitiæ multæ sunt. Ra. Huius rei iu-
diciũ experictię cómitte nó famę multa mẽ-
tiri solitę, Pauciores erunt fortassis q̃ꝫ rẽris.
Ga. Amicitiarum nimis magna copia est.
Ra. Mitte superuacua in rebus omnibus, q
q̄ satis est habet amplius nõ requirat. Gau.
Amicorum satis magna copia est. Ra. At id

ipsum, neq; populo Romano tū dū maxi/me floreret, neq; vlli mortalium contigisse apud illustrē legis historicū. Gau. Amicitiæ multæ sunt. Ra. Dixi iā fictę igitur, aut equidem impfectæ (vt philosophis placet) quoniā fieri potest vt vno tēpore cū altero amicorū sit gaudendum, flendūq; cū altero, aut inter illos orto odio vel hinc fidē vel illinc vel vtrinq; deserere sit necesse. Ga. Copia est vtiliū ac delectabiliū amicorū. Ra. Sētio ad vulgares amicitias descēdis, quę tamē ipsæ simul plures esse vix possunt, quod multis retribuere familiariter q̄ cōuenire operosissimū sit, animo præsertim in executione cuiuspiā difficilis atq; ingenii operis occupato. Ga. Amicos qui prosint, & delectēt habeo. Ra. Caducæ amicitiæ, quarū delectatio vel vtilitas fundamentum est. Nā & stantibus illis tremunt, & recedentibus ruunt. Id nō possibile tantum, sed perfacile, immo vero prope necessarium q̄ hæc plerunq; vel fortunam sequuntur, vel ætatem formęq; gratiam quibus nihil incertius. At quæ in virtute fundantur immortales sunt, eo q̄ virtus ipsa qddā stabile firmumq; sit, & (vt verbo vtar Aristotelis) māsutumq; quoniā mori nequit. Ideo quos propter honestum dilexi mus diligimus vel extinctos. Gau. Amicos ni fallor fidos habeo. Ra. Vide autē ne fallaris, ne vt experiri cupias. Nā sæpe cuius rei fuerat dulcis opinio amarū fuit experimentū.

tum. Gau. Amicos puto bonos habeo. Ra. Vnde id putes et atq; et examina, atq; illud imprimis quantum ipse ames. Sunt enim qui non amant & amari putant, quo nihil est stultius. isq; communis error est diuitũ, amorẽ precio emi credunt, qui mutuo quęrit amore. Generosissima res est bonus animus; non herbis neq; carminibus magicis mouetur, Non auro aut gemmis, non ad extremum ferro flectitur, amando vincitur colendoq;. Estq; hoc Ecatonis gręci philosophi amatorium notissimum, quod Senecę placuit & mihi. si vis amari ama, q̃;q̃; & hoc ipsum sępe frustra est, tam multę tanq; imperscrutabiles ac profundę sunt pectorũ cauernæ tã venenosi atq; inhumani, & implacabiles quorundã animi, vt & culti spernant & amati oderint, nec contenti nullam pio affectui vicẽ reddere (quod nec beluis quidem nisi atrocissimis accidit) exasperantur obsequio, & (si credi potest) amore ad odiũ irritant, quod periculosissimũ & inter vitæ mala grauissimũ humana simplicitas experitur. Gau. Credo amicos optimos habere. Ra. Est hoc quidem amicitiæ perpetuũ epitheton, quod & si linguæ absit adest intellectui. Itaq; breuius loqui potes. Dic amicos vna optimos dixeris. Gau. Habere amicos credo. Ra. Caue ne falsum credas, ne quãdo aliter credere ipsa res cogat, Abyssus animi metiri nõ est hominis, nunc amicos

vobis

vobis vina cōciliant lachrymę autem pro/bant, & quod debuit primum esse nouissi/mum est. Gau. Amici in hoc statu rerū mul ti sunt. Ra. Rerū credo felicium. Ita enim ferme accidit, vt etsi fortuna oīs amicitijs egeat, illi tamē amicorum copia maior sit cui rerum cæterarū indigentia minor est, sic inopiā semper inopia copiam q̃ comitetur copia. Crescat siue adueniat egestas, decre/scent seu abibūt, seu verius deteget amicitię, qui amici tui fuerūt, qui fortune, illa videbi tur abeunte. Te tui sequentur, Illam sui, hęc melior, illa dēsior caterua. Nec est quod mi/rari debeas vase exhausto illos absc edere, qui solā viri dulcedinem sequebantur. Aduersi tas simulatorē abigit, fex potorem. Gau. In numerabiles habere videor amicos. Ra. Be ne ais videor. Vnde tibi aūt hæc opinio cum olum veræ amicitiæ raræ sint, innumera/biles tuas esse? Persuasum aūt debet esse in primis nisi inter bonos amicitias nō consta re, hinc iam certius ęstimabis quot nō dicā tibi, sed humano generi amicitię puræ sint cū numerare cœperis quot sint boni. Gau. Amicos habeo cōplures. Ra. Notos dic idq; q̃ veraciter sis dicturus in dubio est. Nullus enim animal, nulla merces difficilior co ni tu, q̃ homo. Gau. Amici mul i sunt m h. Ra. Cōtubernales forsan, aut cōuiuę. Hi n. nisi epulę defuerint nō deerunt. Amici aūt semp pauci sępe nulli, sępe (q iniquissimā

est amici nomē domesticus hostis tenet, & sub velo fictæ beniuolentiæ, familiares insi diæ delitescūt. Ga. supra necessitatē sunt ami ci. Ra. Apprime necessarius fere oībus, maximeq́; potētibus, deest semp q. s. inter tot assentato⁊ mēdacia ve⁊ loq audeat & velit, qui re mēstis amico vtilior hostis fuit. Ga. Multos hēo amicos. Ra. Crede mihi plurib⁹ indiges, sanctiorq́; eēt orbis terrarū & qetior, si tot eēnt amicitiæ quot ferūtur. Ga. A micū hēo. Ra. Multū est. Nil amico cari⁹, nil rari⁹

De amicis incognitis nisi per famam.

Dialogus. LI. GAV.

Fama p̄sens absentes mihi peperit amicos. Ra. Est id qdem aliquādo visum, vt non solū incognitos sed hostes quoq; fama faciat amicos. Fecit Masinissam scipioni, vt q in omni Carthaginensium equitatu primus esse ꝯsueuerat, in omni Romano⁊ equitatu aduersus Carthaginē primos eēt, neq; hostes tm̄ ꝓprios, sed p̄dones qui publici oīum mortaliū hostes sunt. Eidē illi famæ splēdor attraxit, qui Lintherni ad eū in exilio habitantem, facto agmine veniētes sic vt primo aspectu terribiles viderent, vbi se suspectos intellexerūt positis minis atq; armis, & dimissis satelliti bus insuetā mansuetudinē induti, soli prædonum pricipes accesserunt. Eumq́; ceu numen aliqđ, domumq́; eius vt tēplum deuo tissimū venerati, dextra illa victoriosa mul

tis osculis fatigata, affixitq; muneribus domus in limine qualia deorum aris affigi mos tūc erat, quasi ingēti lucro aucti quod visū illum cōspexissent, & tanq; coelesti visione alacres abierunt. Hoc illi vni ptigit, Quere aliū, vbi eū queso reperies? vt tñ alijs accidat, & nois claritas absentē pciliet amicū (multus.n.in rebus nō inficior pōt fama) nunquid tamē nō verendū erit, ne (quod ait qdam) minuat præsentia famam? quam multi quos absentes stupuerāt, corā positos contempsērunt. Tenera res est iudiciū humanum, facile flectitur. Gau. Fama mihi amicos trans alpes & trans maria quæsiuit. Ra. Vestra fere omnia friuola ęque & inania sunt. Nā quis vsus aut quis fructus fuerit illius a quo nec visus nec vidēdus, quemue nec videris nec visurus vnq; sis? vitia vestra pſentes quoq; amicitias inutiles faciūt & infidas, q̄uis nō sint illæ quidē sed dicuntur amicitiæ. Quid nūc igitur de his tuis amicitijs speres? Vide. Obsequiū amicos parere ait Comicus. Immo hercle veri amici vix multis obsequijs pariuntur, Tu credis amicum paucis forte, & ne tuis quidem verbis quæsiuisse? bonæ spei es. Gau. Fama ab extremo terræ, mihi attulit amicū. Ra. Fama cōtraria illū tibi auferet, eoq; facilius, quo potētiores malis q̄ bonis relatibus aures sunt. Gau. Fama mihi bonū peperit amicū. Ra. Vnde scis q̄ bonus sit quem nunq; videris rogo, cuius illi ipsi

quos cotidie vides atque alloqueris, quales sint tanto in tempore nudũ scias? sæpe vos credulitas vestra circunuenit, libẽter creditis q̃d optatis. Multũ fidei famæ tribuitis mẽdaci. Speras eius animũ videre cuius nunq̃ frontẽ videris, cũ sint inter notissimos quoq; tot pactorũ diuersoria tot latebræ? Difficile est enim amicũ nisi in magna aduersitate cognoscere, operosius est illũ nosce q̃ querere. Vna sæpe hora paucis verbis quærit, q vix multis annis atq; experimẽtis agnoscit. Voco aũt amicũ vt vulgus. Verus enim nõ ante quæritur, q̃ probetur. Nec amicum probãt aliorum verba, certe nec propria, sed experta caritas fidesq;. Gau. Amicũ mihi de lõginquo fecit fama. Ra. De te aliquid mẽtiẽdo, quispiã tibi amicũ dedit. De te vera loquendo vel forsitan mẽtiẽdo itidẽ, tibi hũc ipsum alter eripiet. Quibus vijs fiũt crescuntq; omnia, eisdẽ facile resoluunt. Et natura vult, vt cito aucta, cito desinant.

De amico vnico fideli. Dialog. LII.

GAV.

Amicum vnum fidum, & expertum habeo. Ra. Sæpe in experiendo vestrum errat acumẽ, & dum vos ipsos peritissimos iudicatis in hoc ipso ac per inde cæterarum rerum in æstimatione fallimini. Gau. Scio ego (non extimo) amicum mihi esse fidelissimũ. Ra. Et quot putas idẽ credẽtes, immo vt sibi videbatur & sciẽtes.

cum ad arctissimum ventum esset examen
sese lusos inuenerunt? Vnde vero tot coti-
die de amicis prodeunt querelæ? nisi quia
quos fidelissimos habebatis inuenistis infidos
Nullius rei tam difficilis q̃; humani animi
cõiectura æxtimatioq; est. Gau. Nihil conij-
tio nihil æxtimo vt dixi, sed scio amicum
verissimum me habere. Ra. Habes rem aut
optimam, aut pessimum errorem. Gau.
Nullum rei huius errorem habeo, sed ami-
cum multis ac magnis expertum casibus.
Ra. Habes ergo rem dulcissimam, sanctissi
mamq;, qua vna post virtutem solam nihil
homini melius in hac vita seu natura, seu ca
sus aliquis, seu labor, ac studiũ dedit. Dulces
fateor parentes, dulces filij, dulces fratres.
Possunt tamẽ amarescere, nec parẽtes ideo,
nec fratres quidem desierunt esse, nec filij cũ
dulces esse desierint, at amicus solus (dum si t
verus) dulcis & carus esse non desinit. Cari
inq̃; sunt parentes, nonne autem Juppiter
Saturnum regno patrem expulit? Nicome-
des Prusiam Bithyniæ regem, suum patrem
consilia licet necandi filij agitãtem, vita pri
uauit, & Ptolomæus hinc philophater di-
ctus pr̃e ac matre isuper & fratre occisis, ad
vltimum & vxore Euridice interfecta regnũ
Aegypti scortorũ sic rexit arbitrio, vt nihil
in regno proprium haberet præter nudum
& inane regis nomen. Nõne & Orestes Cly
temnestram matrem? Agrippinam Nerõ

Antipater Thesalonicē interfecit? Cari filij. nonne Theseus Hippolytum castissimum? Philippus rex Macedoniæ Demetriū filius adolescentem optimum iussit occidi? Non ne & Ptolomæus alter aduersum pietati nomē & ipse quoq; fidissimus rex Aegypti duos? Et Herodes rex Iudeææ vnū? Et Cóstātinus Romanorum Imperator vnū quoqz Crispum filium interemit? Nonne Maleus dux Carthaginēsium Carthalonez filiū crucifixit? Quin & matres, quarūz amor hinc intēsior, hinc mitior sexus in filios sęuierūt. Nota oibus Medea. Quid Laodite Capadotiæ regina, q̄ regnādi cupiditate filios qnq; mactauit? Cari inq; parētes (repeto enim) cari fil'i, cari fratres. At (vt vno exēplo omnis claudaf impietas) Phraates rex Parthorum omniū regum sceleſtiſſimus, omnium q; mortaliū regnādi non cupiditate sed rabie, furijsq; actus, Orodem senem & afflictum patrez, ad hæc & triginta fratres suos dicti regis filios, suūq; insuper filium occidit, ne qs superesset in Parthia qui regnaret. Sed vetusta hæc. Nunquid nō & recentiore memoria inter patrē & filium de regno in Britānia certatū audiuimus? & nudius tertius inter fratres in Hispania decertari vidimus? q̄; q̄; taliū odiorum, & maxime fraternorum crebra adeo & noua, & vetera sint exēpla, vt pene laboriosius sit exquirere qui amici fratres fuerint, q̄; qui hostes, vtrunq;

postponimus. Remedia, n. nūc, non exem=pla colligimus. Quid præterea, An non cari coniuges, Caræ vxores? Sed interrogabis Agamēnonem & Deiphobum, & de vestris Claudium Cęsarē ac minorē percunctabe=ris Africanū. Hi tibi q̃ cari fuerint vxoribus suis dicēt, contra vero Octauiam sciscitare & Arsinoes, qd illa de Nerone suo, hęc de suo sentiat Ptolomęo. Illa de adoptiuo, hæc de nāli fratre, vtraq; de marito, illa quidē in se ipsa, hæc in filijs experta testabitur. Eminen=tia vt vides & clara decerpimus, vulgus & vrbes, & cōmunem vitam hominum his plenam querimoniis præterimus. Quibus ita se habentibus, cum in omni genere illo=rum qui carissimi videantur odijs sæpe latē=tibus, sępe etiā manifestis multa insit amari=tudo, sola amicitia odijs vacat. Nemo vnq̃ nō dicā occidit aut perdidit amicū, sed ne le=sit quidem volens. Quamobrem si amicū verum qualem prædicas inuenisti, magnas te diuitias inuenisse credito, illud vide ne (vt magna pars hominum rebus dedita vi=libus, nobiliū q; contemptrix, & agris aut mercibus q̃ amicitijs, ac virtutibus colēdis intentior) quod optimum nactus es negli=gas, si tantā curam impēdiris custodię auri & argenti atq; orientalium lapillorum quæ sunt terræ feces, & pelagi purgamenta, quā=ta diligētia amici cultui impendenda est rei preciosissime ac diuinæ? Ne qua vnq̃ te of

Antipater Thessalonicē interfecit? Cari filij! nonne Theseus Hippolytum castissimum? Philippus rex Macedoniæ Demetriū filium adolescentem optimum iussit occidi? Nonne & Ptolomæus alter aduersum pietati nomē & ipse quoq; fidissimus rex Aegypti duos? Et Herodes rex Iudeææ vnū? Et Cōstātinus Romanorum Imperator vnū quoq; Crispum filium interemit? Nonne Maleus dux Carthaginēsium Carthalonē filiū crucifixit? Quin & matres, quarū amor hinc intēsior, hinc mitior sexus in filios sęuierūt. Nota oibus Medea. Quid Laodite Capadociæ regina, q̄ regnādi cupiditate filios quinq; mactauit? Cari inq; parētes (repeto enim) cari fili'i, cari fratres. At (vt vno exēplo omnis claudaŕ impietas) Phraates rex Parthorum omniū regum sceleftissimus, omniumq; mortaliū regnādi non cupiditate sed rabie, furijsq; actus, Orodem senem & afflictum patrem, ad hæc & triginta fratres suos dicti regis filios, suūq; insuper filium occidit, ne qs superesset in Parthia qui regnaret. Sed vetusta hæc. Nunquid nō & recentiore memoria inter patrē & filium de regno in Britānia certatū audiuimus? & nudius tertius inter fratres in Hispania decertari vidimus? q̄;q̄; taliū odiorum, & maxime fraternorum crebra adeo & noua, & vetera sine exēpla, vt pene laboriosius sit exquirere qui amici fratres fuerint, q̄; qui hostes, vtrunq;

postponimus. Remedia, n. nūc, non exem/
pla colligimus. Quid præterea, An non cari
coniuges, Caræ vxores? Sed interrogabis
Agamēnonem & Deiphobum, & de vestris
Claudium Cęsarē ac minorē percunctabe/
ris Africanū. Hi tibi q̄; cari fuerint vxoribus
suis dicēt, contra vero Octauiam scisitare &
Arsinoem, qd illa de Nerone suo, hęc de suo
sentiat Ptolomęo. Illa de adoptiuo, hæc de
nāli fratre, vtraq; de marito, illa quidē in se
ipsa, hæc in filijs experta testabitur. Eminen
tia vt vides & clara decerpimus, vulgus &
vrbes, & cōmunem vitam hominum his
plenam querimoniis præterimus. Quibus
ita se habentibus, cum in omni genere illo
rum qui carissimi videantur odijs sæpe latē
tibus, sępe etiā manifestis multa insit amari
tudo, sola amicitia odijs vacat. Nemo vnq̄
nō dicā occidit aut perdidit amicū, sed ne le
sit quidem volens. Quamobrem si amicū
verum qualem prædicas inuenisti, magnas
te diuitias inuenisse credito, illud vide ne
(vt magna pars hominum rebus dedita vi
libus, nobiliūq; contemptrix, & agris aut
mercibus q̄; amicitijs, ac virtutibus colēdis
intentior) quod optimum nactus es negli
gas, si tantā curam impēdiris custodię auri
& argenti atq; orientalium lapillorum quæ
sunt terræ feces, & pelagi purgamenta, quā
ta diligētia amici cultui impendenda est reā
preciosissimę ac diuinæ? Ne qua vnq̄ re of

sensus, ne quo vnq̃ verbo alienatus effu-
giat, serumq; audias illud ecclesiasticum, si
cut qui dimittit auem de manu sua sic reli-
quisti proximũ tuum, & non eũ capies, nõ
illum sequeris, quoniam longe abest, Effu-
git enim sicut caprea de laqueo, quoniã vul
nerata est anima eius, vltra eũ non poteris
colligare. Proinde ing ns bonum habes ac
suaue, operosum tamen ac difficile, quæsitu
inq̃; operosum & custodia. Magnus thesau
rus est amicus, sed magna seruandus cura,
magno si pereat lugendus fletu.

De diuitiarum copia. Dialogus. LIII.

GAV.

SEd abũdo opibus. Ra. Iam nõ mi
ror si & amicitijs abundare visus
eras. Non est nouũ neq; insolitũ, lo
cupletum limina vulgaribus amicitijs, & si
mulatis obsequijs frequẽtari. Gau. Opũ ma
gna vis est mihi. Ra. Anceps & onerosa fe-
licitas, & quæ plus inuidiæ sit habitura q̃;
gaudij. Gau. Diuitię exundãtes sunt. Ra. Nõ
statim ideo exundãs quies, exundãsq; iucũ-
ditas, vix diuitẽ inuenias qui nõ sibi melius
fuisse in mediocritate vel honesta etiã pau-
pertate fateat. Gau. Multæ mihi accreuere
diuitiæ. Ra. Securitas, gaudiũ, tranquilitas,
decreuere, quę si cum illis crescerẽt, nõ ama-
ri tantũ diuitias peterem, sed hortarer. Gau.
Opes multas habeo. Ra. Habes res quęsitu
difficilẽ, custoditu anxiam, amissu flebilez,

Gau. Magnę mihi diuitię sunt. Ra. Sparsæ si fuerint decrescēt, seruatæ non te diuitem sed occupatū, non dominum facient sed custodes. Gau. Diuitias habeo ingētes. Ra. Vide ne potius habeare, hoc est ne nō diuitiæ tuę sint, sed tu illarū, neq; illę tibi seruiant, sed tu ipsis. Nam si nescis plures multo sunt qui habent, q̄; qui habent, multoq; crebriores quos ꝓpheticus sermo notat viros diuitiarum q̄; diuitias virorū, sic vos vestra cupiditas vilitasq; animi de dominis seruos facit. Vsus quidē pecunię notus est, vt nec necessaria compatent. Pauca simul & exigua longeq; facilia, qcquid excesserit graue est, nec iam diuitię, sed vincula, sed compedes, nec iam corporis ornamēta, sed impedimēta animi & solicitudinū atq; formidinum acerui. Gau. Diuitijs plenus sum. Ra. Caue ne te rumpant. Omnis.n. plenitudo quęrit exitus. Multis mortē attulere diuitię, requiē fere omnibus abstulere. Gau. Opes habeo immēsas. Ra. Bonis moribus rē aduersas. Nimiæ opes non mō singulorū hoīus sed populi Romani corruperūt mores, miráq; illā & eximiā fregere virtutē, qui tam diu clarus & tam diu iustus atq; integer, q̄; diu pauper fuit. in egestate victor gētiū & quod est gloriosus victor sui, domitorq; vitiorū, a diuitiis victus est atq; pessundatus, nota loquor. Quid nunc tibi de diuitijs sit sperādum vides. Gau. Diuitijs affluo. Ra. Quan-

tum malem virtutibus abundares. Gau. In diuitiis requiesco. Ra. Consopiti estis in vespribus miseri. Grauis sopor qui non sentit aculeos. Venit ecce quę vos excitet & exponat luce clarius id quod scriptū est, Dormierunt somnum suū & nihil inuenerūt oēs viri diuitiarum in manibus suis.

De inuentione Auri. Dialogus. LIIII.

GAV.

Aurifodinam inueni. Ra. Hæc spes opum, multis inopiæ, nonnullis exitii causa fuit, dum neglectis oībus aliis curis huic vni deditis & laboris plurimum, & lucri modicū res habuit, dum ad hanc auri cupidinē cœlo & sole derelicto, in tenebris æuum agere didicerunt cæco & noxio ante tēpus vapore consumpti. Gau. Aurifodinam casis obtulit. Ra. vt aduersus a contemplatione cœlestium terrestribus inhies, neq; tantummodo humi ac cliuis, sed sub terra mersus, infelicius viuas & breuius. Gau. Aurifodinam ingredio. Ra. Nero Cæsar suprema illa sua nocte terribili & misera, sed sibi debita, vt quoddā specus ingrediens ignominiosaʒ mortē & ludubria populi persęquentis euaderet a suis admonitus negauit viuū sub terram se iturū. Tu nullo metu impellente sed auaritia rapiēte viuus is sub terram, neq; hinc te almū cœli lumen retinet, illinc atræ telluris horror excludit, Quid mirū si per omnes terras quæ

ſcendæ diuitiæ homines fatigant, quandõ
& ſub terram quæſitæ & effoſſæ tartareos
exagitant manes. vtq; ait Naſo. Itum eſt in
viſcera terrę, Quasq; recondiderat, ſtigiisq;
admouerat vmbris. Effodiuntur opes irri-
tamenta malorum. Gau. Aurifodinam in-
ueni. Ra. vetus eſt verbum. sępe vnus lepo
rem mouet, alter capit. Inueniſt predã quã
plurimi concupiſcant, vnus rapiat, & tu ille
forſitan vnus non ſis. Circum optabilia ſit
concurſus, & periculum eſt inueniſſe vnus
quod cupiant multi, nullus partiri velit, Hęc
eſt cauſa curę cum Italia (vt ait Plinius) me-
tallorum omnium fertilitate nullis cedat
terris, interdictum id veterę conſulto patrũ
atque occultatum eſt, vt Italiæ parceretur.
Gau. Auriferam terram fodio. Ra. Labor
certus, euentus ambiguus. Quid ſi mul-
tum inuenias, ſed non tibi. quid ſi tibi in-
ueniſſe peius ſit, & nihil inueniſſe erat me-
lius? Humano ſæpe gaudio mœror eſt pro-
ximus. Gau. In aurifodinam deſcendi.
Ra. Inter homines quęri ſolet, quod inuen-
tum mergat in tartara, tu apud tartarum
quæris, quod te tollat ad ſuperos. Gau. Au-
rifodinam repperi. Ra. Pronum iter ad in-
feros inueniſti.

De inuentione Theſauri. Dialogus. LV.

GAV.

T Heſaurum repperi. Ra. Caue dolos
& inſidias fortunę. Hamis ęſca per-

tenditur, Viscus & laquei blandum aliquid prę se ferunt. Gau. Thesaurum inueni. Ra. Multis thesaurus mors fuit, vt nullū corpori periculum sit discrimē est ingens animæ. Non faciāt opes desiderium, immo nec mitigant sed accēdunt. humana cupiditas successibus inardescit, & crescēte auro crescit auri sitis, & quęrēdi studium, minuiturq; virtus, quæ vna mors animæ est. Gau. Thesaurum mihi sors obtulit. Ra. Pondus in festū, cōtrariumq; modestię. Nil sibi non arrogat quem repēs fortuna beauerit. Gau. Inscius in thesaurū incidi. Ra. Tutius forsan in colubrum incidisses. Cum.n. diuitiæ auri & argenti virtutū inopiā afferre soleant, idq; sit omnibus ꝓprium, tum pręcipue repētinis, q̄ aliæ.s. sensum nocēt dum & vero aliquid detrahūt indies, et opinionibus falsis robur addijciūt, hæ subitum pariūt stuporem, improuisoq; impetu mentē turbant. Gau. Thesaurum inuētum domi abdidi. Ra. Quod in hac tua lętitia summū est inuenisti graue & inutilē terrę fecē, pudeat cœlestis naturæ animū his attolli. Gau. Thesaurus insperatus obtigit repēte. Ra. Hūc māsurū credis, & repēte desinet. Quęcūq; fere cito crescūt, citoq; occidūt. Subitę opes q̄si felicitas somniātis.

De fœnore. Dialogus. LVI.

GAV.

Pecuniā in tuto fœnore posui. Ra. Est & qui bene inuētis maleutitur,

& qui male inuẽris peius & pessime. Tu pe-
cuniã inuenisti nó vt dites fieres, sed vt ma
lus, nó tam malus (vt auguror) futurus nĩ
pecunias inuenisses. Sunt.n.qui successibus
nequiores sunt, nó dei munus agnoscẽtes,
neq; illi saltẽ similes (de quo scriptum est)
Confitebit tibi cum benefeceris ei, sed aper
tam sibi cœlitus nequitię semitam ęxtiman
tes. Inuenisti ergo pecuniã qua dedecus mer
careris, & examine metallũ, animæ tuę sar
cinam faceres infelix. Gau. Fœnus bene po
sui. Ra. Malũ nó bene poni dixeris, sed de
poni. Siquidẽ malum pódus excusseris be-
ne erit, alioqui vbicũq; posueris, dum ad te
ptineat malũ esse non desinet. Gau. Fœnus
optimũ bñ collocaui. Ra. Qũo bene collo
cetur malum videris, Sane quanto optimus
malum tanto est peius. Notum illud dauiti
cum, Prodijt quasi ex adipe iniquitas eo-
rum. Quanto ergo ditior fœnerator tanto
& nequior, tãto maior auaritia, maior im
pietas. Gau. Fœnori studeo. Ra. An nulla
artiũ erat, cui meli9 studeres? An erãt mul
tæ, sed huic aptius erat ingeniũ? An qd rei ẽ
vt huic vni studio animũ applicares, quo
nescio an aliud vnq̃; fœdius inuenire potue
ris aut villius, aut tã miseri prorsus, & dete
cti animi tanq̃; inhertis indiciũ? tot vndiq̃;
patent artes, tot viuendi viæ, pessimã oĩum
elegisti, quod qetior visa est, sedere. s. & nu-
merare dies, ac velocissimũ finẽ mẽsis expe

ftare, nō intelligēs tibi quoq; horas diesq; & mēses & ānnos currere, & vt nexis tuis sic & tibi terminum instare, sicut in q; illis vt tibi, sic tibi vt naturæ debitū soluas, tur/piter parta destituēs, & icertus tui. Extorques ergo pauperibus, quo ignotos dites, & futuri semper metuens iudicii, & obscœne interim non dominus sed custos pauidus, rapinę, fame præssus, & infamia. Mirarer in vrbibus politicis huic flagitio locū esse, nisi esset & reliquis. Itaq; cū paulo ante hoc tēpus fœneratores vt leprosi a consortio hominū segregati agerent, nec tantum ad eos nullus accederet nisi egenus, sed etiā vt malæ olentes atq; contagiosi ab obuiis vitarentur, nūc iam non modo cum populo, sed cum principibus conuersantur & matrimonia con/trahunt, & dignitates adipiscunt. Tanta est vis auri, immo quidem, quod pro mōstro audias, ipsi quos deus omnipotēs male perdat principes fœnerantur, tam leuis animæ famæq; iactura, tam suauis vndecunq; quęsitæ pecunię odor est. Gau. Fœnerari iuuat. Ra. Turpis delectatio & misera. Gau. Fœ/nerari solitus sum. Ra. Si Catoni credimus hoīem occidisti. Gau. Fœnerator sum. Artificium aliud nō didici. Ra. Hic auaritiæ cly/peus, hæc causa prætēditur, ꝙ si discere volēti quoq; difficile est, qd discat inuitus. Gau. Semper fœnerabor. Ra. Semper igitur mi/ser eris, semper cupidus, semper inops.

De fertilitatē terræ. Dialogus. LVII.

GAV.

Ertilis ager est mihi. Ra. Vim fecū datoris intellige, donisq́ cœlestibus sic vtere ne displiceas largienti quod ita demum rite facies si & sobrietatem & modestiam fertilitas nō excludet, & vbertates in partem egeni venient atq; amici. Nil soli dulce, nil sapidum. Gau. Agrum fertilem exquisitissime colo. Ra. Nō homo terræ, sed terra homini seruire debuerat, hominum culpis effectū est, ne terra possessori suo sine labore respondeat, Inculta, messem horridam, lappas, & tribulos paritura, hanc ferro solicitare mirisq; blanditijs molire mortalis coegit indigentia. Hinc agriculturæ fluxit initium, sanctissimę & innocentissime quondam vitæ. Nunc vni ex multis & prisco labori, & nouis vitijs obnoxię postq; nihil inuidię atq; auaritię, inaccessum rusticas etiā causas vrbana piacula peruasere. Certe vltimos hominū rusticos malos fuisse conuenit, vnde illud poeticum, extrema per illos iustitia excedens terris vestigia fecit. Sed verendum ne qui mali fuerant nouissimi primi sint, vt si vnq; forte esset ad virtutē reditus & ad priscos mores, in hoc quoq; sint vltimi. Nunc ad ipsam agriculturæ artē redeo, quæ magnis olim tractata viris atq; ingenijs in precio fuit, in qua vt multis in rebus altum locum Cato cēsorius tenet. de

quo cum verissime scriptũ sit, optimũ Se-
nator, optimus Orator, optimus iperator,
eãdem laudis ad cumulum illud est additũ
sine ęmulo, siue sine exemplo, sui temporis
agricola. Quem puderet igit cum Catone
terrã collere? Quis omnino sibi turpe ali-
quid duceret, quod pulchrum ille sibi duxis-
set? qui præter corporis atq; animi virtutes
rerumq; gestarũ gloriam, etiam de Hispa-
nia triũphasset, Quis sollicitare atq; hortari
boues erubesceret, quos in sulcũ vrgeret illa
vox quæ tot magnos exercitus in prælium
accendisset, tot ancipites causas disertissime
perorasset. Quis rastrũ atq; aratrum fastidi
ret, quod illa triũphalis ac philosophica ma
nus attingeret quæ insignes de tot hostibus
victorias peperisset, tot de reb⁹ optimis prę
claros libros scripsisset, siue ad philosophiã,
siue ad historiã, siue ad vsum vitæ spectanti
bus, quales sunt quos de hoc ipso quod nũc
loquimur scripsit. Primus equidẽ apud nos
colẽdi arui pręcepta collegit in formas artis
ac redegit in literas. Secutiq; illũ multi alij,
quorũ quidam humile illud ac depressum
artificiũ nobilissimis atq; altissimis versibus
extulerũt, quos nũc memorans, nec huma
næ immemor necessitatis agriculturã certe
nõ improbo. Nunq; tamen aut scriptoꝶ cla
ritas, aut inopiæ metus coget, vt liberalibus
& honestis artibus præferendam censeam,
nec æquãdam quidem, q̃uis enim eosdem
duces

duces simul illustres & agricolas, primum illud imperij tẽpus habuerit, mutata iã spatio res est. Neq; (vt fragilior nũc natura est) ad res tam varias ingenia nostra sufficiunt. Hac ętate igitur excellẽtibus viris agriculturæ operã dare nõ pro arte vel negocio, sed pro ocio & curarũ alternatione permiseris vt q; interdũ teneros ramos pubescẽtibus gẽmis inserere, luxuriantia folia curua falce cõpescere, lasciuos palmites ,plis in speciẽ scrobibus cauis infodere , sitiẽtibus pratis querulos riuos prono calle diuertere illos sinã. Sic fodere pertinaciter atq; arare, totoq; animo incumbere terris (nisi necessitas cogat indecorũ atq; indecens docto fortiq; viro arbitror) cui nobilioris exercitii deesse materia vix possit. Natura parens optima dum multas mortalibus artes daret, ipsa etiã distinxit ingenia, vt cui quisq; erit aptissimus illi insistat. Videbis aliquẽ qui mediocri ingenio tã sollerter aut arua fulcet aut maria vt hac in re cuiusuis acumẽ philosophi nulla sibi ꝯferri possit industria, stultũ & inglorĩũ fuerit cũ alio nõ in tua sed illius arte cõtendere, vbi toto maior vertice minor appareas, & victor in maximis multis ac paruis in rebus facile vinci queas. Gau. Ager hac mihi ęstate ꝑfertilis fuit. Ra. Proximã operire præsens sępe fertilitas venturę sterilitatis arra est, rara quidẽ sine intermissione prosperitas. Gau. Diligenter agrum colui. Ra.

Bene, si nil melius quod faceres, fuit. Gau. Colui vineam exquisite. Ra. Letã cum illa forte vindemiã pactus, ant & cum pruina aut etiam cum grandine pepigisti? Gau. So lito largius aruum seui. Ra. Plures pasces grues rure, plures domi mures volucrũ ho / spes ac vermium, lolij excussor, areę compa ctor, horrei architectus, metentiũ seruus, ac terentium. Gau. Seui agrum largiter. Ra. Esto in spe bona metes, quod seuisti triticũ, atq; sollicitudinem, nisi illud est verus ꝙ tri ticum plurimorũ sed anxietas tua est, & vt proprie dixeris ager ipse est animus, cultus intentio, semen cura, messis labor, hãc vber rimam percipies. Gau. Rus optime colui. Ra. Dicam quod mireris. Illi ipsi antiqui agricolæ viri fortes, quibus gloriæ fuit agri cultura colendum bene censuerunt, sed non optime, incredibile primo forsan auditu at experientia comprobatione verissimum, vix enim fertilitas sumptum æquat, estq; apud ipsos veteres hominis atq; agri comparatio non inepta, vt vterq; si sumptuosus fuerit quis et quęstuosus reliqui nihil, aut modicũ fit. Neutrum magni igitur existimandum. Gau. Summo studio terram colo. Ra. Te te malem coleres, sed terrestre animal terram amas, nec multum cum tu illam, quã nũc percolis, impinguabis. Cole agrorum atq; arborum quantum vis, neq; multos terræ pestes ad vltimũ occupabis, neq; (vt ait Flac

tus) hatū quas colis arborū te pter inuisas cupressos vlla breuē dominū sequetur.

De Viridarijs. Dialogus. LVIII.

GAV.

Amœna mihi sunt viridaria. Ra. Habent hęc interdum fateor honestæ aliquid voluptatis, nonnunq̄ etiā inhoneste, ęque igit studiosos ac voluptuosos videas vmbrosis secessibus delectari. Nā & ingeniū locus excitat, & ad pœnitentiā quosdam, alios ad incontinentiam, & lasciuiam exortatur. Nec de nihilo est q̄ summus orator dum infesto reo adulteriū obijceret, amœna in quibus id cōmissum esset loca descripsit, quasi ad flagitium stimulos non locis ergo, sed animo gaudendum est si talis obtigit qui bene locis omnibus vti norit. Gau. Secretis viretis affluo. Ra. Secretum Tiberij viretum, & secessum capreę qs ignorat? Pudet pigetq̄ exequi quæ itidem omnibus nota sunt. Ille senex Hircinus loca illa seposita quibus pbris infecerit. Quāto autem gloriosius arido in rure exul Scipio Africanus vixerat, q̄ suis in voluptatibus princeps ille Romanus? Repeto igitur. Non in locis, neq̄ vllis pręter animum rebus, habitat omnis vestra felicitas. Vnde & qui solitariam vitam recessusq̄ abditos laudarunt sic intelligi voluerunt, si his animus vti sciret & non aliter proinde quem tu de viretis tuis fructum colliges expectandum

erit, at tum demum quid pronunciem video. Nam si locis tantum gloriaris, quæ tua nudius tertius non erant, & tua forsitã cras non erunt. ac si rite consideres tua etiã nunc nõ sunt, alieno ꝓculdubio gloriaris? Quis hic gloriæ tuæ locus? Quid ad te si gelidæ per æstatẽ alpes? si olympus, nubibus altior? si ramosus ac frondifer apenninus? Quid si lucidus ticinus? si amœnus athesis? si sonorus sorga? Hæ si laudes sunt, certe non sunt hominũ, sed locorum, tuum sit, expedit quo lauderis. Gau. Decoris spacior viretis. Ra. Refert quæ nã curæ interim, tuo in pectore spacientur. Nam quid iuuat arcula in eburnea, vnguenta olida condidisse? quid pulchris in locis turpẽ aius? Quot in rupibus horridis sanctissimi floruerunt viri? Quot in pratis virentibus turpes adulteri marcuerunt? Adde ꝙ non animis solũ, sed corporibus vitæq; hominũ interdũ loca huiusmodi nocuisse cõpertũ est, non tm̃ haustu aeris immodico, sed ferro etiã occultoq; impetu. Quis non legit apud Curtiũ amœnissimos nemoꝝ recessus, & vireta illa Medorũ manu cõsita regũ, ac Satraparũ curas & præcipuã (vt perhibẽt) voluptatẽ. Atqui in illis iussu ebrij ac vesani regis adolescẽtis interfectus ẽ Parmenio clarus senex, & (ni fallor) Macedonũ primus ducũ. Quis nõ nouit Caietani littoris flexũ illũ, quo nullus sub cœlo pulchrior, nullus amœnior, il

Hic iussu temulenti & crudelis Antonij occi-
sus est Cicero. Et poterat vtcunque tanto viro lo-
cus conuenire, vt postquam scilicet Romę mo-
ri fato vetitū erat, florido in rure moreretur
florentissimus oratorū, virque optimus. Sed
& modus & author mortis prius indignus
fuit. Spaciabatur illis forte tunc in locis Ci-
cero vrbanas fugiēs procellas, & vel ad phi-
losophiā, vitæque cultū suo more noui aliqd
cogitabat, vel Remp. miseratus de statu pa-
trię ꝯceptū dolorē animi oculorū oblecta-
tione leniebat, qñ ab illo omnis hoste virtu-
tis immissi carnifices talē virū abstulerunt
mundo, qualem (vt auguror) sęcula nulla
restituent. Sic est igit. loca delectabilia sæ-
pe insidijs opportuna sunt, dum licētius ibi
laxiusque degitur auersisque magis sensibus a
circūspectione periculi, Nā & laqueo densis
in syluis feræ & visco volucres, facilius in ra-
mis viridibus capiuntur. Gau. Lætus in viri-
darijs, & curarum vacuus dego. Ra. Lętitia
curarūque vacuitas cautioni semper aduersa
est. dū sua nēpe quisque pericula dū cōmunē
humani generis statum omnes acriter co-
gitant, vix aut lætus valde, aut curarum va-
cuus quisque viuet. neque locorum species, ne-
que opū spes obliuionem attulerit impen-
dentium malorum. Gau. Libenter in viri-
darijs meis versor. Ra. Non hercle libentius
quam apri & vrsi. Non refert autē vbi sis, sed
quid ibi agas. Nunquam te locus nobilitauerit

sed tu locum, neq; id aliter q̄ preclarū ibi & insigne aliquid moliendo.

De gregibus & armentis. Dialogus. LIX.

GAV.

Gaudeo gregibus, & armentis. Ra. Brutinum gaudium. Gau. Armentis ac gregibus abūdo. Ra. Beluina prosperitas, quā beluę perperere. Gau. Amo greges & arméta. Ra. In omni amore amātis & amati similitudo suspecta est. Ga. Arméta gregesq; amo. Ra. Amatis omnia nisi vos inuicem ac virtutem, quę imprimis erant amanda negligitis, & quæ negligéda diligitis. Gau. Amo armenta gregesq;. Ra. O miseri rerum vilium amatores osoresq; nobiliū, amatis quę se nec amari sentiunt, nec amantibus vicē reddunt. Cum interea nec vos vicē reddatis amātibus, totūq; hoc malū facit auaritia, vt nō mō: seruum ingenuo, sed pecus homini pferédū existimetis. Gau. Armétorū gregūq; ingés copia ē. Ra. si per teipsum illos paueris, quid nisi occupatissimus pastor eris? Officiū vile laudatū licet a multis, añ alios a Catullo veronensi, sin p alios, nō tu pastor, sed pastorū seruus, pastorūq; dolis expositis. Nunc sticinus obfuerit, nūc pcipitū, nunc morbus, nunc abactor, quotidie demū aliquid fingéd ū, vnde damnum tibi, dolorq;, & illusio. Magna vero pars mali fuerit illusior rudis. Gau. Armentis ac gregibus diues sum. Ra. Laudatæ

diuitiæ, sed incertę & casibus multis obno-
xiæ, fraudibus, rapinis, pestibus, quę tā cre-
bræ tamq; validę sunt, vt sæpe totos greges
totasq; lacerent armenta, nota pestis quam
Lucretius, quāq; illū sequēs Maro descripsit.
Et q; multis putas famosas minus scripto-
rū penuria sed damnosas ęque. Gau. Diues
sum gregibus & armētis. Ra. Vagæ paten-
tesq; diuitiæ q (nō dicā) arcula, vt aurū, vt
gēmę, sed ne domo (licet amplissima) clau-
di possint, iā nec a seruis, nec a furibus, nec
a feris atrocioribus tutus es, oibus in tuas
diuitias datū ius. Gau. Gregibus & armentis
gaudeo. Ra. Gaudes, semel doliturus, mil-
lies, nullus dies sine rumorib' mœstus ibit.
Nūc irruerūt. Sabei tulerintq; oia, nec non
pueros gladio pcusserint, vt pecuoso illi
quōdā nunciatū seni est, nūc bos cornu fre-
gerit, nūc cras ęquus, nūc vagātē lup' agnū,
nūc infectū gregē mors inuaserit. Non sat
miseri vris malis & mortalitate ppria visi
estis nisi mortes q̄q; brutorū aialiū lugeātis.

De Elephantibus. Dialogus. LX.

GAV.

Sunt mihi elephantes. Ra. Cui q̄so
vsui, pacis ne an belli. his duo illi
notissimi hostes Italiæ Pirrhus &
Hannibal quibus Romanas dū turbare aci-
es sperant suas turbauere, Animal graue pro-
sus & enormæ, qdq; (vt ex historiis nosti)
sępe suis exitio fuit, aspectu mirū, & mole,

& specie, & odore, & stridore terribile esse
ctu autē inutile, procuratione difficile. Gau.
Est mihi ingens elephas. Ra. fuerunt olim
in italia Elephantes non venatu quæsiti illi
quidē sed ab hostibus capti & in triumpho
ducti quos'q; prima fronte terruerant equos
Italos victores in capitolium secuti, erepti
aūt Pyrrho, Carthaginensibus vero nō erre
pti tm̄ sed etiā interdicti. Sic.n.in cōditioni
bus pacis quā victi petierant nominatim
cautū, vt & quos haberent domitos trade
rent, & alios nō domarent, ita sensim obso
leuit vsus Elephantum nō solū in Italia vbi
lōge aduenę, vicq; aducti erāt, sed in Africa
etiā & Aegypto, quę illorū sunt viciniores
origini. Itaq; & in Italia auorum memoria
vnicū Federico Romanorū principi fuisse
& nūc ægypti tyrāno non nisi vnicū esse fa
ma est. Vtrunq; vero ad spectaculū potius,
q̄; ad vsum. Sic in India atq; Aethiopia ex
terarum tędio gentiū liberati, syluas patrias
incolunt Elephantes. Tu quis es? qui Elephā
te gloriari videris, alter ne Annibal? q vno
vectus Elephante, vnoq; fretus oculo Italiā
fatigauit. Ego hanc beluam, & si humani
ęmulam intellectus ab authoribus proditā
& moribus miris insignem, habendo tamē
inutilē & ineptam, & regię potius luxuriæ
q̄; priuatæ fortunæ habilem dico, quę do
mum impleat horreum exhauriat. Gau.
At camelos habeo. Ra. vna est pene ratio,

verorũq;,nisi q̃ elephas turribus, camelus sarcinis ferẽdis idoneus,eoq; vtilior apti/orq; si ꝯsiliũ petis vtere beluis quas his (vbi vitã agis mundi partibus) genuit nã parẽs prudẽtissima,q̃ & beluas, & alia,suis queq; climatib⁹ aptiora distribuit.Ga.Camelũ habeo.Ra.Triamillia habuit & amisit Iob,& morbi, & raptores, & infecta pascua, & ruinę,& mille casus,vestra vndiq; armenta circunsidente cãpi,& colles,& mœnia ꝑdunt assidue, quid his facias quę nõ stant? Bona vestra fere oĩa in ꝑpetuo motu sunt, & quã insita virtute animi deberetis famã q̃rere,peregrinorũ animãtium nouitate sectamini.

De delectatione Simię. Dialogus.LXI.

GAV.

Simia delectabilis est mihi.Ra.Fœdum animal aspectu,triste animal effectu,de quo quid aliud q̃; tędium speres? Quicquid domi reperit,aut corrumpet,aut sparget.Si his atq; huiusmodi delectaris vtiq; delectabilis Simia tua est, monstruosam beluam vocat Cicero,nec minus aliquid mirum dicit q̃; vrnam sortiũ euertisse,idq;pro ostento græcoru3 in historijs scriptum esse,iure optimo doctissimus vir irridet,cum vere mirum potius videri debeat si non omnia vertat,ac dissipet. Gau. Ludicris animantibus abundo. Ra. Turpe simul, & ludicrum esse aliquid non potest. Quis enim in turpitudine ludus est? Quin/

immo ab omni quod oculos auresq; & na-
res & animum afficiat fugiendum est, cor
rupti gustus est amara diligere. Sed hic vester
est mos turpibus delectari, neq; vero tur-
pia & inepta tātum animalia, sed quo nihil
est fœdius obscenos etiā homines linguaq;
& moribus odiosos in delitiis habetis, &
ad summam quanto quicq; deformius tan
to vobis acceptius cariusq;, hęc in rebus o-
mnibus vniformis est regula, hic amor, hęc
indoles, hoc studiū, hęc vestri iudicii laus ē.

De pauonibus. Dialogus. LXII.

GAV.

P Auonibus affluo. Ra. Ex illorū cau
dis argi oculos reperisse consilium
fuerit ne pedibus noceat notissima
regularum pestis. Gau. Pauones multos ha
beo. Ra. Auem visu pulchram non inficior
atq; amœnam, sed hæc voluptas oculorum
multo auriū tædio pēsanda, est quibus ꝯtra
illū tartareæ vocis horrorē vel fuge, vel vlys
seæ picis auxilio opus sit, vt sileā omni pe-
ctus tædio vicinorū odiū, ac lamenta, vos ve
ro dū imperiosę & nihil intentatū relinquē
ti gulę parcatis, nec aliena, nec vestra incō-
moda cogitatis, obliti hanc viris olim for-
tissimis solicitudinē nō fuisse, qn̄ intacti pi
sces & feræ, & volucres tutę erant, & ꝑter
pēnas nil in pauone placebat (vt Naso ait)
Neq; nunc sane qd in hac aue tantopere pla
ceat inuenio præter nobilitatē carniū, quæ

non putrescere dicuntur longũ etiã in tẽpus
si seruentur, qđ & tibi licitũ experiri, & exper
tũ se asserit Augustinus. Ita vestrã famẽ ni/
si adsit ambitio, nec cibus sadat, nec volu/
ptas. Pauon ẽ certe cibi gratia Romæ pri/
mus occidisse fertur Hortensius orator vir
eloquio clarus, moribus delicatus, & mol/
lis, vt fœmina, sed qui morũ plurimos, ele
qui autẽ raros habet imitatores. Gau. Pullos
nutrio. Ra. Impedimentũ domui, escã vul/
pibus, areę suffossores, quorũ vngulis & pul
uereũ solum semp, & nunq̃ superficies ęqua
fit. Gau. Gallinarũ magnus ẽ numerus. Ra.
Vt cessent tædia pene par fructus, & impen
sa erit, magno pretio longisq; clangoribus
exiguum ouum constat. Gau. Sed abundo
apibus. Ra. Non mortalis modo sed volati
lis & fugitiua felicitas tua est. Gau. Alueari
multa sunt mihi. Ra. Non minus in quoli
bet q̃ vel in magna vrbe n·gociũ, vel in ca/
stris strepitus est, nunc examina fugiẽt, nũc
pugnabunt reges, nunc tinnitu æris, nunc
actu pulueris res egebit vt salua sit, sępe oĩa
expertus nil perfeceris, qui cum ditior esse
credideris nudus sis, proinde si seruandi stu/
dium cum melle contuleris mel amarum
voces. Gau. Sed columbis affluo. Ra. Atquĩ
apum in thalamis siletur per noctẽ (vt Ver
gilius ait) in columbario autem nunq̃; via
est animal inquietius columbo. Gau. Plena
mihi sunt colũbaria, Ra. Sunt qui litigẽt, &

qui gemāt, q̄ diebus domū̄ sedēt, noctibus somnū̄ frangāt. En magni gaudij materia.

De piscinis. Dialogus. LXIII.

GAV.

PIscinas mihi extruxisse gaudeo. Ra. Non puto felicius extruxeris q̄ Salomon. Cum te ergo conuerteris ad vniuersa opera quę fecerint manus tuæ, & ad labores in quibus frustra sudaueris videbis in omnibus vanitatē & afflictionē animi, vt vnde gauisus fueris fortasse doleas iacturā existimans & tēporis & impensæ. Gau. Feci mihi piscinas. Ra. Nō satis est gulę causa oēs terras lustrare, aquæ etiā tētātur & in regno suo piscibus carcer erigitur. Ga. Piscinas impleui. Ra. Libertatē piscibus abstulisti ac nāę domū, quosq; illa sanos fecerat ægrotare docuisti. Gau. Coegi aquas in piscinā. Ra. Vim aquis intulisse i Iulio Cæsare tanto illo quidē viro notatū, & supbiæ datū vides. Quid in te igitur speres? Gau. Pisces in viuario cōclusi. Ra. Pennates volucres vinculis ei imperio cohercetis, quid mirū si pigris quoq; piscibus imperatis? Omnia prorsus in vestra potestate, & vestris subiecta sunt pedibus laboriosi & cupidi mortales, pter vnū animū quē regere & frenare vel non potestis, vel (quod est verius) nō curatis. Itaq; vagus & indomit᷒ ille vos agitat & in omne vanitatum genus ac scelerum impellit, qui si vobis immo si rationis

subditus atque obediens esset ad meliorem finē rectiori calle vos duceret, præstaretq́; vt multa quę cupitis sperneretis. Gau. Pisces inclusos in piscinis habeo. Ra. Cū omnia subita sint vobis, vide q̄; decorum sit esse vos subditos voluptati, rei omnium vilissime, rerū nobilissimos omniū q̄ sub cælo sunt. Si; sic ē oībus imperare vultis, vt libidini seruiatis. Neq; vero nouus hic error, nec plebeius, sed antiquus, & illustriū piscinas ac viuaria ostrearū primus instituit Sergius Orata baiano in littore. Sub idem tēpus reliquorum piscium viuaria incœpit Licinius murę na. vterq́; cognomen, seu illud agnomen a pisce sortitus. En p̄clare agnominū causæ, quod ille scilicet Oratam appetit, Hic Muręnā. En qui Africani, & Macedonici titulos mereantur, & forsitan non curarum minus hi suis in piscibus capiendis, & condiendis inq; suis viuariis extruēdis susceperāt q̄; Scipio, & Paulus in liberanda atq; ornāda patria suisq́; victoriis ac triūphis. Ita penitus verū sit quod quidā dicunt, quātitate curas hominū pene pares, qualitate vero longe impares, Atq; ut mala semper exempla imitatorum turbis affluunt, secuti sunt Liciniū hunc nobiles viri Philippus, Hortensius, ac Luculus uir alioqui memorabilis, qui uiuario simplici non contentus illic prope Neapolim mōtem scindi fecit, nō minori sumptu, q̄; quo sibi uillam errexerat, requiē ca

ptis piscibus meditatus fluctu ęquoreo sciss
sę rupis claustris instar trāquilli portus im
misso. Quāobrem magnus Pompeius, vt q
non viuaria, sed imperia cogitaret haud ille
pide hunc Lucullum, Xersen togatum, hoc
est montium effossorem nūcupabat. Quid
de aliis? Murænarum viuaria primus fecit
Cyrus quidam, nescio quis, Nam cū omni
bus murenis suis adhuc male noscitur, qua
rum illa copia tanta fuit, vt earum sex mil/
libus triumphalē cœnā Iulii Cæsaris ador/
naret, vt hic quoq; suos imitatores habuit
nominatim Hortensium oratorem (de quo
supra diximus) virum qui nunq; molli de/
fuit exemplo. Ita vestræ literę sępe nihil de/
trahunt insaniæ. Nōnunq; vero (quod mire
ris) addiiciunt, dum licere sibi omnia existi
mant qui literas didicerunt, & multa sibi ar
rogant, quæ sine literis non auderent. Et hic
ergo uiuarium habuisse dicitur, baiani tra/
ctus in littore, ibiq; inter cæteros pisces sic
murænam vnam dilexisse, vt extinctam lu
xerit. En amor egregius. En docto grauiq;
viro dignus fletus, qui nec sui tēporis bel/
la domestica neq; proscriptiones. ac ciuium
mortes fleuisse legitur, nec canensem si suū
in tempus incidisset fleturus fuerit ruina,
murēnę obitum fleuit, tanta hæc leuitas fa
cit vt iuniori vera debeatur. Antoniæ ætas
ac sexus excusabiliorem reddit ineptiam,
quæ murænā suam, tamen non defunctā

gemuisse, sed viuentem aureiis in auribus coluisse traditur. Sic vt baulos (id erat villæ nomen) ipsis baianis in finibus multos spectaculi nouitate contraheret. Fuerūt & viuaria coclearū & aliæ piscium vanitates atq; imprimis lupos tyberinus inter duos præcipue pōtes captus, sed satis multa de alienis erroribus. Tu quoq; plures his implicitos vides eo diligētius caue ne similibus impliceris, neq; tibi nunc vsum pisciū, sed nimis magnā curā rerū ignobiliū interdico.

De auiariis auibusq; loq̄cibus. Dia. LXIIII.

GAV.

Ves Varias in auiario conclusi. Ra. A Iā pisciū minus mirer ergastula, sūt & volucrum, q̄bus latior ac liberior p̄ria coelū erat. Inuenit gula venationē, inuenit piscationē, inuenit aucupiū, nec coepisse satis est q̄ liberas natura creauerat, nisi etiā asseruent. Ac quāto erat honestius gulā cogere, parabilibus atq; facilibus cōtētari & syluas feris, maria piscibus aereq; volucribus linquere, q̄ in his tm̄ studii ponere, quantū sic aptādis in virtutibus poneretur, illas pridem (nā minime sunt fugaces) optimo studio q̄sitas intra animi habitū clausisseris, vñ nec effugere possent, nec auferri. Gau. Auibus auiarium impleui. Ra. Rem nequaq̄ necessariā, & q̄situ nec minus custodia difficilem, peruetustā tñ cuius ante mile q̄drin-

gentos annos Romæ author fuit Lelius quidã, cognomēto Strabo, uir equester, Nō ille quidem Lælius sapiens habitus, qui si auiaria reperisset nomē sapientiæ perdidisset. Quędam sunt inuenta (ut uidentur) utilia ac iucunda, quæ tamen ingenia alta dedeceant. Qui piscinas qui auiaria inuenerunt, quid aliud q̃ gulę studiū habuerūt? quod uirtutis cultoribus alienū est. Gau. Inclusi pingues turdos & turtures. Ra. Sed nō tardos tortores, tot illecebris irritata gula, supplicia exigit stomaci laborātis. An non satyricū illud audisti? Pœna tamen pr̄s cū tu deponis amicū, Turgidus & crudū pauonem in balnea portas. De pauone loquitur Formosa etenim & famosa est auis, sed nō sola q̄ p̄cipitē gulā plectat. Gulę.qdē oblectatio gustus breuis, ipse quoq; mox in nauseā uersurus ni cohęrceas. Pœna aūt longa cruditas indigestio, bilis, morbi, sæpe etiam & mors. I nunc turdis pinguibus, ac turturibus gloriare. Gau. Habeo loquaces coruos ac picas, & psitacos. Ra. Lætatus his Augustus Cęsar eos magnis emit p̄cijs, q uictorē ac triumphantem Cæsarē salutarent. Cūq; subinde alij atq; alii ingererentur, satis se salutatorum talium domi habere respondit, ponens illi metaȝ uanitati, nisi coruus ipse nouissimus ioco illo mirabili, pluris se q̃ cæteros redimi coegisset. Et hæc quidem in saturnalibus legūtur. Quid in naturali uicini nr̄i

veronensis

Veronenfis historia? Coruus ille tam doci/lis e sutrina, vbi impense alebatur in publi/cũ euolare solitus & Tiberiũ Cæsaré, Dru/sumq; & germanicũ nominatim, totũ de/niq; Romanũ populũ salutare tanta plebis gratia, tantoq; omniũ fauore, vt cũ eũ vici/nus vel inuidia, vel ira percitus occidisset in/genti omniũ mœrore occasor ipse ex ea vici/nia pulsus primũ, deinde etiam a populo in/terfectus sit. Coruus autẽ operosis exequijs & solemni funere elatus ac traditus sepultu/ræ. O ineffabilis populorũ semper insania, in illa vrbe fletum & sepultum coruũ, & eius interfectoré romanũ ciuẽ morte mul/ctatũ in qua nec Africanus maior sepulchrũ habuit, nec minor vltoré, quia (si dijs pla/cet) coruus hic populũ salutabat vt diximus illi autẽ nõ salutabant, sed salutem populo gloriãq; contulerant. A deo gratior vox cor/uorum q̃; virorum virtus illustrium: Neget nunc aliquis tutum sese, populi consensisse iudicio, q̃;q̃; veris æstimatoribus non sit m[illegible] tus publicus hic virorũ fortium contẽptus, cum ab his ceruorũ volucrũq; loquacium miratoribus, & diuinæ voces, & cœlestia spernãtur oracula. Gau. Formosus est mihi psitacus. Ra. Solus nempe omnium torque aureo insignis, nisi phœnix & ipse esset aui/um torquatus, & pterea suę vnicus speciei. Verũ psitacus salutator magnus & pcertim principum, quasi illorum plane adulatorem

fecerit natura, Vnde disticon illud innotuit psittacus a vobis aliorũ nomina discã, Hoc didici p me dicere Cęsar aue. Gau. Est mihi pica disertissima. Ra. Cum perrari sint homines diserti, tibi disertissima pica est? Loquax fateor, & salutatrix est sedula, vnde & illud, Pica loquax certa dominũ te voce saluto, si me nõ videas esse negabis aue. Certe ꝺ huius auis intẽtiõe discẽdiq; studio mira nescio an vera narrãtur. Illud imprimis vix credibile ꝓpositum ei verbum si oblita sit angi illã grauiter & affligi, molestiamq; animi tacita meditatione testari, si ipsũ sibi verbum ad memoriã reducat miris modis hilarescere. At si ꝓrsus seu verbi difficultate seu memoriæ imbecillitate vincat̃, præ dolore etiam interdũ mori, vt iã minus mira Homeri mors poetæ sit habẽda, si tamẽ illa etiam vera est. Neq; vero picis omnibus hæc docilitas datur, sed his tm̃ & q̃ glãde cibũ nomenq; percipiunt, & apud vos vulgo glandarię vocitant̃. Picarũ species & forma insignis & ingenio. Gau. Dulcisonã canorãq; lusciniam nactus sum. Ra. Et hanc quoq; & sturnũ gręci latiniq; sermonis dociles inueniri, & turdũ insuper sua ętate sermones humanos imitãtẽ Romę fuisse author est Plinius secundus, qđ de sturno nuꝑ publice notũ fuit, quẽ seriatim plurima verba proferentẽ humanis accẽtibus sępe in ipsius Plinii patria, & audire tibi cõtigit, &

mirari. Nã de psitaco iã trita res est, vt mira bilis iã esse desierint. Quoties hunc audisti cibos vnũ atq; alterũ claravoce poscentem Quoties nutritoré suum proprio nomine vocanté, atq; vt persuaderet multa illi gestu um, ac verborũ dulcedine blandiété? Quo ties sic ridenté, vt astãtes in risum cogeret, nec omnino alitis sed veri risus hominis cre deret? Quę q̃uis ita sint, tñ hi oés, luscinię ꝓsertim, multo melius (mihi credite) suis in ramis canerent q̃; vestris in caueis, nisi quia vestra cupiditas nihil extimat, nisi qđ si bi propriũ fecit. Cũ natura fecerit cuncta cõia, sic vltra suos fines atq; vltra suum no men tendit auaritia. Gau. Aues innumeras ꝯgregaui. Ra. Vt multas siue vt omnes ha beas phœnix puto deerit, siue vnus siue est nullus. siue illud ĩ fidé recepimus qđ quidã tradidere, anno vrbis octingentesimo Aue hãc ex Arabia in Ægyptũ euolasse captãq; ibi & Romã delatã atq; in comicio specta culo populi expositã, supremã tandé (vt cre dibile est) morté obiisse, qđ vltimũ falsum esse nõ dubitãt qui de primis magni dubi tant authores. Ita cũ oés aues habueris mi rabilé pulcherrimãq; oluz nõ hébis. Dolés & indignans iocor, vt quid. n. semꝑ pueri inanibus gaudiis exultatis? vtq; ait Salo mon, vsq; quo paruuli diligitis infantiã? Quin aliquãdo ꝯuertimini ad correctioné meã. Vt idem ait, si quidé ipsa eadem suma

que loquor. Sinite o ceci aues, in syluis agere, nidificare & pasci, & canere, & errare. Vos inertis plumes animi ad cœlũ pãdite, atq; homo vos attollite, enitimini nõ volucres captare, sꝫ volucres fieri. Tuq; his omissis de quibus loqui pudet, si quid habes quo letari virum deceat profer.

De coniugij claritate. Dialogus. LXV.

G A V.

Xorem duxi nobilem. Ra. Malem tibi non tantũ picas, ac psitacos, sed bubones, striges q; domi esse, illi canerent, ista iurgabitur, illi aliquid nunciarent, hęc peraget, illos excludere licet, hanc nõ liceret. Gau. Claro cõiugio ornatus sum. Ra. Speciosa vinctus es catena, vnde te sola mors liberet. Gau. Claro cõiugio felix sum. Ra. Casto felicior, felicissimus cęlibatu. Ga. Pulchro coniugio illustratus sum. Ra. Anceps vxoris electio, deformis facile fastiditur. Formosa difficile custodit, ea lege qua inter formã corporis atq; animi castitatem ijs prope ppetua est. Sed vt quod rarissimũ est contingat & formæ pudicitia iuncta sic vberius tecũ agam, accedant & fœmineę dotes allę nobilitas, sensus, opulentia fœcunditas, atq; facundia, famę integritas, moꝝ cãdor scito tuum limen his immixtã subintrasse superbiã, vt iure Satyricus videatur, male venusinã, q; Corneliam Gracchorum matrẽ Africani filiam, paternis triũphis, ac

gloria insolentē. Gau. Nobile cōiugium & honestum obtigit. Ra. Quid de fastu, fastidioq; ais? Parū ne fœminei mores noti? Disce seruire, disce pati, disce caros pellere, vni ꝯiugio vacandū est. Amicitiarū scopulus vxor imperiosa, & viri affectuū moderatrix. Ga. Generosa mihi vxor obuenit. Ra. Grauis sarcina, durę cōpedes, liberos humeros, & atq; olim liberos pedes ꝑmeut. Durū dictu, durius cogitatu, durissimū ꝑpessu nō vnus lucis, sed totius vitæ hospes forsitanq; hostis, vacuā ꝓsidijs inuasit domum Vnde illam (vt dixi) veteris repudij spe sublata, sola scilicet mors excludat. Gau. Coniugem gratiā duxi. Ra. Erras, illa te duxit, dominimium fueras tuus accessit spōso domina carnifex priuignis, æmula socrui, familliæ iugū conquinæ labor, onus penui, sumptus arculæ ornamentum aulæ, diurnum spectaculum fenestræ, lis nocturna cubiculo. Gau. Vxor mihi venit amātissima. Ra. Cū amore si nescis zelus & suspitiões & q̄rele subeunt, immortale duellū domi habes, ipsis ex voluptatibus & iocis inimicitiæ erumpent, nec ad mensam, nec in thalamo tutus eris, nullum tempus litigo vacabit, media nocte pugnabitur. Gau. Exoptatas nuptias contraxi. Ra. Cum coniuge nuptias, cū parte diuortium. Gau. Vxor cōtigit, cui vnice placeo. Ra. Melius forsitan displiceres, non se amādo pręmeret atq; attereret, & cogita

te, & res tuas agere, & somnum carpere si ?neret, nunc vxori places nil qd tibi placeat pter illã speres, totũ sibi te vindicat, nec sufficies totus. Si quo forte ire velis fugere', te fugeq; causas fingere, si qd agas oblitũ sui, si qd cogites iratũ sibi, si cibo abstineas sordere res suas tibi, si somno cesseris, externa te venere fessum dicet, Deniq; vt vxori placidus, tibi atq; aliis inutilis sis oportet. Gau. Vxorẽ habeo, q̃ me ardenter amat. Ra. Melius amaret caste, pie, & sobrie, ac verecũde, ardẽs.n.amor qd nisi incẽdiũ est aĩæ? qua ardẽte q̃snã tibi modestiæ, qs reuerẽtię ꝑiugali, quis trãquillitati locus, aut quieti? Ardenter te amat vxor, nisi vicissim se amari senserit tepescet, amorẽq; odio mutabit sin ęquandus tibi est amor, & tu ardeas necesse est, vniq; deditus sis amãti, Zelotipę ꝯiugis vir insomnis nunc blãdiciis, nunc q̃rellis, fictisq; criminibus excitãdus exercẽdusq; per noctẽ, seu licẽtius oculũ deflexeris, seu ridenti lẽtius arriseris, seu vicinã salutaueris, seu formã alterius laudaueris seu domũ serius redieris postremo aliqd feceris, aut dixeris quo suspectus læsiq; reus sis amoris, q̃ si vita dici debet, q̃ nã mors dicenda sit nescio. Et hęc equidẽ de ardẽti tuo amore snia nra est. Gau. Est mihi ꝑpetua thori cõsors. Ra. Et somni perpetuũ exiliũ. Maritalis lecti rarus ac tenuis sopor est, hinc voluptas, hic iurgia quies nusq̃. Gau. Habeo vxorẽ fidelissimam

Ra. fuisse fideles aliquas nō nego vsq; etiā ad mortē. Et profecto homini qui hoc vitæ genus elegerit magnæ diuitię ꝯiunx bona & fidelis, maior tñ est acies aduersa. Nēpe etiā illustriū multi dolo ꝯiugū periere. Sileo Danai truces & cruētas nuptias, & infames noctem, miserāq; tot simul iuuenū strages. Non hoc illi quorū supra meminimus grauis Agamemnon, non phrix Deiphobus neget, non ex vestris Africanus minor, non postremo recentior Alboinus rex cuius ab impudica & sæua fusus coniuge nitidi athesis rippam sanguis infecit. Gau. Vxorem nobilem castam, mansuetā, humilem, & obsequiosam, piam, fidam, repperi. Ra. Mirus auceps, cornicem candidam inuenisti. Vix est tamen qui inuenisse se fuscam putet.

De Vxore formosa. Dialogus. LXVI.

GAV.

Formosa mihi vxor obuenit. Ra. Difficilem prouinciam nactus es, vigila dixi iam, durum est custodire quod a multis appetitur. Gau. Forma est vxori excellens. Ra. Solet forma corporis vt multa alia, paritate gaudere, imparitatem, ac dissimilitudinē aspernari, si par igitur tibi forma est exercebe ris, alioqui contēneris, vtrunq; laboriosum. Gau. Forma coniugis magna est. Ra. Et magna superbia, vix est aliquid quod æque animum tumefaciat & extollat. Gau. Forma vxoris est mari-

ma. Ra. Vide ne castitas parua sit. Scitum est illud Satiricum. Rara adeo est concordia formę atq; pudicitiæ, vt hęc cõstent, morũ insolẽtiã quis ferat, & quotidiana fastidia? Gau. Formosissima est vxor. Ra. Habes domi Idolum sumptuosum, operosum, videbis in dies peregrinos nouosq; habitus, lauda hinc corpori habitudinẽ quã omnia deceant, hinc ingeniũ inuentricis ad cuncta versatile, tum iacturã patrimonij luctũ voca. Gau. Habeo vxorẽ formosissimam. Ra. Habes idolũ litigiosum insolẽs, qđ affusus colas, qđ extra te raptus stupeas, quod adores vnde totus pendeas. Summitte collũ iugo & cõtentus forma coniugis, curasq; alias & propriam libertatem procul abijce. Dicebam modo caue ne quoquomodo aliam præter illam laudes, ne qñ oculos ab illius fonte diuerteris, ne solito parcius blãdiaris solito minus insanias, qcquid respueris capitale erit oĩs sanitas defectio. Viue denicq; ad vxoris edictũ, & nutũ dñæ suspensus obserua mancipiũ, n õ maritus. Hæc facito, si tãti existimas aliq;diu formosam thori sociã amplecti, leniq; ad tẽpus cute gaudere, & cãdido natos ex vtero tanq; poma nobĩlora pulchro de vase suscipere. Gau. Vxorẽ habeo formosam. Ra. Venenũ dulce, cõpedes aureas, splẽdidã seruiturẽ. Ga. Forma delector vxoris. Ra. vana breuisq; delectatio. Nil forma fugacius & præsertim foeminea

qui vxorem propter formam diligit, cito il-
lam oderit.

De vxore fœcunda, & facũda. Dia. LXVII.

GAV.

F Oecunda mihi vxor est. Ra. Multas tibi curas, multos pariet labores. Vxor sterilis vnica tantum, at fœcũda quidẽ sarcina domus est multiplex. Notum est illud comicum vxorem duxi, quam non ibi miseriam vidi? Nati filii alia cura. Gau. Non fœcunda tm̃ vxor sed facunda ẽ. Ra. Hinc filij, & nutrices aderunt. Hinc sales & verba non deerunt. Habes cũ qua dispu- tes & declames, & satyricum nõ audisti vbi ait. Non habeat matrona tibi q̃ iuncta recũ- bit dicẽdi genus, nec curtũ sermone rotato torqueat enthymema, nec historias sciat omnes, coniugẽ quærebas magistrã inuenisti iãq; aliquid impolitũ, cõmune aliquid loqui sine cõiugis cẽsura. & irrisione nõ poteris, frustraq; eiusdẽ Satyricũ illud optaueris: Solecismũ liceat fecisse marito, inter mundi tædia, nullum importunus procaci fœmina & tacere nescia.

De optima dote. Dialogus. LXIII.

GAV.

D Ote auctus sum opima. Ra. Et optima tyrãnide, malũ modo additus. Superbiæ cõiugalis duo stimuli, dos & forma Gau. Multũ dotata vxor est mihi. Ra. Multũ dotata vxore nihil est importu-

nius, nihil intractabilius, nil sibi non licitũ arbitratur, quę suas opes mariti comparat egestati, quę virum pascit, dominã se putat esse nõ sociam. Gau. Magna dos meũ subijt limẽ. Ra. Vnde dos ingredit̃, inde libertas egredit̃ qđ bene ꝓuiderat Lycurgus, cuius lege cautũ fuit vt indotatæ nuberent, adiecta ratio vt vxores eligerent̃, non pecunię, seueriusq; matrimonia sua viri coercerẽt cum nullis frenis dotis tenerent̃, vtrunq; sapienter. Nam & vere multis in domibus, nõ viro vxor, sed pecunia nubit auaricię, & est vtiq; magna dos licẽtia coniugis, frenum viri. Gau. Ingẽs cũ vxore dos obuenit. Ra. Muta ordinẽ, immo.n. cum ingenti dote vxor subijt, q̃ libentius exclusisses, si sola posset excludi, plane. Cõiugium obscœnum vbi nõ spe prolis ad cubiculum viri virgo, sed ad arculã auariciæ impulsu dos concupita deducitur. Gau. Magnam mihi dotem vxor attulit. Ra. Dic verius magnum preciũ libertatis tuæ, quæ si tibi cara esset (vt decuit) nullo eam precio vẽdidisses. Gau. Ditissima mihi vxor obtigit. Ra. De moribus nihil narras. Nempe nihil vt reor de moribus cogitasti, deq; optimis fœminæ dotibus, fide, verecũdia, castitate, modestia. Sunt vobis ista conteptui, & solũ in nuptijs vestris attẽditur, Dos & forma, hæc est auaricia & libido, pronubæ matrimonijs his ꝯdignę. Gau. Pecuniosissima est coniunx. Ra. Vide

an non Themistocleum illud consilium? quo diffinit, Male se virum pecunia, q̃; pecuniã viro indigentẽ, recte etiã ad fœminas trahi possit. Gau. Vxor mi prędiues est. Ra. Quanto melius erat cũ inopi requiescere q̃; laborare cũ superba, melius esurire cũ paupercula humili q̃; cũ insolẽti diuite litigare. Gau. Coniugis dos immensa est. Ra. Cõsequens est vt elatio animi sit immẽsa, dimot aũt viri nullus. Nõ audebis vitia reprehẽdere dũ respicies dotẽ, nõ p̃sumes humiliare illam per quã te memineris superbire, nec fastidia dumtaxat ac tædia, sed probra etiã & iniurias tolerabis, an forte nõ Aurelij Antonii principis meministi illius, q philosophi cognomen ob imperium non omisit? q cu3 vxoris nosceret adulteria, & amici vt eum vel occideret vel saltem dimitteret hortarentur, respondebat. Si vxorem dimittimus reddamus & dotem, dos autẽ erat imperium. Vides vt ingentis viri animũ dos frenabat, tuum forsitan non frenabit. Gau. Dos, q̃; maxima infinita, inextimabilis est. Ra. Dos matrimonii oneribus supportandis, non auaritiæ æstibus irritandis inuenta est. Itaq; quo magis illam exaggeras, magis infamas, vt quę vtrinq3 mole sua noceat & hinc dantis impudentiam, hinc concupiscẽtiam accipientis auctura sit. Gau. Est mihi maxima dos vxoris. Ra. Non quãta sit dos sed qualis sit vxor refert, & in dote ipsa nõ

quantitas certe, sed qualitas existimāda est. vnde scilicet profecta, quibus parta modis. multæ magnæ dotes malis artibus sunt q̃ sitæ Heliopolitanū, & punicū mores nosti, quorum nuptijs, nō pietate patria, sed stupris ac dedecore dos constabat.

De gratis amoribus. Dialogus. LIX.

GAV.

Gratis fruor amoribus. Ra. Gratis insidiis opprimeris. Gau. Gratis vror amorib'. Ra. Bñ ais vror. Est n. amor latens ignis, gratium vulnus, sapidū venenū, dulcis amaritudo, delectabilis morbus, iucundū suppliciū, blanda mors. Gau. Amo, & vicissim amor. Ra. Primum nosce, p̃m in ambiguo est, nisi forte nocturnū mulierculæ tuæ murmur in testimoniū tuū trahis. Ga. Amor haud dubie. Ra. Persuasit (vt video) nec magnū psuadere volentibus, oīs amans cre'us, & credulus. Quod si fidē iurameto amatorio vis in esse, scriptum ab amāte chyrographum tenera in glacie testibus astris in medium profer. Sed o insane nihil impudicæ præsertim credas fœminæ sexus, ardor, leuitas, consuetudo mentiendi, fallendi studium, fructusq; fallaciæ, hæc singula, multoq; maxime hæc omnia, quicquid illius ore prodierit suspectum faciunt. Gau. Amo quod iure animum delectet & dulciter ardeo. Ra. Credis ne audire quod ille magister amorum

ale, vt feliciter ardens gaudeas, & vento tuo nauiges voluptatis? id quidē nō cōsilij est. Ego vero quo suauius asseris eo cautius ex incendio fugiendum consulo. Tunc sunt mala periculosissima, cū delectāt. Sæpe sua uitate hanc durissimus finis exasperat. Gau. Amo amorq;. Ra. Vt sit ita, qd nisi duplex nodus, nexus arctior, graue discrimē, meli/us de te sperarē si amares tm̄ nō etiā amare ris, & si enim facilitatē amoris atq; difficul tatē ęque nociuā quidā dicant, q facilitate animus capiat, cum difficultate contendat, ego tamen ita sentio nihil ad amandū effi/cacius q̄ꝫ amari, cōtraq; nihil esse quod ma/gis ab amando deterreat q̄ꝫ scire se nō ama ri. nec amatum iri credere, quāuis id non facile creditura sit cęca & cupida mens amā tis q qui amant ipsi sibi somnia fingunt. Gau. Amo ego cum gaudio. Ra. Qui, q̄ꝫ male sibi est non sentit obtorpit, qui malo suo gaudet insanit. Gau. Apud me fateor delectabile est amare. Ra. Odiosum males ac molestum quo & fuga mali promptior foret, & propinquior spes salutis, nunc dele ctatio morbum alit, sanus enim fieri respu it quem delectat ægrotare. Gau. Vt libet, apud me quidem ingenium est amare. Ra. vt quisq; sapit, & loquitur, apud me vero seruile prorsus & languidum & quod for/tissimos etiam viros emolliat eneruetq;, di/cam q nemo est qui nesciat, nemo est qui

audiens nõ miretur, sic magnarum rerum recordatio, vel scientibus admirãda est, Ne ne omnia sequar, quod nec necessarium puto, nec possibile, duarum toto orbe clarissimarum gentium duos longe præstantissimos duces ad memoriam reuoca. Iulius Cæsar victor in galliis, in germãia, in Britania, in Hispaniis, in Italia, in Thessalia, in Aegypto, idemq; mox in armenia, in Ponto, in Africa, & rursus in Hispania supremo marte victurus. In medio tantarum victoriarum ab amore regio, interim apud Alexandriam victus est. Hannibal apud ticinum, apud trebiam, apud trasmenũ, apud cannas victor, at demum in patria vincendus sua, prius apud Salapiam Apuliæ oppidum, quo inexcusabilior sit meretricio amore subactus est. Quanta tibi videtur mali vis quæ tam duros animos, tam rigida pectora leni frangat incursu, tam rapidos pedes, tam fortia brachia fragilibus vinclis liget. Linquo fabulosa, & vetera nimis, in beluas transformatum Iouẽ, ridiculis Martem vinculis implicitum, duris nẽtem pensa digitis Herculem, Ad hæc & Leandrum fluctibus, Biblida lachrimis, Prochryni telis viri, propria cuspide Piramum, hypim laqueo pereuntem, quodq; est certius atque sonantius, & Græcorũ duces de amore certantes, & notis Troiam flaminis ardẽtem absq; his omnibus & mille similibus, satis

Duo illi quos premisimus ad probandum de quo agitur, vel magnitudine nominũ, vel historiæ fide sufficiũt. Gau. Amo. Quid de odio dices, si amorem damnas? Ra. Vt tu accipis vtrunq; damnabo, neq; ideo bonum aliquid dicam quod aduersum malo sit. Duo enim extrema sibi inuicem aduersa pariterq; a medio hoc est a virtute distãtia pariter mala sunt. Gau. Ergo malũ est amare? hoc ego fateor malo, nihil melius inuenio. Ra. Credo hercle vt est animus sed tua opinio rẽ mutat. Gau. Oderint quos delectat, ego amabo. Ra. Odiũ atq; amorẽ sin differentia dixerim. Nã vt odisse vitium, & amare virtutem, æque laudabile est, sic seu virtutis odiũ, seu vtili amor ęque dãnabile. Et ad summã vix inuenies qđ p seipsuʒ sic laude vel infamia dignũ sit, quin paucis additis, laus ac vituperatio altera locũ sumat alterius. Tu quid ames videris. Gau. Quid amẽ nisi quod cęteri. Ra. Nõ oẽs idẽ amãt Fuerunt qui amarent deum tam enixe, vt pro amore hoc omnia quideʒ & seipsos, vitam q; suã proiecisse lucrũ dicerent. Fuerũt qui non altius aspirantes pro nuda virtute aut pro patria idem facerent, numerarem nisi innumerabiles essent. Gau. Ego nec in cœlo fui vnq̃; nec virtutem vidi, amo quę cerni possunt. Ra. Si nihil amas nisi quod cerni potest, nihil igitur magnum amas, quid quod directe obuias pcepto illi vulga

ctissimo? Nolite amare quę videntur, sed quę non videntur, quae enim videntur tempo-ralia sunt, quae autem non videntur aeterna. Vos autem caeci animo, dediti꧖ oculis ęter-num nihil nō dici amare, sed nec intellige-re, nec cogitare quidem idonei, vobiscū pe-ritura sectamini, & pudendos affectus ho-nesto tegentes velo libidinē dicitis amorē, illum colitis, illum fandi licētia deū facitis vt probra vestra q̄ vix coelū tegit' excuset. Quid.n. deo authore fit perperam? Ite iam erigite deo vestro aras, ac thura porrigite, il le vos ad coelū euehet. Immo vero cęli deus illū & vos trudet in tartarū. Gau. Iuueniles ludos in calumniā trahis, amo, da veniam. Ra. si ab offenso poscenda est venia ipse ti bi cognosce, neq;.n. aliū q̄; te laedis, & ah miser quos inter scopulos fragilē cimbam agis? Gau. Iuuat ita viuere, nec intelligo q́d nā vetet? Ra. Miserū est peccare, miserius delectari miserrimū excusare, atq; amare peccatū, & tū demū consumata materia est cū ad studiū voluptatis opinio quędā ho-nestatis accesserit. Gau. Amo, nec possum aliter nec volo. Ra. Posses nempe si velles, & forsan adhuc voluētibus annis. Voles, si quidem cū in multis tunc praecipue in hoc morbo euenit, vt sępe virtuti tentatum fru-stra remedium vltro dies longior afferat. Gau. Nulla me dies non amantem viderit. Ra. Age igitur Lude, insani somno lętare, expertectus

experrectus flebis. Gau. Ego vero non flebo sed canam, meq; ipsum more amantium carminibus consolabor. Ra. Est hoc quidē de quo multa dici possunt, & quando huc me trahis. insistā inter multas fateor, mira hęc amantium, amentia non solum apud vulgus vbi consuetudine in naturam versa furor omnis excusabilis, sed apud vtriusq; linguę doctissimos, Nam & poetas graiorū & vestros quędam de alienis, multa de suis amoribus plausibiliter cōscripsisse compertum est, atq; vnde morum infamiam merebantur, eloquentiæ gloriā consecutos, tolerabilior apud illos Sappho, ętas, sexus, animi leuitas, puellā excusant. Sed quid Anacreunti facias? Quid alceo? quorum vterq; non poeta mō insignis, sed vir fortis & rebus gestis in sua Rep. clarus fuit, seu quid ex vestris Ouidio, Catullo, Propertio, Tibullo, quorum nullum ferme nisi amatorium est poema, q̄; q̄; qd poetas quibus nescio vn maior licentia data est, & nō potius vitę doctes arguā philosophos vbi hercle gaudeas, grauitatis multo plus vestr's fuisse q̄; grecis vix enim occurret horum aliquis tam perditus, qui (non dicam) tale aliquid fecerit, sed non libere totū hoc vanitatis genus irriserit atq; damnauerit, apud illos tamē nō cōmunes quosq; sed seuerissimos philosophorū stoicos ipsumq; (quod miraberis) Platonem in hoc errore versatos scimus.

Amatorum quidem volunt Stoici, & sane si de amore conueniat non falluntur. Amabit enim deū sapiens vt dixi, amabit & proximū, amabit virtutem, sapientiā, patriā, parētes, filios fratres, & amicos, & si verus sapiēs fuerit etiā inimicos amabit, non propter illos (fateor) sed propter eum qui hoc iubet. In his oībus (oro te) qs locus est pulchritudini? Sic enim Ciceronis tuschulano diffinitū legimus, amorem ipsum conatum esse amicitię faciendę ex pulchritudinis specie. Quis tam cœcus vt nō videat quid sibi velit hęc pulchritudo, recte ergo quærit illic Cicero. Quis est enim inqt iste amor amicitiæ, cum nō deformem adolescentē quisq̄ amat, neq; formosam anum? nimirū ætas & forma cum delinimentis suis sunt huius amicitię fundamenta, quę honestius sic dicitur q̄ libido, quid si cū apertis sanisq; oculis facile cernitur. Itaq; tota res eo redeat vt si sit amor quisq̄ in rerū natura sine solicitudine turpiq; desiderio, sine suspirio, & ardēti cura sit hic sane permissus sapienti, vacat enim omni libidine vt Cicero idē ait, omniq; tumultu, atq; angore animi, quę maxime vitanda sunt sapiētibus. Cæterum non fando rerum facies vellari, sic mutari veritas rerū potest, sermo autem nobis nūc nō nisi de libidinoso amore susceptus est, qui his multisq; alijs magnis malis vacare nullo potest modo, Et hęc qdē Stoicis ad Plat. ve-

nio, q philosophorum princeps, imo (vt aiũt) philosophorum de⁹, Et si in hoc multi litigẽt, in omni aũt quęstione nõ pluriũ sed maiorum, meliorũq; iudicio stãdũ est, Plato inq̃ vtiq; summus vir de amoribus suis etiam turpibus, q̃q̃; vero philosopho nulla libido non turpis & incõcessa sit (pace tanti viri dixerim) multa licentius scripsit, q̃; qbus Platonicum nomen scribendũ esset. scripsit tamen, & quod molles scripta extant, neq; tam celebris famæ notã, ne iudiciũ posteritatis erubuit, curã hanc metumq; oẽm vincente impetu passionis animũ vrgentis, stiliq; dulcedine calamũ excitantis, quæ vel in turpi pudendaq; materia tãta illi est, vt Epicureis magis q̃; Platonicis in reb⁹, quasi solis in luto Platonici radios cernas ingenii, et hãc ipsam post Platonẽ multis video causam fuisse, vt scripta relinquerẽt, quæ vel honestius nõ scripsissent, vel cõsultius deleuissent multis vt idẽ faciãt futurã esse conijcio, sed famosiorẽ attigi. Proinde quod ad reprehensionẽ attin et insaniæ talis et aliqua diximus ac multa & varia dici possunt, quod ad remediũ vero non pauca. Nam ad illã (quã dicis cõsolationẽ mali huius) quã tibi de carminibus prouẽturã fingis, breuissimũ Flacci carmen, ac percũctatio illa pro respõso sit.

Hiscine versiculis speras tibi posse dolores,
Atq; æstus, curasq; graues e pectore pelli?

Loquẽdo, canẽdoq; amor alitur, accẽditurq;

non extinguitur, nec lenitur, vt quos memoratas cantus & carmina tuorū nō fométa, sꝫ irritamenta sint vulnerū. Gau. Credere iam tandē admonitus, & expertus incipio, quā ob rē si libet omissis alijs ad remedia stiluꝫ verte. Ra. Multi olim ista conquirere nissi sunt in quibus Naso mirus medicus morbi amātior q̄; salutis, cuius quędā leuia quędā fœda vel in effi.acia tamen est aduertere. Scripsere alij, inter quos Cicero breuiter potenterq; ad summā pauca hęc sunt, quę de multis electa probauerim, loci mutatio, q̄ vt corpori sic animo ægrotanti, salubris interdū est Euitatio omniū fugaq; diligens, q̄bus amati vultus memoria retraharis, occupatio quoq; traductioq; animi ad alias curas nouasq; sollicitudines quibus morbi, veteris vestigia deleantur. Cogitatio vehemēs et assidua, q̄; turpe, q̄; triste, q̄; miserū. Postremo, q̄; breue, q̄; labile, q̄; nihil sit omnino q̄d difficultatibus tantis appetitur q̄; facile, quā q̄; melius vel impleri aliter aliisq; vijs vel contēni penitus possit atq; abijci interq; rerū vilissima deputari. Multos præterea curauit pudor, quod maxime generosis animis accidit, dum obseruetur infamia, irrisioq; dunq; se digito signari vulgiq; fabulā fieri dolent, dum sub oculos redit rei fœditas, fructu vacua, pleno dedecore, plena periculis, plena doloribus, ac pœnitentię causis ad extremū prodierit excusationibus ac fal

tis opinionibus reiectis veras induere, nihil hic naturā, nihil fatū, nihil stellas agere, nihil deniq; nisi solam animi leuitatē, atq; liberū iudiciū. Est enim in ægrotātis arbitrio vt sanus fiat, mox vt bona fide velle cęperit & blandæ ꝯsuetudinis nexus dulces abruperit, laboriosum certe, sed volenti possibile. Est quidem (vt grauissime ait Cicero) illud quod in omni perturbatione dicitur demōstrandū nullam esse nisi opinabilē, nisi iudicio susceptā, nisi voluntariā, etenim si naturalis amor esset & amarent oēs & semper amarent idē amarent, neq; alium pudor, aliū cogitatio aliū sacietas deterreret. Népe hoc vltimū sacietas a quibusdā inter remedia ponitur, ab alijs aūt amor nouus, quo vt censent vetus amor, quasi clauo clauus pellitur quod q̄uis Artaxerxi Persarum regi quem Assuerum sacræ vocant literæ, & suggestum ab amicis, & effectum vtile deprehensum, author expressor sit Iosephus de euentu quidem non litigo, de electione pronuntio. Itaq; duo hæc vtilia fortassis interdū, semper certe periculosa crediderim si neq; horum aliquo, neq; omnibus cōualescas ad morbi causas animo recurrendum erit. Hæ vero (ni fallor) primę omniū, ac maximę sunt (valetudo & forma elegans, opes ocium, iuuenta vt corporis ergo, sic animi morbis contraria) optime medebūtur ægritudo, deformitas, inopia, graues ne-

sociorum, senectus error iuuenilium castigatrix eximia, hęc mihi sunt vltima dura quidē, sed p magnitudine pestis optāda remedia.

De ortu filiorum. Dialogus. LXX.

GAV.

Nati mihi sunt filij. Ra. Gemmatum malum, pondusq; domesticum. Gau. Filij mihi sunt nati. Ra. Laboriosa vxor, laboriosa amica, laboriosissima demum proles. Gau. Nati filij. Ra. Dulcedo amarissima, & fel melle circumlitum. Gau. Nata mihi est dulcis soboles. Ra. Fontē tibi grauium curarū domi natū credito. Nunq; sine metu, atq; angoribus vitam ages. Gau. Filios genui. Ra. Nec timere, nec sperare, nec vota facere noueras. En disces tuo periculo, disces & parētes orbos miserari, disces & in breui vita longas curas texere, teq; longiora negocia ordiri, disces his qui nihil ad te pertineāt torqueri, quæ visurus nunq; sis disponere. Ad postremū disces amare plus alium q; te, disces ardentissime diligere, tepidissime diligi, duras artes. Gau. Filios habeo. Ra. Nunc primum intelligere incipis, quid ipse debeas parētibus tuis. Gau. Filios procreaui. Ra. Seuisti arborem inexhausto percolendā studio, quæ te dum viuas exerceat, cuius nullos forsitan aut seros, & fortasse post obitū fructus legas. Gau. Filij mihi sūt. Ra. Si boni iugis timor, sin mali sempiter

nius dolor, Interim solamen ambiguũ, certa cura. Gau. Habeo filios. Ra. Habes vnde viuus doleas, mortuus agnoscaris, Habes et vnde sępius mori possis. Gau. Pater filioruꝫ sum bonoꝝ. Ra. Quãto meliores filij, tãto periculosior cõditio tua est. Nescis quã dolendi materiã gignendo quæsieris, quos lachrymis aditus in tuã domum patefeceris, quantũ in te ius morti, miseriæq; prębueris. O matres miserę ait Hora. O pr̃es miseri dico ego. Gau. Optimoꝝ pater filioꝝ suꝫ. Ra. Optãda mors tibi integro est, ne forte viuus esse desinas quod delectat, & aliquãdo cũ Nestore a sociis quęras, cur tã diu vixeris. Gau. Votiua felix lætusq; sum sobole. Ra. Felicitas anxia sollicitũ gaudiũ, & sępe mœstũ, felicitas misera. Possem multos illustrium proferre, quoꝝ felicitati nihil magis obstitit, q̃; ꝙ filios habuerunt.

De filio infante festiuo. Dialo. LXXI.

GAV.

Infans filius festiuus est mihi. Ra. Modo ne ista festiuitas in dolorem desinat, & quo tibi pręsens lętior infans tuus fuerit eo mœstior sit digressus. Gau. Infans est mihi bonę spei. Ra. Quid sit nullius rei, Caduca ante alias ętas, illa sępe in ipso flore pręciditur. Vtq; nil dulcius, sic fere nil amarius. Gau. Infans est mihi blãdissimus atq; multiloquus, Ra. O, ne istę blanditiæ vertantur in lachrymas. Res est

dulcissima (fateor) infantuli est aspectus & alloquium, vtq; est apud Statiū Pampiniū. Syderei vultus, & verba ligatis interrupta modis, quæ dum audiuntur mulcēt, dum audiri amplius non possunt cruciant, nec sine sensu doloris ad memoriā reuertuntur, sic humanis in reb⁹, sed in nulla magis dulcedini opposita semper amaritudo est. Gau. Delector filio infante iucūdissimo. Ra. Nō prohibeo delectari ne naturæ obstem, sed ī omnibus modum quæro sine quo nihil bene agitur. Volo te parcius gaudere, vt si dolēdū fuerit possis & parcius dolere, & moneo cogitare facile fieri posse vt arūdineo baculo insistas, vel in caducum te parietem inclinaueris, quod sæpe dixisse fertur Adrianus princeps cum Elium verum puerum pulchrum, sed fragilem adoptasset, & secū canere possis Maroneum illud. Ostendent terris hunc tantum fata, neq; vltra esse sinent. Gau. Gaudeo de īfante meo. Ra. Sic gaude vt doliturus, siue ille vt dixit acerba morte defungit, siue qd̄ est multo grauius, quodq; sæpissime accidit e gratissimo infante fit ingratus, & inobediens adolescens. Gau. Multum gaudeo de īfante filio. Ra. Nemo tam stultus agricola est, qui de flore multū gaudeat, fructus est expectandus, tunc gaudendum modice. Interim tempestates, grandines, & vredines mētuendę sunt, frenandūq; metu gaudium.

Gau.

INsignis est natorum forma. Ra. Si tuam tibi formam contemnendã. me docente didicisti, quanti alienã sis facturus intelligis. Gau. Forma filiorum magna est. Ra. Magnũ maribus discrimen, fœminisq; q̃; maximum. Iãprimum pulchritudo & castitas raro cohabitant. Nã nec volunt, vixq; si velint liceat. cum humana omnia, tum in primis pudicitia hodie male tuta est, prę sertim vbi formæ egregię iuncta est, sunt quibus inuidetur sed intra suos fines sese tenet inuidia dolet, irascitur nihil vltra, quidam illesi in finem inter multorum odia senuere, quidã perpetua & ad vltimũ inconcussa viguere tyrannide, quot assidue placato mari nautæ, quot per siluas saluis mercibus prætereũt mercatores, nec pyrata illis, nec his prædo obuius, quã tu mihi formosam intẽtatam dabis? Casta licet, obsidebitur, oppugnabitur. Quis animus muliebris corruptoribus tot resistet? Admouẽtur muris scalæ blanditiarum, machinæq; munerum, & latentes sub terram. fraudum cuniculi, si his artibus non proficitur manu improba vis affertur, si fidẽ quæris famosissimos raptus ad memoriã refer. Forma multos tentauit & tẽtandos præbuit quosdam strauit, Et vel in crimẽn impulit vel in mortem. Fuit apud hebreos exemplum tem-

tationis acerrime Ioseph, sed discrimē prouidentia cœlestis in gloriam vertit. Apud graios Hyppolitus & Bellorophon, apud vos Spurina ne tentaretur proprijs se manibus deformauit, nō apud primos virgo Thamar, non apud secundos graia Penelope, Non apud tertios Romana Lucretia tuta fuit. Non apud oēs plurimæ vel tentatæ passim vel oppressę. Hi sunt formę fragilis & caducę fructus, qui persæpe non opulentas tantū domos, sed ingentes vrbes & magna nonnunq̄; iperia euerterūt. Notę sunt historiæ. Certe nisi formosa adeo esset Helena Troia mansisset incolumis, nisi tam formosa Lucretia Romanum regnum nō tam velociter corrui sset, nisi tam pulchra virginia nec taꝫ cito decemuirale illud imperiuꝫ defecisset, nec Appius Claudius tantus legifer Romanus libidine victus famā in rostris, vitaꝫ in vinclis finijsset, deniq; si formosæ minus innumerabiles aliæ fuissent, nō tot raptæ aut deceptæ in tot ꝓbra, tantas q; animę ruinas ex arce pudicitiæ cecidissent, quare effectus formę bonos quos inueneris renuncia, vt cum ꝯtrarijs comparentur. Gau. Formosissimus filius est mihi. Ra. Forma hęc messalinę cuiuspiam cum libidine excitarit elige, vtrum vis aut neget & amātis imperio occumbenduꝫ, aut annuat & Claudij gladio pereundum erit. Castigare igit mortem, adulterio autem nihil

præter exiguam sed morulas quærit, & hoc sibi illa inclyta & excellēs forma cōtulerit. In hoc ergo vt in reliquis mediocritas bona, si extremoꝝ alterū eligendum esset forma gratior, sed gibbus est tutior. Gau. Est mihi nata pulcherima. Ra. Circūspice insidias, vim caueto, Iasonē putas, aut Theseā, aut Paridem vnum esse. Mille sunt. Filiam habere sollicitudo est laborq;, formā adiÿce metus fit, quē nisi morte aut senectute non fugias, nuptÿs namq; alterius in domū metum trāsferens non extingues. Gau. Præclara natoꝝ forma glorior & exulto. Ra. Gloriari & lætari forma sua iuuenes vanū vtiq; sed vulgare est. Gaudere autē senem forma iuuenum suorū, quam vanitate plenam (ni desipiat) obiectamq; periculis videt, stultū prorsus & insaniæ proximum. Gau. Cœlestis filÿ forma est. Ra. Legisti reor Iliados Homericæ librū quartum & vigesimū, vbi Priamus de Hectore suo loquens, Non inquit apparebat mortalis viri filius, sed dei, dixit hoc Ille, sed Achilles ei ostendit hominis illum mortalis filiū esse non dei, & tui nunc filÿ cœlestis forma quam memoras (memento) erlpi fœdariq; pōt, & dum durat quanti precÿ sit extimatio prærupta est. Hos errores tamen & has nugas paternus amor immodicus, & recti iudicÿ hostis parit. Gau. Formosissima mihi filia est. Ra. Vt nil aliud, sumptuosissima domus erit.

Gau.

E st mihi filius vir fortis. Ra. Quātò ille est fortior tanto tu timidior sis oportet. In nonnullos enim hoies plera pericula q̄; in sui cōtemptores hoc est viros fortes, cōgerit fortuna nec immerito. Ceteri enim sese abdūt euitantq; impetū, illi se obiiciūt fulmināti. Recurre memoria pteritū tēpus. Fortissimos fere oēs violēta morte cōsumptos inuenies. Gau. Fortitudo filii īgēs est. Ra. Fortitudo pulcherrima virt'est, sed comitata casib' variis, paratas lachrymas & īstructū feretrū habeto, oibus mors vicina, viris fortib' cōtigua est. Gau. Vir fortissimus est filius. Ra. est q patriæ libertatē. forsitan stragem hostibus, sibi decus, tibi fletū aliquādo, metū semper afferat. Gau. Natus mihi fortis ac magnanimus est. Ra. At qd aliud interfecto in filio Creon gemit, nisi magnanimū bellicæ laudis ardorē? Quid Euander in Palante suo, nisi nouā gloriam armorū, & prædulce decus primi certaminis? Quid aliud Priamus Hectorē pauens monet, nisi ne Achillē solus expectet? Quid ne aliud hunc ipsum mater anxia precatur, nisi vt fugiat bellicosum virum? Quid deniq; vxor Hectorea post viri mortem fati ignara timere se dicit nisi probitatem viri miseram, & feruorem animi non se in acie continentē bellatorū sed ceteros præcurren-

tem, quod ipsum iam ante ab initio formā
dabat. Vbi euntem ad bellū his verbis allo/
quitur, demonice corrūpet te tua vis, neq̄
misereris filij pueri & mei miseræ matris, q̄
cito vidua tui ero. Quid postremo Achillis
genitrix p nato timida dū diceret iā pelago
terrisq̄ meus q̄retur Achilles, Et volet ipse
sequi, dumq̄ illū frustra tam feruentis bel
li motibus ereptū & imbecilie trāquilli se
nis in regiā, inuectū virgineis latebris occul
taret? Omnes hos quidē fletus & hos me/
tus nihil aliud q̄ martia vis, & virtus ani/
mosa pepereat. Gau. Valde mihi magnanī
mus ē filius. Ra. Magnus animus siue ma
gna potentia, stultitia magna est. Magnani/
mitas recta hominū est paucorū, q̄uis & q
potentissimi videtur q̄ sint fragiles multa
etiā præter mortē, sed præcipue mors de/
clarat, vt breuiter vereq̄ dici possit, Nihil im
becillius hoie, nilq̄ supbius. Gaud. Filius est
mihi magnanimus. Ra. Gau. Ergo habebis
magnorū conatuū plenā domū, ocii vacuā,
& q[illegible]is, Et sepe optabis nō tā magnanimū
filium habuisse. Ad summā clara est fortitu
do, magnanimitas speciosa, vtraq̄ vero la/
boriosa & turbida, tuta modestia & trāqla.

De filiæ castitate. Dialogus. LXXIIII.

GAV.

Casta mihi est filia. Ra. Iucunditas
magna, sed sollicita. Quanto enim
castitas maior, tanto in eā vigilan/

flor libido. Nihil tã ardenter inuaditur, q̃ quod castis excubijs & fœmineo pudore vallatum est. Cõcesso calle corruptor it se gnius, & permissa tepentius appetuntur, multum cõcupitæ rei difficilis solet esse cu stodia. Gau. Insignis natæ pudicitia est. Ra. Est vbi res optima rei pessimæ materiã præ bet. Magna Lucretiæ forma fuit, sed nil æque ac spectata matronæ nobilis castitas vesanũ iuuenem in adulterium violẽtum stimulis egit ardẽtibus. Sic bonorũ donis abutitur nequitia reproborũ. Gau. Castitas filię nota est. Ra. Opta vt ppetua sit. Apud poetam legis. Variũ & mutabile semper fœmina, quod si Maro nõ diceret, nũquid minus ideo certũ esset? Quot adolescentu las pudicas primũ, post lasciuas anus vidi mus? & ita præsentibus vitijs cum præteri ta castitate certãtes, vt pudice acti quasi per dit tẽporis pœnituisse videretur, quo nul lum fœdius illo in sexu atq; ætate ludibri um. Gau. Castissima mihi est filia. Ra. Si se ipsam cognouerit, sciueritq; cuius est domi ni castitas, & illi gratias agens ad custodias boni sui totum animũ intenderit, atq; in tutum inemerata peruenerit, erit (fateor) vnde & secum deo gratias agas, & gaudeas, magis q̃; si illam regijs nuptijs illustrasses. Est tñ interim (mihi crede) quod timeas. Cum sit enim in omnibus rara constantia, tum in fœminis nulla est.

De optimo genero. Dialogus. LXXV.

GAV.

Optimus gener est mihi. Ra. Debet is esse vel filio carior, si qdem filius casus affert generū electio. Acceptū igitur filię fer quæ nepotum debitrix, filium tum nūc dedit. Gau. Generum optimū sors tribuit. Ra. Sunt hoc in genere & fidei insignis, & perfidiæ exempla. Raro vel nunq̄ tam fidelis patri filius fuit, q̄ Augusto Cæsari Marcus Agrippa, q̄ Antonio pio Marcus Aurelius, erga quē vsq; ad illius vitę finem tribus ac viginti annis ita se gessit, vt nō mō amorē eius ac filiā, s; imperij quoq; successionē vt filius fide ꝑpetua ac sedulitate meruerit. At nō talis ergo Claudiū fuit Nero, licet is quoq; nō suis meritis, s; matris ingenio principis filiā nactus & imperium. Gau. Vnanimem & ꝯcordem generum inueni. Ra. Vide ne spes successionis aut honorum cōpetitio ꝯcordiam hāc infringat. Quis.n. nō viuere illū optet, cuius sibi vtilē vitā videt. Sin aut vita obstare aliquo forsitan aspirāti, aut vtilior mors esse cœpit, seu videri, mutant̄ habitus atq; affectus aīorū, occultūq; mox odiū erumpit. Quātę sane inter socerū ac generū possint eē discordię, vt sileā antiquā Danai fabellas, & Nummi anum Aprimi soceri sui dolo nefario interēptū, insuper Stiliconē cupiditate iperij, & defuncti soceri, & gn̄i viuētis oblitū, abūde Cæsaris atq; Pōpeij notissimū est exēplū.

GAV.

S Ecundas nuptias celebrabo. Ra. Si nosces ad liquidum quid est fœmina quidue de illa magni scribant viri, ne primas quidem nuptias celebrasses. Gau. Secũdas nuptias celebrare est animus. Ra. Si nõ te primæ nuptię domuerunt, iam secundas celebra, si te nec illæ domuerint celebrabis & tertias. Gau. Secundis nuptiis intendo. Ra. Qui ex primo coniugio prolem habẽs nouercã superinducit suis manibus in suam domum mittit incendium, si iuuẽta vrget aut libidinosa vellicat senectus, qua nihil est turpius, Posset forsan (vt ciuiliter hoc potius q̃ honeste dicas) posset inq̃ fortassis vtilius nisi vel peccati materia, vel diuina lege vetitum esset, p̃cubinali obsequio subuenire, q̃ nouercalibus odijs domus trãquilla turbari, quod Tito ac Domitiano susceptis filijs Vespasianus prudẽtissimus princeps fecit. Et ætate hac Stephanus colũnẽsis haud immerito inter principes memorandus. Gau. Ad secundas nuptias intẽdo. Ra. Potes id quidem secundum leges humanas diuinis quidem legibus patiẽtibus magis q̃ laudantibus, nota omnibus quę de hac re Paulus tractat Apostolus. Certe etiã apud gentiles ipsos quibus laxior talium libertas permissam rem potius q̃ probatã intelligere est. Siquidem multorum matrimoniorũ

experiẽtiam

Experientiam quasi legitimæ cuiusdam intemperantię signum esse vestri maiores crediderũt quę amplexus Hieronym⁹ q̃ʒ multa contra secundas nuptias q̃ʒq; acriter scribat nõ est ꝑmissę breuitat.s inserere, quę q̃ʒuis in fœminas nõ in viros etiã dici oĩa videantur et haud dubie sexus ille maioris sit debitor castitatis ac pudoris, plus tamẽ prudentiæ ac constantię debent viri. Gau. Secũdis mihi nuptijs est op⁹. Ra. Mirer nisi mores vestros nouerim, non tantũ superuacuã sed damnosa etiam vobis necessaria effecistis. Tu vero durissimi oris sis, si ad te frenãdum vxore opus est altera. Gau. Ad secũdas nuptias festino. Ra. Age age duʒ feruor durat, cum refrixerit dolebis. nõ notasti q̃ʒ dulcis est sopor in vacuo cubili. solũ illũ fœdũ & miserũ actũ cogitas q transit & vulnerat.

De natorum coniugio. Dialo. LXXVII.
GAV.

Natorum nuptijs sobolem propagaui. Ra. Honestior aliquãto hæc quidem cura q̃ʒ superior, & tamẽ sæpe vitium propago q̃ʒ sobolis vtilior fuit. Illa dulci mero dolium, hęc amaris curis aium impleuit. Gau. Nuptui natam dedi. Ra. Si prouide sic feliciter & filiã seruasti, & filiũ (vt modo dicebaʒ) vel filio melius inuenisti, si minus & illam perdidisti & tibi hostẽ, tyrannum filiæ quęsiuisti. Gau. Viro filiam

collocaui. Ra. Si bonā dulce pign⁹ac suaue tibi ereptū alienis laribus inexisti, At si malam graui fasce quo alius pmeres te leuasti. Gau. Filiā viro dedi. Ra. Noli nimius hinc gaudere. Multis anxię, & ifelicis vitæ principiū fuerūt nuptiæ, vt læte oia succedāt, operosa res est cōiūx, in laboriosaʒ coloniā, dutumq; negociū quā amabas misisti, nascentur filij. Domi illi suus scaturiet fons curarum, finge nō nasci, & id ipsuʒ miserū molestumq;. Sic fœcūditas onerosam, sterilitas odiosam faciet, mansisse tecū forsan optabit, pietatemq; tuā hanc oderit. Gau. Filiæ virū dedi. Ra. Ociosæ finē vitæ, principium actuosæ, rei sarcinā familiaris grauē, mūdi noticiā, experiētiā sui ipsius. Gau. Filia virū habet. Ra. At perdidit libertatē, virginitatē, requiē, non æqua pmutatio. Gau. Dedi filio vxorē. Ra. Grauior est imissa nur⁹ q; emissa filia. semp intestinū malū periculosius externo est. Patefecisti arcē hosti forsitan aut profecto participi, iā nō solus dñs reꝝ tuaꝝ, refert qualis intra erit. Gau. Generosam filio coniugem quæsiui, & diuitē & formosam. Ra. Cur quod seqtur supprimis & supbam & importunā & cōiugi vitęq; tuæ æmulā. Inter socrū & nurū vetus est bellū, nec socer i maior est gratia sed metus, vna est amborum ratio. Nullū animal tā primi loci appetens q; fœmina. Illū sibi saluis vobis interdictum videns quid nunc animo voluat &

quid oret, haud difficilis cōiectura est. Gau. vxorē filio dedi. Ra. Quid scis an ímortale illi tedio tibiq; dederis, in vtriq; clādestinus forte discrimē? Multæ viros socerosq; pere-grani cōfecere fastidio, quædā veneno, fer-roq; aliæ peremere. Quot habebat filios Ae-gyptus si nurū nullā habuisset? Inuēta est q̄ pręcipiti libidine dominādi & secūdæ sor-tis ipatiētia, quo maturi⁹ virū seq; regnātes cerneret, genitori ꝓprio causa mortis cū fuis-set supra cesi corpus currū ageret. Si hæc pa-trū mercas, quid sperare debēt soceri? Gau. Nuptijs filiæ celebritatis gaudeo. Ra. Quo-ties hāc celebritatē dispar fœdat euentus, & cātus, & epulas, & choreas, luct⁹ sequunt, et lachrymę & tumult⁹. Ineptū oē gaudiū im-modicū, ex his præsertim rebus qbus dolor oriri possit et soleat. Gau. Vxorē filio, simul & filię virū dedi. Ra. Sardnas pmutasti, alie-nam tuis, alienis tuā humeris curam fers.

De nepotibus. Dialogus. LXXVIII.

GAV.

Nepos ex filio natus est mihi. Ra. Ingens amor filiorum, iugis cura, habet tamen & finem & metam aliquam, si vltra progreditur nullus sollicitu-dinum modus est, & ex filio natus, & q ex illo nascitur, omnes deniq; tuā nascūtur in pœnā, quoꝝ numerus quorsum pergat seu pergere possit intelligis, Ille quidē Israeliticꝗ

parẽs populi si sic affectus vt tu es primo℞ patrũ vitæ tẽpus impleſſet, quãta queſo cu/ratuз ſarcina humeris feſſi ſenis incũberet ę. Præter.n. fœminas pueroſq; & ſacerdotes, atq; inhabiles ſuo de ſanguine, paucis ſecu/lis ſexcenta, & eo amplius viro℞ bellantiuз millia ꝓdiere. I nũc, & nepotuз exercitibus gloriare, in qbus & ſi forte aliq ſint felices, innumerabiles miſeri ſint oportet. Quid er/go? A mãdi ſunt nõ tm̃ filij ac nepotes, ſed oẽs oĩno hoĩes. A mãdi inq̃; in illo in quo fratres eſtis oẽs, nec curis tñ nec immodico gaudio indulgẽdũ, ne & in pñs cõtrarijs cru cieris affectibus & aliqñ te gauiſuз eſſe pœ/niteat, pudeatq; quẽ vt infantulũ valde dile xeris, vi℞ valde oderis quod perſępe accidit. Gau. Natꝰ eſt nepos mihi. Ra. Quid ꝙ hũc queз fauſtũ putas, vel nepotis turpitudine, vel vi forſitan fortunæ, infauſtũ qñq; dictu rus es diẽ? Quid ꝙ tibi natus mox forſitan moriturus, & plus triſtitiæ allaturus eſt q̃; at tulerit lętitię? Multi ſunt varij ſubiti & ino/pini hoĩum caſus, ſed infantiũ innumeri. Si oẽs viuerẽt qui naſcũtur, humanũ genus terra nõ caperet, viuerẽt dico nõ ſemper. Nã ſi id facerẽt hoĩes nõ eſſent, ſed vſq; in ſeniũ vſq; ſaltẽ ad legitimã ætatẽ. Stultũ eſt ma/gnum gaudium de re breui, vtiq; & incerta quonam euaſura ſit. Quod & in filijs & in nepotibus verum eſt, ſed eo magis in nepo tibus, magiſq;, ẽt nũc in pronepotibus, quo

ā radice absunt lōgius. Gau. Nati sunt mihi nepotes ex fratre, ex filia, ex sorore. Ra. Hi iam minus ad te pertinent, hoc gaudium, & hanc patribus curā cede. Gau. Natus est mihi nepos ex fratre. Ra. Et Anneo Senecę Lucanus nō exigua pars Hispanæ facundiæ, & Mycipsę Numidarū regi Iugurtha non vltimum exemplū libycæ perfidiæ nepos fuit, regni euersor, fratrū interfector. Gau. Nat' ē mihi nepos ex sorore. Ra. Et Platoni Pseusippus ex sorore nepos, ac philosophiæ velut hęres fuit, & Periclitalis nepos Alcibiades turbator patriæ, & bellorū gręciæ cócitator, & Tarqnio superbo Brutus, q regia illū sede deiecit, & vir magnus, & patrię vtilis, sed aduersus auuūculo. Gau. Natus est nepos ex filia. Ra. Ennio Pacuuius verecūdus, ac grauis vir nepos ex filia, & poeticæ successor fuit. Antonino autē pio Cōmodus impudētissimus, leuissimusq; hoium. Gau. Est mihi ex filia natus nepos. Romulus Remusq; Numitoris ex filia nepotes, auū maternū in albanū regnū restituerunt. Ancus Martius ex filia Numæ nepos, auitum regnum Romæ tenuit magna cum gloria. Cyrus autem Astyagis nepos ex filia, maternum regno auum expulit medorum. Quæ historiæ eo tendunt, vt de hoc nepotum ortu quantum sperari potest tantum possit, & metui.

GAV.

Doptaui mihi filium. Ra. Adoptio
a pedisequa est naturę, & cũ sit illa no
bilior hæc cautior, quod ꝗ illa sine
cõsilio gignẽtis casu quodã, hęc adoptantis
certo iudicio opatur. Gau. Adoptione bonũ
filiũ quęsiui. Ra. Debuisti id quidẽ si negle-
ctum, nõ vt genitura sic electio excusabilis.
Nihil habes in cõiugem, nihil in fortunas,
quod retorqueas. Gau. Filiuз adoptaui. Ra.
Opportunũ hoc naturę subsidijs ciuili reper-
tum iure, multisq́; vtile, multis fuisse pesti-
ferũ cõstat. Bonũ filiũ adoptauit Nerua, sed
Traianũ in sua adoptione deceptũ qbusdã
scriptoribus visum scio. Nã Augustũ in A-
grippæ nepotis adoptiõe circũuẽtũ, mox se
cuta testaẽ abdicatio, in Tiberij aũt vel ado-
ptione vel successione nõ deceptuз sed suoꝝ
moribꝰ pene coactũ video, quod & sermo
eius indicat & præfatio testamẽti. At My-
cipsa ille, cuius paulo ante memini, prorsus
infelix adoptator fuit, q nõ filiũ sed funestũ
draconẽ regię, filijsq́; suis imiserit, quos &
si moriẽs hortetur ita viuere, ne ipse melio-
res filios adoptasse videatur ꝗ; genuisse, sæ-
pe tñ meliores adoptanẽ, ꝗ; gignunẽ, neq
id mirũ, cũ illud experiẽtia & consilio mu-
niatur, hoc neutro. Sępe autẽ contra, non pe
iores modo sed pessimi omniũ adoptãtur.
Fusca enim & ambigua merx est homo,

Gau. Priuignũ bonũ habeo. Ra. Rarus est priuignus bon⁹, rarior est vitricus. Gau. Bonus est priuign⁹ mihi. Ra. vt si bonus qd ad te? nisi forsan vt cõiugis procurator gaudes? Tibi.n. qd virtus aliena ꝓtulerit, nisi vt tuoꝝ si quos genueris pãdatur ignauia? Gau. Priuignus est mihi optim⁹, atq; fidissim⁹, et nulli filio secũdus. Ra. Fieri id quidẽ põt. Talis Augusto fuit Drusus, sed nõ Claudio talis Nero.

De excellenti preceptore. Dialogus. LXXXI.

GAV.

Excellenti ꝑceptore glorior. Ra. Alieno nec dũ desinis gloriari. Quid ad te eniꝫ excellẽtia ꝑceptoris tui? Crede mihi (qd sæpe itero) intra te sit oportet qd te faciat gloriosuꝫ. Gau. Preceptore glorior excellẽti. Ra. sine ipm iteriꝫ reb⁹ suis vt videt̃ vti, & si libet ẽt gloriari, q̃uis & si excellẽs vere est minime id factur⁹ sit, de te aũt post viderimus. Gau. Est mihi ꝑceptor insignis. Ra. Qualis tu discipulus scis expecto, ante eniꝫ qd ꝓnũcieꝫ nõ habeo, q̃ multos stultos atq; hebetes habuisse putas scholã socratis ac Platonis, in qbus multos absq; preceptore vllo p seipsos in altũ euolasse, vt ꝑceptores fierẽt alioꝝ qui ꝑceptoribus caruissent. Nullũ Vergilio ꝑceptorẽ legimus. Horatius Flaccus de suo nihil, nisi ꝙ plagosum dixit, verberũ puerilium credo meminerat. Cicero autẽ suũ laudibus amplissimus celeb

brare noluit, nec valuit. Cōtra huius filius, q̄tis p̄ceptoribus, patre. s. & Cratippo illius ætatis philosophorū principe, si qd ipsi credimus Ciceroni, quātus nebulo, quāq; famosæ ebrietatis euaserit notuȝ est, qui solo patris vel tacētis aspectu, doctus ac sobri⁹ euasisse debuerit. Plato ipse et si vt supra memini Socratis magisterio glorietur, maior tn̄ est gloria Socrateȝ excessisse, q̄; sub Socrate didicisse. Gau. Scientificus præceptor est mihi. Ra. Sciētia p̄ceptoris discipulo vtilis esse pōt, gloriosa esse nō potest, quin etiā (quod mireris) est q tibi famā minuat, ignauiam exaggeret, iactantiæ, excusatiōibusq; aditus præclusisti. Quicqd sciueris præceptori dabitur. Quicqd ignoraueris tuum erit. Est ergo non vnde glorieris, sed vnde aspires ad gloriam. Habes & quem sequi velis atq; asseq, non quē te esse putes, q discipulus eius scis. Est deniq; nō q habeas sed quod habere cupias, & quod speres nō sine ingenti tuo studio ac labore. Gau. Est mihi præceptor assiduus, vir clarus. Ra. At illi de quo diximus Ciceronis filio duo erāt summi viri, quorū alter libris eminus, alter verbis cominus in eum incubuerat, & quid profecerint audisti, q̄; multos vero e filiis principum præceptores simul q̄; plurimos habuisse comperimus, sed quid refert esse qui doceant si qui discat nemo sit. Paciente indisposito, frustra nititur vis agentis. Certe si doctos viros

propius spectare vel alloqui, doctos faceret spectatores, & si paucos virtutis aut doctrinæ cupidos videamus, magna circa eos eēt tamen & importuna frequentia.

De insigni discipulo. Dialogus. LXXXI.

GAV.

Insignē discipulū pene filio cariorē casus obtulit. Ra. Importunū negociū puerilis ingeniū nō æquis gressibus ingeniū coaptare, & in vnū semꝑ infantem defixos oculos, atq; animū habere ad illius tolerantiā intellectū tuū, vocemq; submittere. Quod si discipuli plures sunt cumulatior fit ꝯgeries laborū, verti ꝯtinue huc, illuc, vtq; ait Satyricus Tot puerorū obseruare manus, oculosq; in fine trementes. Gau. Vnus, isq; clarissimus est mihi discipulus. Ra. Pro vno discipulo claro multis obscuris iudiciis te obiicis, quicquid ille deliquerit in tuū caput redundabit. En doctrinā inquiet, En facūdiā, En mores, In hoc magistrū inspice. Nulla q; ingeniorū certior effigies. Gau. Discipulū sum nactus illustrē. Ra. Age ergo magna spes ē gloriæ, ꝑfectus īgenio illius, defectus culpę tuæ dabit. Cū (vt Plutar. philosophus ad Traianū principē discipulū suū scribit) sermo publicus delicta discipulorū refundere soleat in p̄ceptores, qd multi (vt legimus) passi sunt, Inter quos Quintil. & Seneca, & ipse pħorū pater Socrates Gau. Pręclari discipuli sunt mihi, Ra. Meli⁹ si mo

dessi, quã verba claritas sine virtutis radio nul
la est. Gau. Magni discipuli curam gero. Ra.
Triformi ꝓgrederis chimere, hinc vt puero
ꝓsis, hinc vt parentibus placeas, illinc aût vt
Rei Pub. rõnẽ reddas, quã de tuis manibus
exiget, rudemq; illũ tibi creditũ eruditũ re
petet. Gau. Pueri nobilis mihi cura cõmissa
est. Ra. Suspecta est ętas, & suspecta nobili
tas, illa spõdet imemorẽ, hęc supbuʒ. Gau.
Puer mihi creditus me veref. Ra. Quid di
ces duʒ te despiciet adolescẽs vir fortasse vix
nouerit? nota fides pueri nota cõstantia est.
Gau. Puer mihi creditus me amat. Ra. Inex
pleto parieti imaginẽ ipressisti, illo crescẽte
delebif. Firmus amor solidã poscit ætateʒ.
Gau. Clarus puer edocendus in sortẽ venit.
Ra. Ingeta sors euẽtus ambigui, quędã īge
nia nullo studio erigũtur. Est vbi pater ipen
sam, ꝑceptor operã puer tẽpus amittit, doci
lem doce, indocilẽ ne fatiges neue illũ, teq;
simul frustra atteras, ęgre vincit ars naturaʒ.
Gau. Discipulus tener, nec indocilis obtigit.
Ra. Etsi in lubrico stas atq; isluxo struis, age
tñ fideliter cõmissum. Si plena ætas accesse
rit poterit meminisse alioqui sua erit obli
uio, fides tua, magnũ satis ipsa sibi virt' est
premiũ. Consciẽtia bonoꝝ operũ nihil est
dulcius, nõ te retrahat ab honesto despera
tio ꝑmioꝝ, qa nullum etiã in hac vita recte
factũ ꝑmio caret, cuius (vt sapientibus pla
cet) fructus vberrimus est fecisse atq; in sig

tentio meminisse. Gau. Inueni discipulum magnę spei. Ra. Et magnę solicitudinis & profecto si bonus fiat, filium tibi cor genuerit, lingua pepererit, sin malus hostem, qui te dum timuisse recordabitur oderit. Gau. Discipuli claritas ingens est, qua illustrari spero. Ra. Moderata claritas oculos delectat, immoderata perstringit. Prętęrea nullus te nisi tu luceas illustrabis & si detegat, verum lumen ab intra est. Gau. Magnus est mihi discipulus. Ra. Nō maior puto q̄ Senecę, pceptorum alios protexit, alios oppressit discipuli magnitudo, his portus fuit, his scopulus.

De patre bono. Dialogus. LXXXII.

GAV.

Habeo patrem bonum. Ra. Bonum nosce tuum, breue est. Gau. Patrem habeo optimum. Ra. Aut ille tibi luctum pariet, aut tu sibi. Gau. Indulgentissimus mihi est pater. Ra. Si naturę ordo seruatur, magni fletus hæreditas te manet, illum q̄ si peruertitur. Gau. Patrem adhuc habeo. Ra. Vtere sedulo, fugitiua iucūditas pater senex. Gau. Patrem habeo grandęuum. Ra. Non est locus inhertiæ. Festina carpere fructus extremos, tanq̄ ex arbore ruinosa. Caro lateri inhære quantum potes, cupide illum vide, ceu cōfestim abiturum cupidiusq̄ audi, & extremos monitus memori mēte recondito, desertumq̄ velut iter acturus necessarijs permunito. Egebis illo consultore,

quæres, q; eũ nec inuenies domi. Gau. Patrẽ habeo decrepitũ. Ra. Propera nouissima pietatis officia in illum ꝑgerere dũ licet, si quid nũc omiseris dolebis semp. Gau. Patrẽ piũ habeo. Ra. Habes qui añ te mori cupiat post te viuere metuat. Gau. Habeo patrẽ optimũ. Ra. Habes quem priusq̃ habere desieris vix agnoscas, habes & quem perditũ suspires.

De matre amantissima. Dialo. LXXXIII.

GAV.

Amantissima mihi est mater. Ra. At tu illi iugis pauor, desideriumq; perpetuum. Gau. Mater est mihi amantissima. Ra. Maximus patris amor, matris vehementissimus, vterq; talis tãtusq;, vt vix cum nisi rara admodum filij pietas æquauerit. Pulchrum tamen honestumq; est inter parentes & filios de amore ac pietate certamẽ, vincant quibus largius caritatis fons cœlestis affluxerit. At nunc vsq; vincere soliti sunt parentes, nec dum adolescentium ea est pietas, aut maiorum reuerentia quæ sperare aliud cogat, quod si forte præter spẽ euenerit, nullum in terris cœlo gratius spectaculum fingi queat. Gau. Est mihi mater optima. Ra. Esto illi saltem bonus filius. Scito te primum pondus ac tedium fuisse. Dehinc acerrimum dolorem. Post continuum laborem, trepidamq; solicitudinẽ. Memento vteri altricũq; vberũ. Quot illi somnos,

quotq; seu cibos, seu iocos tuis fletibus abru-
peris, quot aut metus, aut dolores tuis casi-
bus pepereris, & fortasse nōnunq; periculo-
sa quoq; gaudia. Sępe.n. vt dolor filio rum
mortis sic gaudiū vitæ miseras mr̄es mori
cōpulit. Patuit hoc vltimū eo clarius die quo
reliquię cladis ad Trāsimenum acceptę Ro
mam sparso agmine repetebāt, duę matres
filijs quos in acie cecidisse referētibus credi
derant, conspectis insperati gaudij non ca-
paces efflarunt spiritibus, hijs atq; alijs effe-
ctum vt nulla inter homines maior esset in-
gratitudo, q̄; quę in matrē admittitur. Gau.
Adhuc annosa supest genitrix. Ra. Quoties
hāc aspicis simul terrā intueris. Cogita vn̄
venias, & quo pgas, q̄; te angustū habitacu-
lū emiserit, q̄; angustū excipiet, de vētre mr̄is
ꝓpriæ in vterū terræ matris oīum festinas.
Inter vtrūq; ergo lactantib⁹ aīu; atq; raptā
tibus, superbiæ atq; auaricię frenū stringe.

De piis fratribus, bonisq; sororibus.

Dialogus. LXXXIIII.

GAV.

P ios fratres habeo. Ra. Rarum. Nam
parentes fere semper amant, fratres
sæpe inuident, sæpe despiciūt. Ra-
ramq; ideo fratrū gratiam Nasonis ore ve-
ritas clamat, vbi & fratru; & filiorū & om
nium pene nisi parentum notatur impietas.
Gau. Fratres mihi sunt optimi. Ra. Miror
plane, bonos esse sat est, sæpe enī mali sunt,

aliquando & pessimi, eo q; peiores hostibus quominus cõtra domesticas insidias est cautelæ. Quantus aũt sit amor fratrum ne latentes eruuam, neu præsentes lędam, satis notissima paria, Mycenei, Thebaniq; frẽs, ac Romani indicãt, quæ quidem infamia cur vnius vrbis potius, q̃ totius orbis sit, non video. Primos mũdi frẽs aspice. Alter alterius oppetijt manu, nec dum relatu horridum scelus audis. Siquidem Phraates rex Parthoꝝ, cuius supra mentio est habita pręter parricidia in patrẽ simul ac filium admissa. xxx. insuper ꝓprio frẽs trucidasse legitur, non veritus tãto ac tali sanguine & regnum male partũ stabilire, & metum omnem iniusti consortis extinguere. Gau. Frẽs boni sunt. Ra. Nondum puto patrimoniũ diuisistis, tunc erũpet iniquitas. Igne aurũ, Auro animus ꝓbari solet, magna sępe quę videtur pax, pauxilũ auri si adhibeas lis erit. Gau. Pij sunt fratres. Ra. Cælibatus forsan tuus aut orbitas illos tibi conciliat. Coniugio detegentur tuo: sed prole melius spe successionis ammissa, quæ impatientissimos quoq; multa pati docuit. Gau. Amantissimos mei frẽs habeo. Ra. Debet id quidem ita esse nisi liuor obstet, aut timor, aut cupiditas, & habendi sitis, diuini omnis humaniq; iuris dux expleri studet immemor. Inter parẽtes.n. filiosq; quãtũlibet sit amoris conuersatio tamen dispar, diuersiq; mores

sunt filij, & si citò patres videant, sero agno-
scunt. Patres & si filios statim ament, sero il-
los sæpe etiam in senectute suscipiunt. Fra-
tres anteq̃; nascantur, & postq̃; nati sunt in
eodem domicilio eisdemq; incunabulis quo
pares versantur, ac moribus, illicet in lucem
editi se vicissim cernunt vno cibo aliti, ijs-
demq; parentibus, iisdemq; socijs, iisdemq;
ludis, iisdemq; scholis, iisdemq; pceptorib9
ac nutritoribus assuefacti pariter pubescũt,
pariter adolescunt. Vndiq; paritas multisq;
& validis nexibus iũctus amor, nisi aduēti-
tiæ soluāt causæ duræq; mētis asperitas frā-
gat, quod cõmune est adeo vt nesciā an fra-
terno vllus amor maior esse debeat, an vl-
lum odiũ maius sit, an indignatio vlla pro-
fundior. Tam turbida semper æqualitas, tam
paris impatiens mens humana. Gau. Aequos
piosq; fratres habeo, Ra. Serua illos æqtate
mutua ac pietate. Delicatissima res ē amor
serua illam, difficile quæritur, facile perditur.
Gau. Sȝ sorores habeo bōas. Ra. Graue põ
dus sed iucundum ac fere adolescentiũ pri-
mus labor, quo se effecit sui iuris exerceāt,
vnde primam pietatis atq; indolis famam
quærant. Gau. Bonas habeo sorores. Ra. Cu-
ra vt illæ bonũ fratrem habeant, teq; super-
stitem & si cõmunis pater obierit orbitatem
nō sentiant. Gau. Pulcherrimæ sunt sorores.
Ra. Custos rei labilis vigilãtibus oculis do-
los caue, circũfusa te procorũ cohors excitet

difficilis est vnius formæ custodia, qd multatum reris: tanto exactiorē pudicitiæ q̃ aurirurā esse decet, quanto & p̃ciosior & irrecuperabilior illa est. Sane virgineam castitatem nulla arte melius, q̃ maturo coniugio p̃seruabis. Gau. Formosæ mihi sorores domi sunt. Ra. Ne diutius tibi sibi prouide, multas aptius ornabunt domos.

De bono domino. Dialogus. LXXXV.

GAV.

Dominum bonũ habeo. Ra. An habeas, an verius habearis cogita, sed loquēdi mos est sic dñm habetis vt scabiē siue ut tussim. Multa sunt, quæ habētur iuitis possessorib⁹. Molestæ opes, qbus non liceat caruisse. Gau. Bonũ dñm habeo. Ra. Libertatem igit̃ amisisti, hũc & illã vno tpe nemo habet. Iam neq; sorores de qbus modo agebas, neq; filię, neq; nurus, neq; ꝯiux demũ ipsa, neq; patrimoniũ, neq; vita in tuto sunt, ꝓpter vnũ quē habes dominũ habere simul omnia desistit. Gau. Bonum mihi & patriæ dominũ sors dedit. Ra. Incõpassibilia, penitusq; contraria. Nam si bonus, nõ dñs. Si dñs, non bonus, præsertim si se dominũ dici uelit. Gau. Bonus est dominus. Ra. Boni sunt parētes. Boni fratres, ac filii esse possunt. Amici autem semp boni alioqui nec amici sunt, dominũ bonum dici blandum mendaciũ atq; adulatio nota est.

ta est. Gau. Optimum dñm habemus. Ra. Rectorem populi fortassis, & Reip. defensoré quo nil actuũ humanorum acceptius deo ferunt. Illum vero non dicam optimũ sed bonũ, & non potius pessimum quis dixerit? qui quod habet optimum libertaté summum ac pcipuum vitę bonum, suis ciuibus erripuit, proq; vnius explenda voragine, quę expleri nequit, tot millia miserorum siccis oculis intueri potest. Neq; eum, & si non iustitia aut misericordia, saltē pudor a tam mœsto retrahit spectaculo, sit licet affabilis sit blandiloquens, sit postremo munificus in paucos de multoꝝ spolijs. Hę sunt autem artes tyrannorũ quos vulgus dños vocat, carnifices experitur, hæc pstigia attonitis ingerunt luminibus, hanc hamis & laqueis ptendunt escam, sic credulos aucupantur. Gau. Dñm habeo ppotenté. Ra. Is in cœlo vnus est, qui se iure suo dominũ dixit, & dici voluit. Nã terræ dñs Augustus Cęsar edicto vetuit se dominũ dici. Ille deorum deus, iste hominũ imperator, ille maiestatem tenuit, iste modestias. Deniq; & super hoc populum Romanum grauissime corripuit. Sic.n. de ipso scriptũ est, domini appellationem vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Quod successoré quoq; longe rebus omnibus imparé, tamé obseruasse compertum est, qui licet dominandi auidus titulo tamen dominationis

abstinuit, atq; ita se inter ambitionẽ & verecundiã mediũ tenens, esse dñs voluit dici autẽ noluit. Vt qui sciret iniustũ esse qd cuperet, saltẽ exprobrationis iniuriã vitaret. Durũ.n. superbũq; & graue nomẽ est dñs, illic maxime vbi amor liberatis, ac seruitij pudor est, secutus horũ vestigia Alexander hic Romanus princeps, vt priuato sibi nõ altius scribi voluit. Nã ille alter Macedo non dñs mõ, sed deus dici voluit, quẽ securi alo huius tẽporis latrunculi vna vrbe vel altera vix insidiis oppressa non tm̃ dici volunt, sed dici homines erubescunt, atq; ad iniuriã trahunt. Gau. Dominũ habeo vere optimum. Ra. Vere vnus est dñs, quẽ si habes honestissima regnisq; felicior seruitus tua est. Gau. Iustũ dñm, regemq; optimũ habemus. Ra. Inter regẽ & tyrãnũ nõ discernunt graij, secũdum quod poeta noster de rege loquẽs ait. Pars mihi pacis erit, dextrã tetigisse tyrãni. Apud nos autẽ vt intersit nõ nisi propositũ, vitęq; mores facit. Qui iustitia regit ac regitur, ille demũ verus est rex. Atqui ex altiore fastigio nõ salutis publicæ speculator, sed priuatæ libidinis procurator, vel rapinaʒ cogitãs vel vindictã, cupiditati aut iracũdiæ suæ paret, & rapidis atq; effrenis animi motibus cedit, is malorũ dominorũ seruus & si altior cũctis appareat sceptroq; aureo ac veste purpurea superbus incedat vtiq; rex non est, sed propter exercitium aut supplicium populi

promotus prædo, eoq; loci positus vnde li/beriori sæuiens flagello, atq; hos probans illos puniens, cunctos vexans, & exagitans ignarus quidem ac passioni obsequens, nu tu tamē illius qui mala bonos vertit in vsus iustum dei iudicium iniustis licet ac scelestis manibus exequatur, quasi æquam pij iudi/cis sententiā tortor sequis. Gau. Iustum pi/umq; regē habet patria. Ra. Rarū bonum & Reip. felicissimus status, nisi pręsens gau dium futuri metus rerum felicium semper suspecta breuitas minueret, amissiq; desideri um mox vēturas cumulaturus miserias ob seruaretur animis humana noscētium, vo/lubilemq; fortunæ rotā quæ nil prosperum longum sinit, lenit quidem mali sensum consuetudo, insueta deijciunt, vnde optimū quidam semper prospero caruisse diffiniūt quod non dicerent si prosperitas duraret. Gau. Iustū habemus & clementem Regē. Ra. Illo superstite mora opta, ne mutatam regni sortem lugeas. Bonus enim bonū ra/ro sequit. Malū peior, sępe peiorē pessim°.

De serenitate aeris. Dialogus. LXXXVI.

GAV.

Serenus est aer, ac iucundus. Ra. Iam quis arguat cœlestem humi animū hærere? In aere illum apenditis, & amorem vestrum in eo ponitis elemento, quo nullum instabilius. Gau. Aer serenus,

atq; trãquillus eſt. Ra. Expecta, dicto citius nubiloſus erit ac turbidus. Alio te ſub cęlo poſitum credas. Gau. Serenus ac trãquillus eſt aer. Ra. Quanto mallem ſerenus ac tranquillus eſſet animus tuus. Vtilis quidē illa ſerenitas ſtabilisq; tranquillitas, quā nec nubes occupent, nec quatiant venti. Gau. Serenus eſt aer. Ra. Non ſerenum omne ſtatim optimum, immo vero prouincias nebuloſas ſerenis eſſe ſalubriores, & in hoc occidētem plātū legimus oriēti. Gau. Aer hic lucidus me delectat. Ra. Delectari in operibus ac factura dei minime vetitū modo in deū velut omnis boni fontē tota animi delectatio deflectatur. & in rebus tēporalibus, ęternus rerū conditor laudetur. Alioqui attēde quod ſcriptū eſt. Si vidi ſolē cū fulgeret inquit Iob, & lunā incendentē claræ & lętatū eſt cor meū in abſcondito, & oſculatus ſum manū meā ore meo quę eſt iniquitas maxima, & negatio cōtra deū altiſſimum. Ga. Sereniſſimus eſt aer, talis vtinā ſemper ſit. Ra. Nō ſemp mō, ſed diu, talē ferre nō poſſis. Tēporum viciſſitudo q̄; optima iure a multis, ſed pręcipue a Cicerone laudata eſt. Gau. Sereniſſimus eſt aer, atq; vtinam non mutetur. Ra. Neſcis q̄; cito ſui tædium hæc ſerenitas allatura ſit. Nil tam delectabile, qđ non identitas inamœnum reddat. Nullum efficacius remedium contra vitę faſtidia, q̄; temporum locorumq; varietas, ac fouetur

& pascitur mens humana (vt ait Augusti-
nus.) Qui qualitate rerum non potest, saltē
varietate satiatur.

De prospera nauigatiōe. Dialo. LXXXVII.

GAV.

NAuigatione vtor prospera. Ra. senti
tio Neptunus tibi laqueos tendit.
Gau. Tranquillum se mihi præbet
mare. Ra. Insidiosa trāquillitas (vtq; ita di
xerim) esca naufragij. si semper turbidum
esset mare, nullus hominū nauigaret. Gau.
Mare mihi blādum, & suaue est. Ra. Suspe
cta suauitas, ꝓdonum blanditiæ minę sunt.
Hęc facies maris repente mutabitur, es-
se aliud putes monstro q̄ gelidus quæras
Vbi est æquor illud, quod laudabas? Vnde
vero hi tam multi, tamq; horribiles aquarū
montes, vnde hic pendentium frenitus ꝓ-
cellarū, & minacibus spumis surgētes flu-
ctus in nubila. Nesciunt nisi experti quid
est mare, & q̄; ferox belua, qdue illi a poeta
monstri nomē impositū. Nihil. n. mōstruo
sius in rerū natura, nihil cui sit minus fidei
minusue ↄstātiæ. Nullius rei transformatio
tā crebra, tā periculosa, tā subita, Nihil de-
niq; seu mollius dū tacet, seu dū surgit im
mitius. Gau. Placidū nunc æquor immo-
tūq; est. Ra. Terræ ipsæ subsidūt, dehiscūtq;
Tu pelago tribuis vt cōsistat, simulatus tor-
por. Noli fidere, sæpe fortunā retentare de-
mentia est. Gau. Nunc saltē placide nauigaui

Ra. Nullū ferum animal sic in laqueos ruit vt non aliquid dulce pręsentiat. Gau. Prospere nauigaui. Ra. Et sacrilegi prospere nauigant, & viri sanctissimi, naufragantur. Ga. Nauigaui feliciter. Ra. Crede mihi si pergis infeliciter nauigabis.

De carceris exitu. Dialogus. LXXXVIII.

GAV.

Vuat carcerem euasisse. Ra. Est & hęc (fateor) intermissa gratior libertas ac reddita q̄; seruata, sed non omnia quę delectant prosunt, & sępe nociua sunt dulcia, & amara salubria, sæpe non carcer modo sed mors vtilis fuit, sępe vita & libertas inutilis. Gau. Carcerem euasisse gaudeo. Ra. Atqui modo gaudebas portū apprehendisse, nunc gaudes portum euasisse. Carcer multis portus, multis refugium & arx fuit, & in libertate perituros seruauit, in vinculis ligata & clausa diligentius asseruātur. Nesciunt mortales cæci quid expediat, & idcirco mala sua concupiscunt, & assecuti gaudent, vnde mox deleant. Neue longius exemplum quæras. Vidisti nuper virum illum animosi & magni potius q̄; cōstantis incœpti, qui aduerso tempore se patronū Romanæ Reip. profiteri ausus, ipse sibi tribuni nomen assumpserat, dehinc variante fortuna, vrbe depulsus, Romaniq; primus principis post pontificis lapsus in carcerem vtrobiq; bene habitus atq; honeste, tādemq;

t tua alite emissus, gladijsq; hostium non occisus tantūmodo sed discerptus, puto moriens carcerem suspirauit. Gau. E carcere lætus errupi. Ra. Ibis per rostra turbida litibus per plateas vrbium tumultusq; negociorum, & tempestatem libertatem putans gratulaberis, dum quem clauis vna concluserat mille stringent laquei. Cumq; læti omnes e procellis portū petant, vnus tu nauta mirabilis e portu lętus in procellas redis. Gau. E carcere digressus gaudeo. Ra. Bonū in hoc vt in reliquis consilium erat, neq; nimium gaudere, neq; nimium dolere, sed equanimitatem omni in statu ceu vitę gubernaculū tenere in tāta pſertim caligine futurorū. Neq; tā miserū est (vt fertur) intrasse, neq; tā faustū carcerē exiuisse, quoties carcer libertati hostis propicius est saluti? quoties optata vocis omnibus libertas in pniciē & in mortē versa est? Gau. Exiui ex carcere Ra. Latiori de carcere multi hoiem casus eripiunt, ex angustiori autē sola mors eruit. Gau. Molesto de carcere discessi. Ra. Potes in hūc carcerē reuerti, in illū alterū cum semel exieris non redibis hoc in tempore.

De tranquillo statu. Dialogus. LXXXIX.

GAV.

Ebus rite cōpositis tranquillus ago. R Ra. Scilicet vt tua nauis fluctibus maris, sic animus vitę curis explicit

tuis portũ attigit laborum ac terrorum, sed non est nunc nũc maxime metuendum, ne scis q res hominnm non stant?, qui volubili in rota sedet altior, is proximus est ruine. Gau. Optato eunt omnia. Ra. Bene ais eunt omnia, nihil.n.manet. Ante ergo q̃ felix videare, spei forte aliquis post locus est metui, ad extremũ luctui, gaudio aũt nunq̃ gaudiũ loquor verũ donec ad vera & stabiliora bona peruentum sit. Gau. Rebus prouisis humanitus cõquiesco. Ra. Sũmã rerũ humanarũ, labor & mœror. In hisigit reqe scis? Durũ caput, & lodice ferrea, & spinoso recubans puluinari. Gau. Opipare prouisa sunt omnia. Ra. Expectata puto merciũ nauis applicuit, periculũ euasisti, extruxisti domum, exarasti aruũ, putasti vineã, rigasti prata cõpegisti areã, inseuisti arbores, effodisti riuos, texuisti sepem, columbariũ erexisti misisti greges in pascua, apes in aluearia, sementem in sulcos, nouas merces in maria tuto loco collocatum fœnus, plena arcula, diues aula, cultus thalamus, referta horrea, spumans penu, prouisa dos filiæ, coniugiũ nato empta populi gratia, blando ambitu parta suffragia, pronum ad te opibus summis atq; honoribus stratum iter. O felicem te, Restat vt gaudeas, hæc (ni fallor) cõclusio tua est, mea vero alia restat, vt moriare. Rarũ valde inter homines vt multo studio quæsitis, multo fruantur tempore, longum

labor, vsus breuis. Gau. Prospere rebus eūtī
bus stabili in statu sum. Ra. Quomodo aūt
rebus euntibus tu stes, videris ego nempe
non video. Gau. Rebus ad vota fluentibus
lętus sum. Ra. Nunc igitur tempus est mo/
riendi, speras ne hic diu aliquē lætū esse?
morere dū lætus es, anteq̄; esse mœstus in/
cipias, quod iā dixi repetā, est enim minime
tediosa rerum vtilium sed iucūda repetitio
Meministi ergo, quid apud Ciceronē Lacō
ille ait seni Rhodio Diagoræ læto tunc val/
de, leuibus licet ex causis quas audisti supra
cū de palestris ageremus morere Dyagora
inquit. non enim cœlum ascēsurus es graui
ter id quidem. Nam quid amplius expectet
animus lætus in hac rerum tanta vertigine
nisi vt lætus esse desinat esse tristis incipiat?
Itaq; opportune admodum Dyagoras cōsi
lio paruit amici spectante quidem & plau/
dente populo inter victorum filiorum am
plexus & oscula expirauit, scriptum est in
libro noctium atticarū. Et ad summā plu/
res gaudio, q̄; tristitia periere. Omnib' ergo
qui sapiunt, sed maxime gaudentibus mors
optanda, de hac semper & presertim in tē/
pore prospero cogitandum illa cogitatio re
liquas frenet. Gau. Laboraui, en quiesco. Ra.
Omnes, quidem hoc speratis, sed erratis in
hoc omnes. Stilus enim vitæ alius, mul/
tum q̄; finis a proposito diuersus. Hęc tua re
quies aut breuis, aut falsa est, aut (quod est

verius vtrunq;) quid hic requiē somniatis? sic cathenis vinctus, libertate, A eger sanitatē somniat, sic sopitus esuriens opimas dapes, sed en dies vltimus aderit, isq; cōfestim discussurus hęc somnia. Nolite autē falli somnis atq3 opinionibus falsis, quibus est plena vita mortalis. Nolite vobis hic requiem spondere, Credite mihi tota quies hominū post laborē mors. Gau. Oīa q̄ in rē visa sunt suppetunt. Ra. Supuacua in reb9 plura sunt q̄; necessaria, sed hic humani animi mos ē, vt professus ascensū cœli tāto studio se oneret quāto vix exonerare debuerat. Itaq3 peregrino fasce curuatus dū in altū niti vult ruit, & pro cœlo illi terra est. Ga. Cumulata sunt omnia iā in portu sunt. Ra. Nauigatiōis in fine igitur. Estenim pręsens vita simillima procelloso mari, illius finis in littore, Huius in morte, vterq3 portus recte dicitur. Profecto autē magna pars mortaliū aceruandis vitæ adminiculis anxia, inter ipsos apparatus rerū moritur, nilq; iā vsitatius q̄; vt vitę studiū mors p̄uertat, paucis accidit vt ad optata p̄ueniant, bisq; ipsis tā cito diuturni q̄stus vsus erripitur, & gaudij breuitas q̄dam velut accessio fit doloris, de quo multos in morte q̄rl solitos notū est. Gau. Iā peractis laboribus securus viuo. Ra. Et inter viscū ac laqueos secura auis volitat. Piscis iter hamos ludit, iter plagas fera. Sępe vbi periculi plus est & pauoris minus, ars fortunę est, vt lic

tius feriat metum demit. Gau. Per omnē vi-
tam laboraui, vt in finem quiescerem secu-
rus. Ra. Securitatem & quietem tuam in
præcipiti collocasti & vixisti mœstus vt
lætus moreris, non insulsum vitę mortisq;
consilium, modo de securitatis & quietis
& tristitiæ & gaudij qualitate conueniat.
Gau. Omnia vndiq; conquisiui, quibus in-
structior vita esset. Ra. Immo vero quibus
mors molestior, ęgisti plane negociū medi-
corū Iā frequentes aderunt stratūq; circun-
strepent, Aderunt captatores testamentarij,
Erunt & qui gaudiū pmant, & q fletū simu-
lent, & qui tenacē spiritū serā mortē tacitē
increpent, & qui crisim seruent, & qui pro-
nosticis inhient, & qui cadauer aureū pstolē-
tur, tot hæc tibi ꝯquisita vndiqs vitæ ꝯferūt
instrumenta, nō vt melius viuas, sed vt co-
mitatior moriaris, nō penitus operā pdidi-
sti. Iā & comites lāguenti & libidine sum-
ptus & funeris pōpa nō deerunt. Gau. Con
quisita sint omnia, quiescendū est. Ra. Iam
dixi vitæ requiē & solaciū quærebas, laborē
mortis ac tædiū inuenisti. Ga. Cūcta dispo-
sui prosperitas parta est. Ra. Congessisti fal-
lacissimæ ac fugacissimæ spei nidum, quæ
vbi primum adoleuerit euolet, mœstu; &
vacuum cor relinquens sępe vel in plumis
pereat. Gau. Longo succedit quies labori.
Ra. Breuis ipsa adeo fortassis, vt nulla po-
tius dici possit, Multorum sæpe studiū an-

bonum in momēto excidit, immo eũ semi-
per fere gradarij sint pgressus, raro non re-
pentini exitus rerũ sunt. Gau. Per longas cu-
ras ad securitatis initia ventum est. Ra. Solici-
ta multũ de principijs humana curiositas
finem cœca nõ prospicit. Densa venturi cali-
go tpis mortalis aciem frustrauit obtuitus.
deliberatio vtiq; nostra sit ɔsumatio fortu-
næ (dicã melius) dei est, cuius in manibus
sortes sunt hoium, non quas ipsi vobis opi-
nione vestra speq; iproba fingitis, sed quas
ille ɔscientia sua videt. Eius est autẽ illa vox
Stulte, hac nocte animã tuam repetẽt a te,
quę aũt parasti cuius erunt? Comminatio
horrenda, quæ nisi spes somnosq; mortali-
um interrũpat ob surduitis haud indubie.

De votiua portus apprehensione. Dia. X C.

GAV.

Iam portum attigi. Iam in littore sedeo. Ra. Multi in portu pereunt plures in littore, permutasti pericu-
lum non fugisti. Gau. terram attigi. Ra. Iam
hoc dicis, quasi terrę discrimina vel minora
vel pauciora q̃; pelagi q̃uis occultiora sint.
Nonne hoc in æquo posuit, qvtrobiq; mul-
ta & grauiora pericula per varietatem pertu-
lerat? neq; vero sine causa pauper ille scru-
tator aquarum apud Statium moriẽs, Hye-
mes nothosq; laudat & experti meliora pe-
ricula ponti. Gau. In terra sum. Ra. Casibus
eo pluribus patens, quo plus hominũ te-

tãs incolit q̃ maria. Siquidẽ maxima pars malorũ homo homini est. Sic inde mors peruenit, vnde auxilium debebatur, vt sileã pestiferas animantiũ species quibus ea pars rerum scatet. Gau. Terra sub pedibus saltem stabit. Ra. Atqui sæpe non stetit, vtq; antiqua præteream Achaiamq; & reliquã græciam & Syriam atq; alias vbi & vrbes hauste olim funditus & collapsi montes & demersæ insulæ, vt omittam veteres vestrorum montium casus æthnę ac vesuui, apud vos nuper ipsa vrbium caput Roma contremuit (quodq; ciuilis belli tẽporibus pro monstro habitum) Alpes hac ætate grauissime tremuerunt, & conuulsæ rupes altissimæ solis radijs insuetum a seculis prębuere iter. Hispaniæ & Germaniæ bona pars corruit. Vidisti modo stantes vrbes, vidisti solidas arces atq; opida, paucis post diebus miserabile spectaculum atq; terrificum, humi passim strata omnia quin & solito mœstiorem rhenum ipsũ, quasi flentem labi deformatam ruinis vtrãq; rippam eamq; pręcipue, quæ edificijs ornatior fuerat, querulis abluentem vorticibus. Desine tã securus esse, vbi securitas nulla est. Gau. Sub pedibus terra est. Ra. Non tam certa sedes domicilij q̃ sepulchri. Gau. Ad terram peruenisse gaudeo. Ra. Similia similibus gaudent, & tu terra es. Gau. In terram redit. Ra. Nondũ quidem, sed redibis æuo.

GAV.

Potētia magna sum. Ra. Ergo & inuidia. Gau. Potentia Multa sum. Ra. Et in periculis multis. Gau. Potentia sum ingenti. Ra. Et laboribus infinitis, & inextricabilibus curis. Ga. Multa possum, Ra. Quo plus in alios potes, & plus alij in te. Gau. Potētię est plurimū. Ra. Quo potētię magis & maius in illā imperiū fortunę, Tepidæ se exercet in paruis, vberē eligit materiā, in magna lignorū mole crepitātius sæuit incēdiū. Magna prosperitas, magnę viā facit aduersitati. Nec queq̄; facile plane miserū videbis, qui nō valde felix habitus fuerit. Non pōt ignoti hominis nota eē calamitas, Gau. Quod volo & possum. Ra. Cura ergo ne quid mali velis, & scito quo potētię plus eo plus esse negocij minuisse litētię. Gau. Potētia ingēs sum. Ra. Quid scis an diuturna, Piget exequi, qui potētes breui ad impotentiā seu qui reges ad infamię seruitium sunt redacti. Vepricosi & lubrici sunt humanorum gradus accensuus, tremulus vertex, præcipitiū horrendū, ęgre ꝯscenditur ad eminentē statū, anxie ibi ꝯsistitur, grauiter inde & repente descenditur, id sic eē nō singuli tātum reges aut populi, sed maxima etiam testantur imperia. Gau. Armis atq; opibus potens sum. Ra. Vera & firma potentia in virtutes fundata est, fundamen

tum si detraxeris, quo maior eo periculosi/or structura. Quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, maria classibus, si in/tus interea domestici hostes aĩu3 oppugnant atq; expugnãt? Vis vt te potentem fatear il los doma, finibusq; tuis pelle, vince irã, vince cupiditatẽ, vince libidinẽ, vince teipsum famę atq3 hostẽ animæ tuę. Quænã ista potentia est vincere alios, passionibus suis vinci? Gau. Fundata in solido potẽtia est. Ra. Quo pacto, cũ vita ipsa mutet assidue? O quid tumes imbecillũ animal de poĩa disputas, de anima interim periclitaris, quã dicto citius vel naturæ vis occultior vel exigui morsus animãtis vel extremi ꝯtẽptissimiq; homines sępe potentissimis abstulere. Gau. Potentia egregię stabilita est. Ra. Vbi q̃so? in harenis ac fluctibus? an in vento? an in ipsa? (vt perhibẽt) fortunæ rota? quin tu amice male susceptã pone fiduciã. Nulla hic stabilis potentia, vtq; vel improprie expri/mam quod sentio nulla potẽtia potens est.

De gloria. Dialogus. XCII.

GAV.

SEd inueni magnam gloriam. Ra. Magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo. Si temporum, si locorum angustias metiare, magna hic gloriam non esse fateberis. Non ingeram tibi vt terra omnis punctus est, cuius ipsius par/tem maximã natura fecit inhabitabilem

atq; inaccessibilem fortuna, vt tempus præsens puncto minus idq; ipsum semper instabile fugæq; tam rapidæ, vt vix illam animo sequi possis. Duę reliquę temporis partes semper absentes, ita vt altera nos lubrica memoria, altera expectatione anxia fatiget vt omne simul tēpus aut diluuijs, aut æstu nimio, aut peste aliqua, aut cœli inclementia, vel terrarum deniq; per seipsum lapsu proprio ita discerptum atq; cōfusum sit, vt vna sæpe ætas prope nil habeat commune cum altera. Neq; minus in tēporibus q̄; in locis videas exiguo interuallo notissimum non agnosci. Hæc inquā & quæ sunt id genus plurima transeo. Vulgata sunt omnia qbus liquido cernitur, quęnam hæc mortalis ac terrenæ gloriæ magnitudo est. Gau. Quā conditio mea fert gloriam sum adeptus. Ra. Si indignam breue3 hercle, at si dignam gaude, non ꝙ habeas, sed ꝙ meritus sis. Gau. Gloriam quæsiui. Ra. Gloria vera nisi bonis artibus non quæritur. Vnde tibi partum nomē vide, sic intelliges, an gloria vera sit, famam si casus dedit erripiet. Gau. Multum est glorię. Ra. Caue ne quā gloriā verā putas, imago falsa sit gloriæ. In rebus hoīum multa regnat illusio. Gau. Plurimū est gloriæ. Ra. Vt nemo pauper magnę pecunię famam quęrit nisi vt fallat, sic nemo ignauus magnę virtutis opinionem, vterq; tamen sibi conscius quicquid de se alij loquantur

quantur quantum vel pecuniæ in arcula vel virtutis in animo sit. Gau. Insignis est gloria. Ra. Si ex merito modeste vtere, ne superbiæ illi notam applicueris, si minus, fac ne diu populum fallas. Gau. Præfulgés est gloria. Ra. Vel mereri stude vel graue non tuum indumentum exue. Inglorium esse præstiterit, q̄; mendacio gloriosum. Vera etiam gloria cū labore seruatur, quid de falsa speres? Cum omnis fictio difficilis sit, tum difficillima est quum multi vndiq; obseruant. Rari nempe sunt gloriosi, hos propter dissimilitudinem obscurum atq; inuidum vulgus odit. Graue est inter tot hostium insidias latere, præstringere omnium oculos non potes in te tāto studio defixos. Gau. Gloriosus appareo. Ra. Melius forsitan lateres & certe tutius, hoc grauiter dixit is qui multa leuiter, Bene qui latuit bene vixit. Gau. Clarus lateq; notus sum, longeq; conspicuus. Ra. Liuor abdita penetrat rimaturq;, putas conspecta prætereat? Quid q̄ pauci sunt quibus expediat apparere & conspici, pauci quorum famę non noceat ad plenum nosci? Notissimum Claudiani dictum Minuit pręsentia famam. Quanto magis illam minuit noticia. Raro sunt hoies quod videntur. Gau. Gloriosus videor. Ra. Caua nube circundatus delitescis. Si parūper emerseris quo plus gloriæ falsę fuit, eo vere plus erit infamiæ. Gau. At gloria vera est. Ra. Id nemo te me-

lius nouit, ita demũ si externi iudicis incor-
ruptum animum tuis in rebus assumpseris.
Gloria quidem (vt sapientibus placet) quasi
quædam vmbra virtutis est. Illam comita-
tur, illam sequitur quandoq; etiam antece-
dit, quod in adolescẽtibus claræ indolis vi-
demus, quos ante perfectam virtutem ꝓcon-
cepta de illis spes hominum claros facit, q̃
quibusdam velut stimulis generosos mode-
stosq; animos excitat atq; erigit, & impellit
ad æquandam spem ciuium suorum. Stul-
tos autem tumidosq; ꝑcipitat. Hic transfor-
matio illa ridicula clarorum adolescentiũ
in obscuros senes. Laus quidem sapienti vti-
lis, stulto nocet. Ex his vides vmbram per se
ipsam esse nõ posse, rei cuiuspiam sit opor-
tet. Vis ne igitur gloriam veram esse, fac vt
vera & solida virtus sit.

De beneficijs in multos colatis. Dia. XCIII.

GAV.

Eneficia in multos ꝯtulisse gaudeo.
b Ra. Multos ingratos experiens dole-
bis. Gau. Beneficia in multos effu-
dit. Ra. Recte ais. Nam si accipientium ani-
mos intueare, beneficioꝝ magna pars per-
dit. Gau. Multi meis beneficijs sunt obstri-
cti. Ra. Quidam se obliuione relaxabunt,
alij forsan iniurijs beneficia pensabunt, vt
cessent iniuriæ non cessabunt querimoniç,
q̃ multi de benefactoribus queruntur suis.
Iniquum fateor sed cõmune adeo, vt nõ tã

crebrè de hostib⁹ sint querelę. Audisti apud Lucanum de Pompeio querentem Photinum, apud Senecam vero Sabinum de Augusto. Quid vero te ad literas, aut antiquitatem voco? Vrbes medias cōtemplare. Vici omnes lamentis talibus pleni sunt. Omnis autem ingratitudinis triplex (ni fallor) causa est, inuidia scilicet quæ dum impensa alijs beneficia suas ducit iniurias in se collata non aspicit, superbia, quæ vel se maioribus dignam censet vel pręferri sibi aliquē indignatur, cupiditas, quæ muneribus non lenitur sed accēditur, & dum quęrendis inhiat quęsita non meminit. Possem breuius totius mali causam stultitiam dicere. Ea vero non huius tantum sed maloꝝ omniū cā est ignorantia veri boni, opinionum q; peruersitas, hinc nimirum pestes animi prodeunt superbia in primis & cupiditas, qbus nullum obsequium non contumax. Nulla largitas non angusta est. Gau. Beneficus fui in multos. Ra. Aristotelica quędā magnanimitas fertur meminisse collati, accepti autem beneficij obliuisci, quæ sentētia & si colore non careat, apud me tamen verus magnanimus contemptor mediocrium atque humilium est rerum, atq; ideo quæcunque egerit magna q̄uis, iudicio plurimorū parua sunt animo maiora quædā & rariora voluenti, cōtra si quid acceperit quo alteri fiat obnoxius q̄uis exiguum graue est libertas

tum amanti, atq; ad excellentiam aspiranti quoue q; primũ solui leuariq; velit. De hac igitur re Annei senecę dictum probo, Beneficium in quit qui dedit taceat, narret qui accepit. Elegãter nempe, duo beneficentię seu venena seu vulnera sunt, hinc exprobratio largientis, hinc recipiẽtis obliuio, vtraq; mater ingratitudinis, ac beneficij nouerca. Illa ingratitudinez parit in altero, hæc in se, illa quoq; beneficiũ in se extinguit, hæc in altero, his tot malis aptissime illo Senecę consilio medeare. Gau. Multis benefeci. Ra. At pluribus nõ fecisti, q se spretos & ꝯtemptos dolent. Est aũt nescio qdẽ vnde firmior offensarũ q̃ beneficiorũ, tẽtaciorq; memoria. Sæpe singulis beneficijs aut nullos aut singulos amicos obliuiosos & tepidos, hostes aũt tibi multos feceris memores ac feruentes. Gau. Multis multa ac magna ꝯtuli. Ra. Sunt multi qbus ꝓfuisse periculuz fit, qdaz paruo amicũ magno hostez beneficio quęsiere, quod & exigui debitũ leue, retributio prona est. magna aũt & debere pudet, & piget reddere, & nihil est tertiũ nisi vt desinat esse cui debeat q inuitus debet. Ita dum debentem pudor beneficij expertos dolor agitat, inter Scyllã, & Carybdim fertur cymba beneficij, effectũq; vt multos q parce atq; illiberaliter tuti vixissent liberalitas insignis in discrimen traxerit. Siquidem inter malos impune, bonũ esse non licet, durum pi/

ctu, sed dicendū tñ. Animal īgratius homi/
ne nullum est. Gau. Late me beneficū ꝑbul.
Ra. Quidam sunt benefici, nec tñ beniuoli
quos magnitudo status atq; hominum ne/
cessitas multa largiri cogit, his etiā quos nō
modo nō diligunt sed ne noscūt quidē, qui
bus si se ob beneficia caros sperāt valde eos
fallit opinio. Nemo facile nō amātē amat.
Mutuus nexus animorum, ac reciprocus, est
amor. Munera sæpe necessitati, amor vero
iudicio tribuitur, vt ergo beneficia bene col
lata & lęta fronte, pioq; animo dignis exhi
bita nūq; gloriosa negauerim, sic multa im
mo vero partē maximā seu hęc dantiū seu
accipientiū culpa est perdi ac proijci, nemo
vsq; est q dubitet, Et est facilior breuiorq; ac
rectior quā supra tibi ostēdimus amādo sci
licet ad amorē via, qua ꝑgenti, verū quoq; si
benefici nomē accesserit, clarū te supraq; fidē
multis amabilem efficit. Gau. Multa & ma
gna contuli. Ra. In rebus nō quid sed quali
ter quoue animo fiat refert, apud deum atq;
homines & magna sæpe inuisa, & modica
grata sunt nudū præ omnibus cor attēdi, &
sacrificio pauperis probatur & munere.

De amore populi. Dialogus. XCIIII.
GAV.

P Opulus me amat. Ra. Subsiste pau/
lulum mox oderit. Gau. Populus
me diligit, Ra. Ne propera, nondum

ftatis, vt dies vnus, sic vitã oĩs a fine describi tur. Gau. Populo carus sum. Ra. Quis illi Scipionibus carior? Quis Camillo? qs Rutilio ac Metello? Quid Themistoclē loquar, aut Milciadem, quid hoc genitum Cymonem, aut Aristidem? quid Thesea? quid Solonem? quid Annibalem? quid Lycurgus? Qui ciues Oro te q̃ qsq;, q̃ breuiter populo, suo carus, omnium notus finis, & vel in contemptum, vel in odium versus amor, atque indigna rebus prẹmia, fori, labor, accusatio, mors, exiliumq;, cathenæ. Gau. Multis in populo carus sum. Ra. Malis igitur, pauci enim boni, atqui malorũ malis artib' q̃ri amorem constat. Si vero similitudo quædam parit amicitias (vt prudentibus placet) qui sis æstima, qui multis in populo carus sis. Gau. Populus me amat. Ra. Serenũ hybernum, aura æstiua, quies maris, lunæ status amor populi parta hæc si conferantur, mobilitatis vltimo palmam do. Gau. Populus me honorat. Ra. Labijs credo cor autẽ eorum longe est a te, non est enim tibi fidelior q̃ deo. raro quicq̃ ex animo facit vulgus, nisi tumultuari & furere, & sẹuire. Ga. Populus me veretur. Ra. Nõ faciet diu. Facile enim ruit quod non certo iudicio stabilitum est. Gau. Ardens in me populi fauor est. Ra. Ardenti principio sæpe medium tepens finis algidus fuit, quod haud crebrius vlla in re q̃ in studijs populoꝝ certas. Gau.

Populus me laudat. Ra. Stultorum laus apud doctos infamia est. Gau. Populus me suspicit. Ra. Leui rerum alternatione despiciet, semper enim alterum extremorum tenet medium vero nunquam, vt qui habitantem ibi hostem metuat. Gau. Populus me colit. Ra. Mirabor si tam inculto cultore fructifices. Gau. Populus bene de me sentit. Ra. Sine vllo delectu iudicare solitus vtranque in partem. Itaque vulgi sentetia veros inter iudices contrarij argumétum est. Gau. Populus bene de me æstimat. Ra. Suspecta sanis ingenijs æstimatio insanorum. Malem te populo incognitum quam probatum. Gau. Populus multa de me loquitur. Ra. Et tu ergo popularibus auribus fidis atque ageris, quod licet magnis olim viris euenisse noueris, nō minor tamen est vanitas gaudere flatu tenui et incerto. Gau. Populus me miratur. Ra. Et ego te miror, qui hoc in gloriam tuam trahas. Gau. Populus me amat. Ra. Non hæc laus sed fortuna est tua, populi mos est vt sępe amet idignos, sed a quibus indigni amoris sępe dignissimam fert mercedem.

De occupata tyrannide. Dialogus. XCV.

GAV.

Inuasi tyrannidem in ciues meos. Ra. Rependisti dignam vicem stultis amantibus, illi te equo altius extulerūt, illos tu iniquo iugo seruitij depressisti. Gau. Tyrannidem arripui. Ra. Abstulisti

fui libertatem alijs, securitatem tibi, requiem vtrisq;. Gau. Tyrannidem consecutus sum. Ra. Statum certi laboris, euentus ambigui, sed vt plurimum infelicis. Non te ad historias veteres, atq; externas mittam. Quis Pherei Alexandri exitus nesciat? Quis Dionysii Siracusii? Quis Agrigentini Phalaridis? Quis Annonis pœni? Quis Elearci Heracleisis? Quis Ephiresis Aristotini? Quis Calcedonij Nabidis? Quis Hyparci deniq; atheniensis, quem occidisse immortalis gloria interfectoribus fuit. Nō ad recentiores atq; domesticas, Cassium Meliumq;, & Manliū Romanos ciues Catilinam quoq;, & Gracchos, & Apuleum non tyrānos quidem sed tyrannidem affectantes, inq; impijs conatibus deprehensos, cœptoq; prohibitos atq; oppressos. Nō postremo ad illos, qui maiores non meliores, iusti velo imperij, trucem texere tyrannidem atq; iniustam, Gaiū scilicet ac Neronē Domitianum & Cōmodum ac Bassianum, reliquosq; eius ordinis solo nomine principes quorum mens tyrānica ac tyrānicus suus fuit, sed ad alios quos auorum patrūq; memoria, seu etiam quos ætas ac regio pręsens videt. Hos ego ne distantibus te fatigem circunspicere & contemplari iubeo, videbis vsitatū & cōmunē tyrānorum exitum aut gladiū aut venenū, vereq; illud a Satyrico dictum dices. Ad generum cereris sine cede & vulnere pauci, Descendūt reg

pes & sicca morte tyranni. Gau. Tyrannidē; in ciues exerceo. Ra. Prędam, atq; carnifici/nam auro implendus & sanguine auri si/tiens monedula, tenaxq;, nec missura cutē nisi plena cruoris hirudo, sed qua frōte quo, ue animo, seu sanguine illum fundis, pro quo seruādo si homo esses, sanguis tuus vl tro tibi fundendus erat, seu ciuibus tuis au/ rapis quod diris prędonibus largiaris, spo/lians qui tuis pascēdi opibus fuissent, ditās que a qbus omni ingenio extorquendum legis, sic maioru; vel exēpla vel monita vi/luerunt. Sed hoc pessimum habet tyranno/rum vita, vt quibus fidendum est metuant semper, fidantq; quibus fidei nihil est, totū que hoc malum hinc immeritis irrogatæ iniuriæ faciunt, hinc indignis erogata be/neficia, & ambitione turbatus ordo rerum, amitti ex hostibus, hostes ex ciuibus. Gau. Tyrannus patriæ meæ sum. Ra. Nunquā id esses, si illam tuam esse patriam meminis/ses, si obseruaretur animo publicę mr̄is effi gies nunq; fratres lacerares tuos, cum qui/bus æquam pueritiam atq; adolescentiam egisses, eodem cœlo vsus, ijsdem aquis, ijsdē atq; sacris, ijsdem festis diebus, ijsdem ludis & luctibus, qua nunc mente de illorū tergo potes ludere, atque illis flentibus gaudere, qua postremo impudentia in ea vrbe viuis in qua vitam tuam omnibus scis inuisam, mortem cūctis optabilem, vbi esse neminem

ctitus es qui non male perditū te velis lupis mitti de grege sęuissimū? Gau. Tyrannidē accepi. Ra. Si pręterito pręsens tempus con fers, duram te ac miseram subijsse sarcinā intelliges, tutam agebas & quietam vitam dehinc nisi sceleri iungis amentiam. Nulla tibi sine metu ac tumultu animi dies. Nulla nox ibit, nullus nō suspectus cibus, nullus sopor imperterritus, dum vbiq; in ceruici/bus impendentem videris mucronem, quē amico opes fortunasq; suas miranti nō in epte monstrasse traditur Dionysius tyrānus quidē, sed tyrānidis æstimator acutissimus. Gau. Ferro mihi tyrānidem acquisiui. Ra. Ferro quęsitam, ferro etiam seruaturus, fer ro forsitan amissurus. Præclaras plane diuitias comparasti esse omnibus odiosū atq; terrificum, quodq; hinc sequitur tibi te per/petuo grauem metu, vt.n. periculi nihil sit quod in quibusdam vrbibus natura ciuiū præstat apta seruicio quando tamen pauor aberit animo recolenti qd ille huius qd legi timi nomen habet Imperij metator, ac fun dator primus, audiuit a Laberio Romano equite. Necesse est inqt multos timeat quē multi timent, cuius dicti ratio illa est quā posuit Naso. Quia, quē metuit quisq; perire cupit, positā prius ab Ennio vbi ait. Quem metuunt oderunt, quem quisq; odit perisse expetit, vt tamen & periculū & metus etiā omnis cesset, quod nonnullos tyrānorum

vel nutritā publicis malis audacia, vel notā ciuiū spondet ignauia, an non saltē vllus est pudor hijs pesse qbus te subesse sit dignius? pter iniustā vim rebus oībus imparē. Gau. Tyrānidem indui. Ra. Humanitatē ergo & iustitiam exuisti, simul & procellosam vitā & cruentas, aut certe dubiam mortē elegisti infelix, de quo sola patria quę te genuit atq; aluit mortem speret. An vero nō ille sat miser est, quem miserum volunt oēs? An non ille miserrimus, q tam miser esse nō possit, quin sit dignus esse miserior? Gau. Habeo summū inter ciues locum. Ra. Habes in ciuibus tyrannidē, in harenis domum, in vepribus stratum, in prupto sedem, in rapinis inopiam, in miseris inuidiam.

De regno & imperio. Dialogus. XCVI.

GAV.

Ecce autē iure Rex sum. Ra. Id enim vero occultum diu esse nō poterit, quid intersit inter regē tyrannum q; iam diximus. Quid autē iuuat dici regem si tyrannus es? nō in specioso cognomine sed in vera iustitia Regis regniq; salus sita est. Minus mali reor in quęsitum dn̄ium reformare, teq; de reliquo sic agere, vt rex verus appareas q̄; regnum iure partū, in quo iuste successeris parenti tyrannica vexatione diripere. plus. n. verę laudis in progressu ac fine q̄; in principio rerū est. Gau. Rex sum. Ra. Melius sub iusto rege ageres atq; trāqllius.

q̃ rex ipse. Gau. Regni solium cōscindi. Ra. Locum late conspectũ patentem q; oius iudicijs, eoq; periculosum ignauiæ, laboriosum vero difficilemq; virtuti. Bonus.n.rex seruus est publicus. Gau. Regni solio euectus sum. Ra. Vt meritus videare tuas res, teq; ipsum obliuiscere, populum tuũ & Rempub. cogita, quo die primum rex fuisti, tibi moriens alijs viuere incœpisti (quodq; durissimum est) ingratis & iniquis æstimatoribus laboris tui. Gau. In regiã veni. Ra. Aliqd ibi forsan periturę gloriæ reperturus, sed quietis nihil. Gau. Iuste regno. Ra. Bene agis gratissimamq; rem deo. scito autẽ seruire te querulis, & vix tibi ante obitum gratiã relaturis. Raro tam iustus quisq; regum fuit, vt non carior populo successor foret. Is cum venerit, alter optabitur. Hi sunt vulgi mores, c. / disse præsentia, ventura cupere, p̃terita, celebrare. Quando ergo defuerint querelę si oẽ p̃ns bonum sordet, nilq; oium placet nisi qđ cruciat, seu perditũ, seu speratũ. Gau. Sceptrum, & Diadęma sortitus sum. Ra. Fulgidas cōpedes, claramq; miseriam, quæ si plene oib' nota esset crede mihi nō toties vnũ de solio litigarent duo, sed plura essent regna q̃; reges. Gau. Purpurã indutus sum. Ra. Nō cultus exterior, sed internus habitus & mens regia reges facit. Alexandri Romani principis dictũ fuit, Imperiũ in virtute, non in decore p̃sistere. Gau. Ad regnũ proueho

Ra. Nunc in dubio vertitur subiectorum status, an felices ea quæ hic fingit felicitas, an miseri sint. Nempe mortalis regni felicitas, rex bonus, te in dubio labor manet & grauis negocii. Gau. Rex sum, nil nō licet regi. Ra. Nulli minus, immo vero quod olim licuit, tam nō licet. Et forte si de regno licētiā aucuparis, nō te regē noueris, sed tyrānum. Gau. Rex sum, atq; oīa possum. Ra. Immo nihil nisi quod decet regem, cuius (vt dixi) minor licētia q̄ priuati est. Sin hoc calle voluptatē petis falleris, & tota (vt aiunt) erras via. Voluptas a tergo lōge est hac ad labores itur & ad gloriā. Gau. Rex sum, eritq; mihi iam certa tranqllitas. Ra. Immo si qua olim fuit periit, stultus nauta, qui relicto portu in altum vela facit tranquillitatem quærens. Gau. At Romanus Imperator factus sum. Ra. Clarissimū nomē, sed durissimum officium. Magna seruare difficile est, quid collapsa erigere? sparsa colligere? recuperare perdita? deformia reformare? Et deserti culturam ruris, multisq; diu neglectam suscepisti, multis egēt dura arua ligonibus, multis prata riuis arentia, æstuādū algendūq; tibi est si successerit. Tu hinc laudes, reliqua successor tuus metet, illi seueris, sera est messis, multas poscit æstates. Gau. Ascēdi imperiū, iam quiescā & securus viuam. Ra. Falsa te habet opinio nunq̄; minus, tu ne in excelsum mōtem vt vētos & fulmina euaderes ascēdisti?

Nón legisti Horatianũ illud? Sæpius ventis agitatur ingẽs pinus, Et celsę grauiore casu decidũt turres, Feriũtq; summos fulgura mõtes. Et quanto aliter de hac status eminentia sentiebãt experti principes Augustus et Diocletianus, quorũ alter (vt legimus) de dimittendo imperio cogitauit, alter autẽ dimisit imperium, nec reuocatus ascensum dedit. Quãto aliter Marcus Aurelius et Pertinax. quorũ primus adoptione ad spem imperij reuocatus solito tristior effectus, mirantibus amicis multa de malis imperij disputasse, Alter imperator effectus semper imperium horruisse memoratur. Magnus est ad imperiũ ascensus, magni in imperio labores, magni quoq; cus ascẽderis ex alto casus, si mihi nõ credis Iulium Cæsarẽ interroga, Caium quoq; Caligulã, & Claudiũ, & Neronẽ, & Galbã, Othonẽ, Vitelliũ, Domicianũ, Cõmodum, Pertinacẽ, de quo proxime dictum est, Bassianũ pterea, & Macrinum cum filio Diadumeno, fœdissimũq; omnium, Heliogabalum, longeq; dissimilem moribus Alexandrũ, vtriusq; etiã (qđ mireris) cum filio matrẽ, Maximos quoq; & Maximianos, & Maximos, & Gordianos. Preterea et Philippos, et Deciũ, Gallũq; & volussianum, & valerianum insigni calamitate notabilẽ, & cõtẽptorẽ paternæ miseriæ Galienum, Aurelianũ deniq; & Probum, Iulianũ, & Liciniũ, & Constantium,

& Valentē, & Gratianum Valentinianū, ac (ne ad fastidium cuncta cōplectar) totā illā tyrannoꝝ simul & principum seriē percunctare, vno tibi ore oēs responsum dabūt, Eodem se calle ad ruinā, atq; Imperiū ascendisse, & tu illic tibi requiē fingis ad securā vitā, vbi oēs periculum & laborē, multi miserabilem vitę exitum inuenere. Nō hoc sibi fingebāt illi quatuor, quos ab initio nominaui. Nō Antonini pij principis matern⁹ auus Arius Antoninus homo sanctus, vt historię loquuntur, vt ego fateor, vir, prudēs, Neruā miseratus, ꝙ imperium accepisset. Vere.n. frustra principes ōmij inuidia, cum illis potius miseratio debeatur. Gau. Suꝫ impator, & vlcisci possum. Ra. in hostes publicos forsitan, nō in tuos. Illis.n. si verus es princeps, hoc tuo ascensu securitas parta est, priuatis affectibus pietas publica frenum stringet. Nō potes huius, aut illius hostis esse, ex quo pater oīuꝫ esse meruisti. Id in ciues principi iuris est, quod in filios patri. Iustus prīceps pater patrię est. Nullum ex oībus titulis hoc gratius summus ille principum Augustus accepit, vt qui cōpresso adolescētiæ Impetu patris nomē implere decreuerat. Tibi ergo qui hostes fuerant iam filij sunt. Gau. Imperator sum, vlcisci potero. Ra. Vti hac potentia nō debebis, & sic habe sūmi imperij ptātē excellētibus, & fortunę parib⁹ animis esse venię materiā, nō vindictę, cuius eo auidior

quisq; quo villior, infirmiorq́ animi ac vi-
sius est. Qua in re meminisse pfuerit illud
Adriani principis, qui (vt scriptum est) vni
quẽ capitalẽ habuerat, factus imperator di-
xit Euasisti, generosum plane verbũ ac ma-
gnificum vereq; Cæsareum. Gau. Impator
sum, eritq; iam thesaurus par impẽsæ. Ra.
Ad rapinã vox hęc spectat, est vt aliarũ rerũ
sic sumptuum fluxus quidaȝ ac vorago, cui
nihil est satis. Longum est mortaliuȝ hac in
parte sed imprimis Romanorũ principum
furores stilo ęquare. Paucos tñ ex omnibus
eorumq́ ipsorũ pauca de multis attingam.
Cõspectissimus ille quideȝ Caij furor baias
atqȝ puteolos ponte iũgẽtis, atqȝ illũ tumi-
di maris sinũ primũ æquis, mox quadrigis
triũphaliter permeantis, quid aceto liquefa-
ctas memorẽ margaritas pcii ingentis appo
sitosq; puiuijs panes aureos, atqȝ aureas da-
pes? quibus nõ famẽ cõpescere cõuiuarum
(vt mos est) propositũ illi esset, sed imperij
opes spargere, atqȝ illorum auaritiã irritare.
Adde effusos in plebẽ nũmos. turbidoq; &
profundo mari iactas moles, durissimas ru
pes scissas, cãpos æquatos montibus, & cã-
pis iuga mõtiũ, terra illic addita, hinc detra-
cta, tã subito vt naturę miraculum vim pas
sæ cum celeritate certaret (Nẽpe cum dilati
pcium operis mors esset) quibus pdecesso-
ris sui Tiberij thesauro ĩgẽti diuitijsq; oib'
imperii intra anni spaciuȝ exhaustis ad ino-
piam

piam fœdissimasq; rapinas est cōpulsus. Il/
lud inter ista nō numero, q Corinthiū mō
tē, isthmū perfodi aío destinarat, & si sum
ptuosissimū opus, tñ (vt perhibent) nauigā
tibus vtile, quo duo maria iungerētur, & a
Brūdusio Athenas, aut Chalcidē Bizātiūq;
petentibus flexus ingēs remitteret Achaiæ.
Huius comes ac victor amētię sequitur Ne/
ro, cuius enormiū impēsarū nullus est mo/
dus in ædificando pserrim, in quo oēs pdi/
gos & seipsum vicit. Nulla alia in re dāno/
sior, vt de illo scribitur. Vnus ex mille furo
ribus attingendus est, domus a palatino ad
exquilinū collē porrecta, & magnā partē vr
bis occupans, vt nō immerito inter cōuicia
qbus liberrima plebis indignatione proscis
sus est illud quoq; iactatū sit, Roma domus
fiet, veios migrate quirites, si non & veios
occupat ista domus Hanc aureā dici voluit
nō inepte quidē signās nomine priū, auro
n. & gēmis crustata ac stellata domus fuit tā
tæ altitudinis. vt in vestibulo collossus cētū
viginti pedū staret. Intus porticus atq; aulæ
laquearibus aureis atq; eburneis tabulatis,
& ꝯuexa domorū cœli instar, vt propria sese
sensim diebus ac noctibus sine intermissio
ne voluētia, stagnū quoq; maris ęmulū, ędi
ficijsq; circumdatū littore vrbis in morē, ru/
ra pterea & pascua, & vineta, & syluæ oīus
generibus animaliū referte. In hac domo
quantū coniecturis ad verum via est, illud

quod colliseum vulgo dicitur medium fuit cuius nunc etiam ruinæ stuporem spectantibus afferunt, & hæc omnia dum (quod miraculum rei auget) Romæ medio cõsu masset, Ita (non dicam) excessisse, sed ne implesse quidem imperatoriæ domus modum visus est sibi, vt dedicãs domum ipsas nõ amplius miraretur q̃ vt hoc solum diceret, Iã tandẽ quasi homo habitare incipio. Mitto illa leuia q̃ vestẽ nullam bis induit, nullum iter minus mille carucis egit, calceatis argento vsus mulis, aureo rete piscatus ẽ. Purpureis atq; coccineis funibus, ac reliqua fidem excedentia simul, & tędium paritura. Sed quis illa nõ stupẽs legit, stupẽtior q̃ aspicit? vestigia. n. extant, piscinas illam ceptã a Misceno mõte, venturãq; vsq; ad auernum locum, miris circunsceptã cõtectãq; porticibus, forsan q̃ illam ab auerno vsq; hostiã per tm̃ vię spaciũ totq; obuios montes, vt inducto mari sine maritimis casibus nauigãs & terrę laborẽ, & pelagi fastidium declinaret. longitudo qdem vt nunc incolæ metiuntur nota oibus, vt Trãquillus numerat millia passuum cẽtum sexaginta. Latitudo aũt duarũ capax quinq; remium ex aduerso iter agẽtium, neq; se impedientiũ cõcursu, qd opus si explesset Italiam, oẽm q; Remp. exhausisset. tantis aũt mũdi malis mors sola consuluit. Hunc sequitur Aurelius verus qui (vt omittã cætera) cœnam illam fecit,

cui si par prandium facere voluisset nescio an Romana res sufficere potuisset. Quo audito frater eius Marcus Aurelius tã modestię amicus q; hic hostis, ingemuisse fertur Reipub.misertus & impio collabatẽti. Lin quo alios,nimis multi sunt,u.nec me fallit posse ex vobis longiuscula hęc videri remedia breuiora pollicitis. Sed delectat.inter dũ doctum seu doctrinæ deditum frugiq; hominẽ stultorũ insanias audire,quę illi quasi pro cõtrario signo sint. Vnde sibi (vt aiunt) remis veloq; fugiendũ sciat. Hæc autẽ eos spectãt vt recogites quid est, q thesaurũ impensę parẽ speras,vt.n.frugalitati & modestiæ haud sane magnis thesauris ẽ opus, sic prodigalitati & luxuriæ.neq; thesauri,neq; imperia ipsa sufficiunt. Et hęc causa non tm mediocris fortunę hoĩes,sz pncipes quoqz pene oẽs eos dico,qui nepotino victui operã dedere,necessario in rapinas & pdas mit sit,quę multis festinatę miseræq; mortis occasio fuit. Gau. Nunquid vnius hoĩs impensæ,tot vrbes nũ sufficiẽt? Ra. Hi tibi rñdeãt de quibus multa diximus innumerabilesq; alij,quos par pestis dedit exitio. Ad summam vero plundissimũ hoc sumptuũ (vt sic dicã) specus,quasi illud olim Curtij non opibus expleri vllis,sed virtutibus,añ alias modestia cohiberi cõstringiq; potest. In qđ maxime proderit meminisse,alienum esse quod pdigis, & hic quoqz vnũ aliud Adria

tu verbum sępe ad memoriā reuocasse, qđ sæpe ille & in concione & in senatu legitur dixisse. Ita se Rēpu. gesturū, vt sciret populū rē esse non propriā, optimo pr ncipe dignū verbum. Gau. Regno. & vltio mea est. Ra. Tua qdē minime, neq;.n. mētitur is q ait, mea ē vltio. Profecto āt si verus es rex, nihil tuū minus est q̄; vltio nihil magis q̄; clemētia. Natura vtinā vt apū sic hoīum reges acu leo exarmasset. Nunc libero aīali exēplum dedit, nō eripuit libertatē. Meum est quod illa nō cogit hortari. Respice paruum illud sed diuinū animal, pone & tu nō i vulnere sed ante vulnus aculeū. Plebeium.n. illud, hoc regium. Alioqui, vt sine iustitia sic sine clemētia rex non eris, ac ne homo quidē, sȝ (quod in fabulis dici solet) coronatus leo. Gau. imperator sum Romanus. Ra. Habes Augustū, habes & Neronē, & vitelium quē sequaris. Ad hos tres tota nō mō omnium principū, sȝ hoīuȝ turba restringit. Hic ergo tibi ducē elige. Si recētioribus delectaris, habes eiusdē ordinis Traianū, deciū, Galienū Gau. Sum romanus Imperator mūdi dn̄s. Ra. Fuit quādo id dici prope veraciter poterat, quorsum vero redierint res vides, vt intelligi detur q̄; sit tutū stultis & ignauis magna cōmittere, quāta prouidentia quantum in furorē, quātus labor quantaq; diligentia quātum in torporē incidit. Nō est amplius gaudij materia romanū Imperiū, sed huma

ne fragilitatis & fortunę variantis indiciu.
Gau.Impio clarus sum.Ra.Clara noia res obscurę,mundi fraudes, Humana credulitas.Hi sunt vnci,qbus huc,illuc facites animi trahuntur. Pulchrũ imperij, pulchrum regni nomẽ,sed impium & regnũ difficillima oĩum officia si rite gerantur.Alioqui & piculosa prorsus & mortifera,neq; de nihilo dictũ illud regiũ laudatur. Diadema nobilẽ potius,q̃; felicẽ pãnum plenũ curis periculisq; & miserijs multis,quẽ cognoscens nemo nõ ambiat modo,aut parto gaudeat sed nec oblatũ vltro recipiat,aut abiectum humo leuet.Proinde expergiscimini aliquãdo mortales aperire oculos,neue semp falsis caligate fulgorib'.Vestra metimini atq; ęsti mate corpuscula,circunspicite quibus scepti estis angustijs,nolite geometras ac philosophos contẽnere,terra oĩs pũctus est,vos caduci ac fragilis & incerti exitus,& cũ Iuuenes,& cum sani estis cum morte luctamini & cum ascẽdere creditis descẽditis, & cum stare videmini,tum maxime ruitis,nec vllũ animal magis suarũ virium obliuiscitur.Ac sępius vermes semimortui regna & impia somniatis.Mementote vos punctũ per exiguum,seu verius punctũ (vt sic dixerim) pũcti breuis.imo ne millesimã quidẽ pũcti partẽ possidere.Hanc superbi incolę pmitis mox pmẽdi,neq; amplius ex vniuerso possessuri.q̃; p frigẽtibus mẽbris ac pallidis

occupatis. Itē nunc cœci & insani, elatóq; vultu tumidi, quod natura angustat laxate animis, & vincti imensa & moribūdi immortalia cogitate, inq; hoc nihilo ridiculosas & insanas insolentias, ad momentū rapidi tpis hic rapinas, hic iniurias, hic vindictas, hic spes anxias, hic honores varios, hic cupiditates inexpletas, hic furores demū vestros, hic regna principatus, & impia, hic classes, hic acies, hic bella molimini. Cū multū insanieritis, siue Impatores fueritis, siue aratores, seu diuites, seu mēdici, corpus vestrū putris terra, vita vestra fumus leuis magno flatu pulsus fuerit, & vix tādem sero quidē cognoscetis viā hanc fuisse nō přiam, totumq; hoc regni & Impij falsum nomen. Gau. Impator factus sum. Ra. Stulti cū Imperatores fiunt, hoīes se esse non recolunt aut fuisse. Quale est illud Tyberij Cæsaris, qui amicū volentē eū cōmemoratione quorundā actuum in memoriā pristinę familiaritatis adducere, cum vix aperto ore hoc vnum verbū emisisset, meministi pueniens interrupit, nec passus est explere qđ cœperat, sed repente ait. Quid fuerim nō memini vocem improbā, ac supbam, nec amicitiarum mō, sed totius humanitatis immemorem. Gau. Ad Romanū Impium ascēdit. Ra. Quid hinc gaudes, & in eculeū ascēditur, & in crucem. Cōtra vero & in lectulū & in sedile descēdit, & sæpius in imo quies

habitat. Nōnullis opprobrium, multis supplicium, omnibus labor est scandere.

De exercitu armato. Dialogus. XCVII.

GAV.

E Xercitum habeo. Ra. Mirabar, nisi regnum, atq; Impium exercitus, hoc est miseria, miseriā sequeretur. Atqui seneca scipionem africanū cœlo tenus attollit. Non quia magnos duxit exercitus quos & furiosi nocentesq; duxerunt, sz ob egregiā moderationē quam nunq̄; certe dat exercitus, sæpe erripit, sæpe minuit, quę enim tam solida virtus est, quā tot sceleratorū totq; carnificū cruentorū cōuersatio exēplum q; nō deterreat? Gau. Magnū habeo exercitū. Ra. Habes vnde in capis vitam agas. Neq; n. aut vrbe exercituum sunt capaces, aut bene ciues togati, milites q; cohabitant armati. Gau. Fortissimū habeo exercitū. Ra. Habes belli materiā, pacis excidiū si hinc gaudes, ad cœlestē certe nō ptines ciuitatē. Gau. Habeo exercitum ingentē. Ra. Habes vtrūq; ad latus hostes armatos, quos nec murus a te separet nec vallum, anceps profecto negociū & graue. Gau. Mihi multæ sunt. & validæ legiones. Ra. Harū tędia nemo facile atq; molestias, insolētiasq; dinumeret, sed tu oia experiendo ɔdisces. & q̄to sit satius solū viuere, q̄; cū multis legionibus. Profecto nullæ iniurię, nulla pfidia, nulla crudelitas castrensium moribus cōpa

randæ sunt. Intelliges p te ipsum q; sit ve/rus pueris quoq; notissimus ille versiculus.
Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequũ/tur. Gau. Magni dominus, ac rector exerci/tus sum. Ra. Tutius pastor tygridum forsitã ac vrsoꝝ esses. Possunt mansuefieri corda feraꝝ, at quorundã hoium nõ possunt, & mi nantur anteq; feriant feræ. Odia hoium im prouiso errũpunt, hi quos tuos reris, qui te dñm vocãt, heu q; paruo pcio venale genus & instabile. q; leuibus ex causis mutabũtur & ex militibus hostes fient. Blãdi vultus in horrorẽ, datæq; tibi dextræ tuam forsitã in pern iciẽ cõuertentur, neq; (si fiat) nouuz erit aut insolitum. Ad Placentiã fuit motus ille terribilis, qñ aduersus Iulium Cæsarem suus exercitus insurrexit, de quo dictum est
Quẽ non ille ducẽ potuit terrere tumultus.
Cæsar autẽ incredibili sua cõstantia ac virtu te motum oẽm cõpresit, & punitis authori bus quietauit exercitũ, atq; ad obsequiuz re duxit. Fecit idẽ ad Antiochiam Alexãder il le Romanus princeps successitq; magnifice Sed procede paululũ, breui idẽ nõ ab alio q; a suis militibus interfectus est. Eodẽ mõ tam pertinax ante perierat. Sic duo post mu dum. Maximi pater & filius. Sic Balbinus & Maximus. Sic Probus dux clarissimus. Sic Gratianus & Valẽtinianus iunior, opti/mi fratres. Ille a suis legionibus hic a suo co mite perditus, Sic innumerabiles alij a suis

hostibus iuicti suis exercitib⁹ piere, & quos milites appellabant, inuenere carnifices. Vide ergo q̄ gaudeas. Tuus his exercitus trux Imitis (vtq; ait ille) Belua multorū est capitum nihil non ausura, ira illam vel inopia, vel auaritia irritāte. Gau. Mihi exercitus ingens ē. Ra. Pōpeio quidē Thessalico ꝑlio (vt ait Florus) Nihil magis exitio fuit, q̄; ipsa exercitus magnitudo, & ferme in oībus bellis maior sp exercitus succubuit minor vicit.

De classe instructa. Dialogus. XCVIII.

GAV.

Classem habeo instructā. Ra. Et instructos aer vētos, instructos equor fluctus & instructos scopulos, terrestre animal quid tibi cū pelago? Gau. Instructa est classis. Ra. Instructæ tēpestates, instructa naufragia, periculis tuis gaudes, & laboribus & impēsis, quaꝝ nullus ē modus. Vestrarū oīum insaniarū sumptuosissima est classis. Gau. Classis instructa est. Ra. Hāc coeli & maris ira deficiet, & quālibet instructā sparget, ac destruet inopina tēpestas, de qua nō cogitare dū nauiges stulti est. Gau. Classem habeo in mari. Ra. Parum ne terra vobis discriminum attulerat. nisi maria etiam vexarentur? Nō satis est terras, vnde nocēs ferrum qđ Naso ait, Ferroq; nocentius aurū erruatur effodere, ipsa quoq; horrida, & q̄ primi hoies tm̄modo mirabātur maria pe

netraftis. Vbiq; laborē, vbiq; periculum cō quirentes, Inq; hoc vnū vigiles atq; sollicitī segnes ad reliqua. Gau. Magna cū classe maria sum ingressus. Ra. De regressu cogita ingredi nēpe perfacile est. Solet equor intrantibus planum esse, progressis sæpe monstrosum ac difficile, tamē inter hoīes natus inter delphines ac tritones vitam age, mira vastī animi voluptas. Gau. Magna mihi classis, & valida est. Ra. At fortassis vtilius tutiusq; vel breui in scalmo, vel sicco de littore insidias piscibus tetēdisses, q̄; classe armata vi; gētibus intulisses. Multis quidem classis eximia noxiam dedit audaciam, eoq; impulit vbi optarent domi esse. Hoc & Graij Troia reduces Caphareum ad montē, nominati; vero Lacædemones Arginusis, Syracusio; Athenienses in littore, & Carthaginenses ad Egates insulas didicere. Multa sunt classibus, pericula, nō ab hostibus tantum, sed ab ipso mari. Deniq; cum moriēdi genera plura essent hoc vnum genus est additū. O cœci vitęq;(quā maxime diligitis) ,pdigi, mortē vndiq;, quā super oīa timetis, arcescitis.

De machinis, & balistis. Dialog. XCIX.

GAV.

OMnis generis machinas habeo. Ra. Et hic quoq; furor regius habere vnde multis noceas cum velis, quos beneficētissimos hoium esse oportuit Et ob hoc vnum, regnis impositi & reges di

cti sunt, vt regāt hoīes, atq; ab eis ceu parē tes colantur amenturq;. Quidas etiā patres patriæ appellati cuncta in p:rarium agunt vt ceu tortores ac p̄dones publici cūctis formidabiles, atq; inuisi sint. Gau. Abūdo machinis ad euertēdas vrbes idoneis. Ra. Quāto melius extruendas seruandasq;. Tu forstasse gloriosius putas euertere, & videri magnis tui tēporis policeres, sed non semper vrbes machīnis euertuntur. Cæsar quidē bello gallico cū aduersus adriaticos turres maximas erexisset, primū contemptui hostib' fuit quasi rem impossibilem humanis viribus moliretur. Vbi autē moueri & mœnibus applicari illas videre, e contemptu in stuporem ac pauorē versi, omissa defensione ad deditionem confugere. Ac ciuili bello ipsius Cęsaris dux Brutus ad Massiliā ęque erectis atq; admotis parem stuporeȝ obsessis iniecerat, sed non parē metum. Itaq; nocturnu egressi turres & machinas incenderunt. Gau. Abundo machinis, & balistis. Ra. Omnia fere quib' gloriaris ad iniuriā alienā potius q̄; ad tuum decus spectant. Quanto erat honestius atq; homine dignius abūdare misericordiæ instrumentis q̄; sæuitię, habere quibus hospitalis & amicis & egētib' esse posse, q̄; qbus vrbes imeritas oppugnādo quietem publicam perturbares. Ga. Habeo machinas ingentia saxa torquētes. Ra. Saxa torquere fnriosum est. Ga. Habeo ma

chinas, & balistas innumeras. Ra. Mirum nisi & glandes ęneas, quæ flāmis iniectis horrisono tonitru iaciuntur. Non erat satis de cœlo tonantis ira dei immortalis nisi homuncio, o crudelitas iuncta supbiæ, de terra etiam tonuisset non imitabile fulmē (vt Maro ait) Humana rabies imitata ē, & quod e nubibus mitti solet, ligneo quidem, sed tartareo mittitur instrumento, quod ab Archimede inuentum quidam putāt eo tē pore quo Marcellus Syracusas obsidebat, verum ille hoc vt suorum ciuium libertatem tueretur excogitauit, patrisq; excidium vel auerteret vel differet, quo vos vt liberos populos vel iugo, vel excidio p̄matis vtimini. Erat hęc pestis nuper rara vt cum ingēti miraculo cerneretur, nunc vt rerum pessimarū dociles sunt animi, ita cōmunis est vt vnuz quodlibet genus armorum. Gau. Balistis affluo. Ra. Melius belli odio, & studio pacis afflueres. Cum cętera quidem arma inquieti animi, hæc & degeneris signa sunt, nec pacificis quidem grata & bellatoribus inuisa magnanimis. Denlq; sic habeto. Qui balistam primus inuenit, ille aut pauidus fuit aut proditor & nocendi auidus & metuens hostes, itaq; cogitauit (quod Lucanus ait) Longe tendere neruos. Et quo ferre velint cōmittere vulnera ventis. Idq; de omni genere missiliū dictū puta. Fortis bellator cō gressum hostis exoptat, quē sagittarius vitat,

GAV.

Thesaurum in bella reposui. Ra. Rem malā in usus pessimos. Quāto tibi & alijs erat utilius hūc & amicorum & patriæ usibus aceruasse maximeq; necessitatibus indigentiū. Ille demū thesaurus verus esset, & thesauri ꝑtium cœlestis, nunc ꝑ/tius est inferni. Gau. Thesaurus suppetit in usum belli. Ra. Thesaurus animi vires exenuat, bellū viros, utrunq; pestiferū. Ga. Magno thesauro subnixus in bellū sus. Ra. Solet iste thesaurus possessori suo ꝑdēdi metū afferre, hostibus lucri spem & bellādi simul audaciā, quis non alacer id in bellū eat quo q̄rere multū possit, nihil ammittere? pugnas se quidē feruide inopē ac vicisse, eundemq; mox diuitē refrixisse apud Flaccum legis, & profecto si ad clarissima rerū exēpla inflexeris, videbis Romanos, dū fuere paupes oīum gētiū fuisse victores, tū vinci cœpisse dū diuites facti sunt, ita ad aduētū diuitiarū discessere victoriæ ac virtutes simulq; opus comites, delitiæ, ac libidines subiere, vt nō immerito scriptores quidem tēporum illorum Romanę paupertatis interitum questi sint. Virtutum nutrix optima est paupertas, Opulentia vitiorū. Victoriā de thesauro tuo speras? hinc potius metuendū. Multos pauidos & imbelles, Oēs tumidos ac superbos. Nullum penitus virum fortē fecere

diuitię. Gau. Magnū mihi thesaurū aggregaui. Ra. Tibi curas & inuidiā, hostibus stimulos, furibus solicitudinem addidisti.

De vindicta. Dialogus. CI.

GAV.

Hostis in manus venit, vltionis oblata est facultas. Ra. Immo experimentū tui, an irę mancipium, an clemētiæ sis amicus, Quod nisi ad vtranque ferri posses icertū esset. Multi.n. esse credūt ꝙ nō sunt. Experti autem, quid sint, sciunt. Gau. Est hostis in manibus vlcisci possum. Ra. Alij potētiæ fines sunt, decoris alij, non quid possis sed quid deceat æstimādum est, ne si quātum potes velis, nil posse sit melius. Gau. Vlcisci possum, nil dulcius est vindicta. Ra. Ira nihil amarius, quā cur quidam dulcē dixerit mirari soleo, sin dulce aliquid inesse cōsenseris, dulcedo effera viro indigna ac ꝓpria beluarū, earūq; nō omniū, sed ꝑmordaciū atq; ferocium. Nil humanum minus q̄; sęuitia & feritas. Cōtraq; nil homini suū magis q̄; misericordia & lenitas, quibus nihil tā contrariū q̄; vindicta est, & quicquid animi impetu homo inhoiem cōmittit asperius. Quo si oino vindictæ nomē dulce est, ostēdā ergo quo multa cū gloria vti possis. Nobilissimū vindictæ genus est parcere. Gau. Vlcisci licet. Ra. Multo est satius multoq; formosius obliuisci iniuriæ q̄; vlcisci, generosior nulla est obliuio q̄; of-

fensę. hanc summus orator, summo duci summę laudi tribuit, q. s. nil soleret nisi iniurias obliuisci. Nihil autem prohibet vnius laudē illi non ereptā ad plurimos perueni re. Hoc inter multa pcipuum pcunctis opibus hñt animi bona, non decrescunt sparsa nec pereunt. Sume igitur & tu tibi nobilissimā hanc opinionē Cæsareā, quę te multo faciet clariorē q̄ cyneā, Tarmadāq; memoria sua, illa.n. naturæ fuerit, hæc virtutis. Gau. Vlcisci iuuat. Ra. Vltionis momenta nec delectatio est, misericordię sempiterna. Deo℞ nempe delectabilium, illud pferēdū quod diutius delectat. Fac tu hodie quo perpetuo delecteris. Nulla vero maior, nulla firmior delectatio est, q̄ quæ de puritate ↄsciētię & rerū bene gestarū recordatione oritur. Gau. Honestū est vlcisci. Ra. Honestius misereri. Multos demētia honestauit, nullum vltio. Nihil tā necessariū inter mortales, nihil tam cōe q̄ venia. Nemo est.n. qui nō peccet. Nemo cui nō misericordia opus sit, qua negata qs tā multos criminū & culparū extricabit nodos? Aut diffatū diruptumq; societatis humanę fędus sartiet? Semp inter se se hoies, sempq; in illos decertabit ira dei. Nullus erit aut litium, aut pœna℞ finis, nec cessabunt arma nec fulmina. Parce igitur miserere & cōpesce animū. Fac tu homini quod tibi ab hoie fieri velles qđ a deo vis. Impudenter a dño veniā petit, qui cōseruo

illas suo negat. Ecclesiasticus doctor clamat indignãs, Hõ homini irã seruat, & a deo q̃rit medelã? In hoiem sibi similem nõ habet misericordiã, & de peccatis suis deprecatur? Gau. Nõ infero iniuriam, sed vlciscor. Ra. Quid refert primus pecces an vltimus? Nõ est æquũ vt q̃d in alio improbas, in te probes. Vis ne sæuitiã in hoste dãnatã seq, fieriq; illi similis moribus cui dissimilis animo sis, quodq; pessimum habet tuum facere. Gau. Volo quidem, & licitum est vlcisci Ra. Nec debes velle, nec vlla id licitum lege est, vt defensio licita sit vltio vetita. Scriptũ est. Qui vindicari vult, a deo inueniet vindictam, Et rursus (vt pauloante dixi) Mea est vltio, & ego retribuas eis in tpe, dicit dominus. Illud tp̃s expecta, sine te ille vindicet qui & offendentis est dominus & offensi. Solet in t r seruos domini cõis esse cognitio siquid ingenui habes, siqua tibi pfectionis habitus cura est opta potius atq; ora ne ille quidẽ vindicet, sic hostis crimen in tuã verteris salutẽ. Gau. vlcisci est animus. Ra. Da irę spacium, da cõsilio tp̃s, frena impetum differ, aut desinet, aut lentescet. Breuis hora sedat iratum ęquor. Gau. Vlciscar. Ra. Vno actu multos offendes. Vna iniuria sæpe innumerabiles hostes fecit. Gau. Vlciscar. Ra. Plus te p̃m læseris q̃; hostẽ. Illi corpus forsitan aut opes, tibi aiam famãq; corruperis. Gã. Vlciscar. Ra. Quoties Vlciscendi studio

Iniuria geminata est, leso sæpe vnicuz dissi-
mulasse remediū, sępe vel q̃stuū esse, vel nu
tu tacito sensum Iniuriæ p̃tendisse periculū
fuit. Gau. Perdere hostē possuz. Ra. Melius
est amicū q̃rere, q̃ȝ hostē tollere, sed vtrūq̄
simul optimū quod nulla arte meli⁹ q̃ȝ par-
cendo fit, cum vlcisci possis. Aptissimū tol-
lendis hostibus instrumentuz est leuitas. In
quo si creditum esset Herēnio seni sapiētissi
mo, nec Sannitum exercitus modo victor
collo iugum Romanuz, nec iugum primo
cum reliquis mox securim solus imperator
Pontius pertulisset. Gau. Vlciscendi pūgor
aculeis. Ra. Resiste cogitationibus pijs, exē-
plisq̧ oībus quę leuiorem in partē inclina-
re animū possunt, & in primis memoria vi
tę breuis & ambigue. Hęc. n. Senecę (cui as-
sentior) efficacissima videtur de iracūdia le-
nienda. Cui is ipse (quem memoraui) do-
ctor accedit. Nam quid aliud sentiebat, vbi
ait. Memēto nouissimoꝝ, & desine inimi-
cari. Sic est. n. nilq̧ inimicitias magis alit,
q̃ȝ ꝯditiōis obliuio. Siquidē iste, cuius mor-
tem sitis ne dubita moriturus haud dubie
est, & idipsum cito, fortasse hodie, tuq̧ illū
forsitan (quod nō cogitas) p̃cursurus. Expe-
cta paululuz, subsiste, fiet quod fieri optas,
& quod metuis fiet. Cęteꝝ mors, quā hosti
paras, sine tuo illi scelere p̄parata est. Quid
iuuat fati cursum properantis impellere, &
morituri sanguine morituras manus īfice-

re?nō scelestum modo sed superuacuus est impietate tua proximū ac festinans tēpus ac cessere, quod si valde velis nulla possis pieta te repellere aut differre. quanto tranquillius atq; honestius ille īteger & illesus, tu siccus & innocens, q̄; vterq; cruentus & tu noxius hinc abibis. Gau. Vrgeor vlciscendi stimu/lis. Ra. Caue, ne cesseris, sed oppone eis me moriam eoꝝ qui nō tm̄ mites hostibus sed fauentes ac benefici fuere, cōtra q; illos tibi ꝑpone qui mēbratim cesis hostibus adhuc rabiem spirantes, ne quicq; in nō sensura ca dauera sæuierūt. De hinc tecū elige quoꝝ si milis eē malis, neq; actus solos sed et verba cōfer. Pars.n. nō parua crudelitatis in verbis est. Crudelis pes crudelior manus crudelissi ma lingua est. Sępe animi sęuitiā quā ma/nus non æquauærat lingua transcendit, illa vero optima vt crudelitatis sic clementię te/stis est. Sonet igitur ad aurem tibi illa, cuius nō multo ante meminimus Adriani vox, simulq; illa Tiberij, de quo scriptum est. Quod cum audisset vnum e reis Carmiliū nomine anticipasse mortem exclamauit. Carmilius me euasit. O vox ferox, & si dici pōt ipso vocis authore ferocior, quid vsitati supplicij cogitabat, quem se in vinculis ma nu sua perimēs euasisset? Ecce duo igit̄ vni' status, sed mentium diuersaꝝ, vno & eodē verbo q̄; varie vsi sunt. Ille ad pn̄tem hostē euasisti ait. Hic de absente euasisti inquit. Il/

se suo hosti vitam donauit. Hic inuidit mor-
tem, Elige quid horũ potius a te dictũ (ve-
lis dici) an tranqllum illud vere principis,
an illud alterum immane carnificis. Nec
ignoro ꝙ sit promptius iubere ista q̃ͥ face-
re, & quid his obijci possit intelligo. Diffici-
lius in suis q̃ͥ in alienis iniurijs mitem esse,
difficile fateor sed bonum. De bono aũt, ac
difficili oẽm esse virtutes nec tu neges. Vir-
tutis amatoribus sunt cuncta facilia. Gau.
Fixum est vlcisci. Ra. Vincit pars deterior,
obsta illi dum adhuc potes, victoriamq; illi
priusq̃ͥ ea vti cœperit eripe, stratamq; man-
suetudinem attolle. Meméto te hominem,
multos quidem vindicasse pœnituit, nemi-
nem pepercisse. Gau. Vltus sum. Ra. Vinci
ab hoste p̃stabat. Hostis victorem vicit ira.

De spe vincendi. Dialogus. CII.

GAV.

Bello victoriam spero. Ra. Cum fal-
b lax vbi libet, tum in bello fallacissi-
ma spes est. Nihil ex p̃meditato age-
tur, Inopine eũt omnia. Prudẽtissimus atq;
exercitatissimus militarium rerum fuit, qui
dixisse fert̃ nusq̃ͥ minus q̃ͥ in bello euẽtus
respõdere. Gau. Victoriã spero. Ra. Pacem
haberes vtilius, eiusdẽ ducis verbum memo-
rabile traditur. Melior tutiorq; est certa pax
q̃ͥ sperata victoria. Ga. Bello victor ero. Ra.
Quid si victus? Hęc spes multos in exitium
egit, sine victoria spe, nemo volens in acies

descendit. Gau. Bello superior euadam. Ra. Futuri verbum tẽporis. Omnis.n. de futuro spes, & futura omnia sẽp ambigua. Gau. Bello victor remeabo. Ra. O spes hominũ inanes, nec victor fortasse, nec vict' remeabis, sic tibi reditũ spõdes, apertũq; inter gladios iter acri deuotus classico Marti caput? Gau. Esse victor spero. Ra. Est q ꝯtrariũ speret vel vtrunq;, vel alterutrum sit necesse. Potest vel alter, vel vterq; dux partium seu aliter seu mutuis vulneribus simul occumbere, quod & sæpe credo alibi & quod nũc meminerim Thebis vltimo inter fratres impios ꝯgressu, & Romę primo post exactos reges accidisse proditũ est bello, vt supbi regis filium Brutus consul ad inferos prosecutus est. Amisso aũt spiritu iam victoria nulla est, quo seruato, sæpe tamen ex acie pari Marte discessum tenes. Vtrobiq; igitur ambos duces spe victorię fraudatos ꝯstat. Vnũ nempe fraudari tam cõe, tanq̃; cotidianum est q̃ in aciem proficisci, Quid scis autẽ an vnus ille tu sis, hac qua tibi blandiris victoriæ spe fraudandus? Gau. Bello vincã. Ra. Vt anceps semp sic sæpe tristis, & sanguinolenta victoria est. Non habetur gratis, q̃ vitæ discrimine quærit, care emitur cuius sanguis est p̃ciũ, carius cuius mors fieri põt vt pars victrix ducem perdat. ita tuis vincẽtibus vinci potes. Quid de victoriæ sceleribus dicas? Non sunt tot victi miserię, quoꝝ

sunt peccata victoris. Quod si peccato miserius nihil est nec victus eo quod vincitur victore miserior, sed eo minus miser, quo minorum rerum damnis afficitur. Gau. Vincam. Ra. Vt ad summam redigã & an vincas et an melius sit vicisse, si viceris in dubio est.

De victoria. Dialogus. CIII.

GAV.

T vici. Ra. Caue ne te vincat Ira, superbia, crudelitas, furor, rabies. Hi sunt enim victoriæ comites, & victorum hostes inuisibiles & horrendi, a qbus sæpe clarissimi victores turpissimi victi sũt. Nondũ te vocat ad calculum fortuna, lõga & perplexa rationũ series, creditrix violenta & pertinax, cum qua tibi nũc quoq; negocij multum restat, mutuum reposcere solita est magno cum fœnore. Gau. Magno prælio vici. Ra. Victor prælio sæpe victus est bello. Gau. Vici aũt. Ra. Quoties vicere Carthaginenses? Quoties Galli? gentesq; aliæ? Quoties aũt victi sunt Romani? sed spectãdus e rerũ finis, earũ maxime q̃ voluũtur & stare nesciunt. Gau. Vici certe. Ra. Et si certus belli exitus adhuc euentus est dubius, & de lætis tristia, læta de tribus erumpunt. Gau. Magnam victoriã quęsiui. Ra. Nil tam magnum, vt non nimio quæri possit. Est vbi plus vulnerũ ac funerũ victoriosa pars cõputat, si non credis Xersem atq; Termophilas interroga. Gau. Magnę victorię sors fuit. Ra.

Vix potest magna victoria paruo pctō ꝯstare. De bello oium maximo, omnium maximus Historicus dux ageret. Adeo inquit varia fortuna ancepsq; Mars fuit, vt propius periculo fuerint qui vicerunt. Gau. Plane vici. Ra. Non est plena victoria vbi armatus hostis superest, q̄;q̄; & si hūc oppresseris alij renascentur, quasdam nempe victorias ceu sementē dicas esse bellorū. Sic odia ferro trūca repululant dēsanturq;, & rediuiui in acies redeunt bellatores, nō vt fortassis imaginatio vehemens olim Cassio a se cæsi hostis imaginē supremo illo suo die obuiax dedit, tam tremendo aspectu vt audacissimux virum qui viuentē illum nō timuerat, defuncti spēs in fugam verteret, sed ita vt pro vno multi redditi veris manibus verum ferrum moueāt in illos qui vicisse videbātur. Gau. Vici. Iam securus sine hoste sux. Ra. Stulte, Dum erunt hoīes non deerūt hostes. Tu romanę vrbi post innumeros triumphos edomitumq; orbem, non defuisse hostem legis & tibi defuturū speras, quiescēti forsan hostis deerit at pugnanti nunquā. Gau. Victor sum. Ra. Caue ne sis frustra, vti scientibus victoria fructuosa, est vti aūt dico nō eo mō quo Maharbal Annibali s3 quo Hāno vir melior suę reipu. ꝯsuluerat. Nā ꝑfecto vsus fructusq; victorię optim⁹ pax ē, neq; ad aliū q̄ ad pacis finē iusta bella suscipiunt. Ga. Victoria mecū ē. Ra. Vide ne euolet alata est.

GAV.

DE inimici morte lętus sum. Ra. Sperare de inimici morte aliquid, seu cuiusq; hominis vel gaudere, illi forsitan sit permissũ si quis vsq; esset immortalis. Sperare aũt alterius mortem, quę tibi possit ante contingere vel gaudere id hosti euenisse quod tibi necessario euenturũ sit; stulta spes, inane gaudiũ. Gau. Gaudeo de inimici morte. Ra. De tua alius mox gaudebit. Gau. De inimici morte gaudeo. Ra. Si quã vestrę conditionis memoriam haberetis, nunq̃ homo de morte hominis gauderet. Quãdo. n. quęso duorũ q simul ad supplicium ducerentur alter alterius de morte gaudium cœpit, sciens sibi idem supplicij genus instare, & non potius in illius morte suam cogitans ingemuit? Gau. De inimici morte gaudiũ sensi. Ra. Quoties putas optata mors hominum voti compotes torserit, & optare vitam frustra cœperint, qui non frustra mortem prius optauerint, dum intelligere incipiunt in suã se perniciẽ optasse? Sed pcipites sunt affectus vestri, qcquid vultis valde vultis. quod de Marco Bruto dixisse Iulius Cęsar fertur, Immo vero nimiũ vultis, nec feruens desiderium moras fert. Itaq; quicquid vultis statim vultis, hinc nõ modo vota impia, sed venena, sed cedes, et quicquid homo in homine struit, nocentiu

mium animal in suã spẽ3. Multa vero optatis, quæ si in consilium ratio esset admissa timeretis, & varietas votorũ male electiõis argumentum est, nec prius ad rectum redit impetus, q̃3 inconsulti affectus infaustis castigentur effectibus. Gau. De morte hostis gaudeo. Ra. Si est hostis inglorius de ipsius morte gaudere turpe est, & dolere supfluũ. Sin illustris, honestus piusq; ẽ dolor, & si nõ propter hoiem, ac propter virtutem, quę in dies rariora habet hospitia. Sic Metellus macedonicus Africani iunioris, sic Cæsar Põpeij, sic Alexander Darij mortem fleuit. Gau. Gaudeo de inimici morte. Ra. Quomodo de illius mortę gaudeas, quem diligere iubearis, non vt hostem, sed vt proximũ eiusde3 opus opificis? Gau. De inimici morte gaudeo. Ra. Non audis forsitan, an cõtẽnis consilium notissimum sapientis? Noli inge de inimico tuo mortuo gaudere, sciẽs qm oẽs morimur, & in gaudiu3 volumus venire, sanũ prorsus, seu ꝯsiliũ, seu ꝑceptũ.

De spe pacis. Dialogus. CV.

GAV.

Spero pacem. Ra. Melius est pacem seruare q̃3 sperare. stulti.n.est fastidire res certas, ambiguas spes amplecti. Gau. Pacẽ spero. Ra. Tenuisses eã arcti', nec abire sineres, quã sperares. Quid eni3 si ad hanc spem impatientia te duxit tua, vt sperando angi eligereres, quo gaudendo vti

poteres. Gau. Pacem spero. Ra. Spes pacis multos perdidit, speratęq; paci succedẽs insperata calamitas incautos obruit sopitosq; quos expertos inueniens non lesisset. Gau. Spero pacem. Ra. Quid tam diu speras, qđ mox assequi in tua sitũ manu est. Rari sunt qui pacem non inueniant, si bona fide velle coeperint. Sed hi ipsi, quibus dulce nomen pacis, pax amara est, Pacem itaq; petentes, paci obstant. Quatuor vobiscum habitant pacis hostes. Auaricia. Inuidia. Ira. Supbia. Has in æternum exilium pellite, pax ęterna erit. Gau. Spes pacis haud dubia est. Ra. Inter spem pacis & pacem multa incidunt, leue verbum, gestus facilis compositas sæpe turbauit pacẽ, ipsi tractatus pacificiq; sermones ferro sæpe franguntur aĩosq; acuit, bellumq; asperat pacis spes. Sic amicitiæ mentionem irritam quasi cotẽ dixeris odiorum. Gau. De pace igitur pax erit. Ra. De pace crebro ne quicq; agitur, nõnunq̃; vero periculose de pace agebant, atq; egerãt, & Gallorum & Pœnoꝝ duces, quando illos Camillus oppressit, hos Scipio. Gau. Post belli finẽ pax firmabitur. Ra. Quãto firmata esset vtilius ante belli prĩcipiũ quot damnis, ac mortibus tẽpestiua pace esset occursum. Sed vos pueri contumaces ac discoli sine verberibus non sapitis, in pace bellum in bello pacem quæritis, neq; vnq̃; nisi bello afflicti pacem vel noscere incipitis vel amare, eamq; vt gr

sitam fletis, sic mox redditam pari leuitate contemnitis, donec vos iterum atq; iterum amissa pdoceat bona vestra non sperne re, mala vestra non cupere, deniq; non ineptire, non furer: quod anteq; assequamini pudeat. sæpissime idem vobis audiendum nec audisse sat est, sæpissime videndũ, & experiendum dicam proprie, vt discatis aliqd sæpissime vapulandũ est. Gau. Bellum pax sequetur. Ra. Melius pcessisset bello iter obstructura, nihil insanius q̄; spe remedij vltro vulneri sese offerre auxilium non causam dant fomenta vulneribus, ęgro salutẽ optare natura est, sano ęgritudinẽ spe salutis insania. Gau. Pax futura est. Ra. solet pax vrbibus mutationem rerum afferre pestiferã. Optima quidem ipsa, sed pessimis circũuoluta comitibus, iniquis legibus, fluxis moribus, occultis odijs, aperta tyrãnide. Recordare quid ciuili olim bello psagus ille dixerit nec fefellit, superos quid prodest poscere pacem? Cu3 domino pax ista venit. Melior est autem bellicosa libertas, viris fortibus q̄; pacifica seruitus. Gau. Pacem habeo. Ra. Interim bellum habet.

De pace, & inducijs. Dialogus. CVI.

GAV.

P Acem habeo. Ra. Bona ingens si sincerum esset, atq; perpetuum, neutrum sane est. Nam neq; nouu3 est, sed cõmune, nimisq; cotidianu3 est, vt sub

vmbra pacis bellum lateat, neq; paces quã uis puram diuturnam finit animorũ instabilitas, secum assidue non minus q; cũ hoste pugnantium. Gau. Pax quæsita est. Ra. Sed ammissa est cautio & disciplina militaris fida vrbium tutela, quæsita autem lenta segnicies, & semper periculosa securitas, cũ in multis nẽpe sit melior bello pax, in hoc vno bellum melius, ꝙ cautius atq; experientius, Nunq; romana virtus abijsset, si bellũ Carthaginense mãsisset. Pax punica romane vrbis excidium fuit, vrbibusq; alijs documentum sempiternum nõ semper populis, atq; imperijs optimam pacem esse, idq; vir optimus Nassica male nõ sibi creditum iurabit, & vera locutũ docti oẽs fatebũtur. Gau. Pacem habeo. Ra. Modeste vtere. Bello quolibet funestior pax supba & negligẽs. Sæpe armati inter gladios tuti, mox togati in gladios incidetũt, & seris votis optauere bellum. Quid ruinã morũ, atq; ipsius humanitatis interitum loquar? Quot iã bello viri optimi, pace pessimi euasere? quasi cum armis omnem penitus exuti virtutes, mox cum toga vitia omnia induissent. Sic interior habitus cum exteriore mutatũ est. Cuius quidem rei, & si multa millia hominum in testimonium trahi possunt, tamen abunde suffecerint testes duo, Scylla & Marius, quorũ primũ (vt de illo scribitur) neq; laudare, neq; vituparc quisq; satis digne po

fert, qui dum qrit victorias Scipione se po-
pulo romano, dum exercet sæuitiã Anni-
balem repsitauit. Secundus vero vir fuit, vt
de illo itidem scriptũ est, cuius si examine-
tur cum virtutibus vitia, haud facile sit di-
ctu vtrum bello melior, an pace pernicios
fuerit, adeo quã Rempub. armatus seruauit
eã primo togatus omni gñe, fraudis postre
mo armis hostiliter euertit. Gau. Pacẽ pñe
partam lætor. Ra. Quid si pax interdũ, quod
in hoie optimuʒ est extinguit nutritq; quod
est pessimum? Notum est illud Satyrici qui
cum de causis priscę illius romanæ virtutis
multa dixisset, inter quas est & proxim' vi
bi Annibal, ad extremum intulit. Nunc pa
timur longæ pacis mala, sęuior armis luxu
ria incubuit, victumq; vlciscitur orbem. Est
ne aũt (oro te) vlla pax tanti, vt non odiosa
sit viris egregijs comitante luxuria? Certe al
tius cogitanti depositis licet armis pax vide-
ri nequit, vbi bello domestico vitiorum insidio
sissimo, & carẽte induciis oppugnãtur ani-
mi, boni mores in exilium pelluntur, volu-
ptates imperant, virtus opprimit. Gau. Pax
firma est. Ra. Et pacis comites licentia ac li-
bido, & (vt dixi) discrimina nec pauciora,
nec minora q̃; belli. Illa. n. corporibus, hæc
animis pestem ferunt, sępe etiã corporibus.
Itaq; multis lorica felicior q̃; toga, cãpusq;
securior q̃; thalamus, tuba q̃; tibię, sol q̃; vm
bra. Sũt quibus nil tutius bello sit, quod Iu-

sium Cęsarē pdicantem de se, suisq; militi/bus audisti. Pacem vero si sine vicijs veniret, & cœleste munus, & secundu3 nulli bonū fateor. Raro aūt sine vitijs venit. Gau. Sed feci inducias. Ra. Dedisti hosti spacium ad colligendas vires, quibus fortius te feriret. Gau. Inducias habeo. Ra. Cognatę inducijs insidiæ sunt. Multa p insidias hostiliter fieri vides. plura etiā facta legis, vt nil aliud belli consilia licētius agitantur, liberius cōtrahun/tur auxilia. Quosdam bello inuictos, indu/ciæ confecere. Gau. Sunt mihi cu3 hostibus induciæ. Ra. Ignauū tps, nec pace lętu3, nec bellis exercitū, sed dubijs inter vtrunq; pul/sum fluctibus, vbi & tumor paci obstat, & timor bello, nescio an sit grauius pēdere q̄3 ruere, respirādi tps optare fatigati est. Mise ri āt et isani ē, nec pacē pati posse, nec bellū.

De pontificatu. Dialogus. CVII.

GAV.

D pōtificatū veni. Ra. E tempestate in portum fugi solet, Tu e portu in tempestates sponte fugis. Tu mirus nauta. Gau. Pontificium sum adeptus. Ra. Parum ne difficilis, paru3 grauis vnius ani/mæ tibi cura videbatur, nisi oīum curas in te vnum atq3 oīu3 sarcinas trāstulisses? For tes humeri, an fortis ambitio? eo alos co/gens vbi male sibi futurū sciūt. Gau. Ad pō tificiū ascendi. Ra. Quo tramite videris. Du plex est.n. via. Vtraq3 ad laborē, Altera vero

ttiam ad miseriã ducit, qũacunq; pertexeris, vel te miseruʒ vel vt optime cesserit, ex libe ro seruũ scito, sic qui ascendisse diceris descẽ disti. Vnus iam illoꝝ, quibus canitur ꝓphe ticum illud. Qui descendunt in mare naui bus facientes operationé in aquis multis, q ascendunt vsq; ad cœlos, & descendũt vsq; ad abyssos, quoꝝ aĩa in eis tabescẽte, ꝑp ne gociorũ multipliciũ procellaʒ turbati sunt, & victi sunt, sicut ebrius, & oĩs sapiẽtia eo ruʒ deuorata est. Gau. Sũmi soliũ põtificat ascendi. Ra. Quo mare altius, & vẽti plure, & periculosior tẽpestas. Gau. Romanus põ tifex factus sum. Ra. Quo maior vrbib' ro ma ẽ, eo maior te laborũ moles manet, erũt qui te colant, qui adorent, qui obsideant, ac circũstent, qui tibi serico terrã sternant, auro niueos frenent equos, qui vina dapesq; in struant, ac prelambant, priscis pontificibus inauditum obsequij genus, ex diuerso erũt qui emissis proprijs rebus in te figant ocu los, te notent, de te iudicent, & q̃; iuste deus viderit, qui deniq; mores tuos arguant, ver ba distorqueant, famam lacerent, vitam car pant, qcquid vsq̃; mali erit, q̃si e fronte vni co malorũ, ex te prodijsse dicent, populi di scordiarũq; scelerũq; oĩuʒ vnus tu causa vo caberis, q̃uo inquiet sanum erit ecclesiæ cor pus cum ægrum ac languidũ sit caput? Est ne (oro te) tanti, vel aureum poculum, vel cubile purpureũ, vel gẽmatus vertex, vt quie

tis & famæ ꝑcio q̃d velit. Gau. In summum pōtificē sum electus. Ra. Versa vt libet hac in re tam expetita hodie, quod est totus, vel inane vel durū est, vt nō immerito quidam summi pōtifices tedio rerū victi, nō supplī ciū aliud, q̃ felicitatē illā hostibus suis optauerint. Nā (vt paucis expediā) summus pontificatus, si recte geritur, summus est honor, summū onus, summa seruitus, summus labor. At si male, summū aīę piculū, summū malū, summa miseria, summus pudor, anceps ex oī parte negociū. Gau. Sūmi pōtificatus sedē teneo. Ra. Nō tenebis diu. Breuis est hoīum vita, Regū breuior, Pontificūq; breuissima, eo q ꝓpter pōdus vastatriciū curarū, ætas ipsa pōtificis Romāi tēps angustat, quæ ad hoc culmē nisi admodū fessa vix ꝑuenit. Gau. Sūmi pontificatus in vertice sedeo. Ra. Quo sublimior sedes eo grauior casus, vix ex alto sine piculo aut labore descēditur. Cura vt descēdas sobrie, ne in illo grege reperiaris, de quo dictū est. Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Ex oī quidem mortali fastigio descendendū nemo dubitat, sed hoc interest, qa iustorū ac sapientum descensus, reliquorū vero ꝑcipitiū ac ruina est. Ideoq; poenus ille dux moriens q dixisse fertur, & finis ad alta leuatis est ruere, non improprie ait vt iniustus. Gau. Sūmi pōtificatus artē rego. Ra. Solebant primi ex hoc statu ad martyriū peti. Nūc ad delicias voca-

fi crediẏt, ideoq̃ certatim hic locus appetit, & huc oium ferme mortaliũ vota suspirãt. Quis aũt vel romanũ, vel quẽcũq; põtificatũ aliã cupit ob cãm, nisi quo potẽtior ac ditior sit? Cõtra iustitiæ pceptũ pesse q̃rit nõ pdesse, qđq; sacrilegiũ pudẽdũq; vel dictu ẽ, magnis sæpe muneribus, quin & pactis, & spõsoribus spes emit sacerdotij pinguioris. O vertigo moꝝ pessima, ad qđ olĩ ꝯsueuerãt & deberẽt cogi hoies, id e nũc retrahi nõ pñt, et tã pceps feruet ambitio, vt nõ Xpianus pudor, ac modestia videatur, sed ardor et puicacia paganorũ, quã in hmõi petitiõibus tantã fuisse didicimus, vt de Iulio Cęsare lectũ sit, ꝙ põtificatũ maximuz petiẏt nõ sine ꝓfusissima largitiõe, in qua reputãs magnitudinẽ ęris alieni quũ mane ad comitia descẽderet pdixisse matri osculãti fertur. Domuz se nisi pontificẽ nõ reuersurũ, nec fefellit. Põtifex est reuersus. Liq̃t aũt quo ipetu illi abierit, quo nõ ipetrato, vel moriẽdũ sibi certe, vel exulãdũ eẽ decreuisset, hoc illi aũt vtrũq; licuerit, cui a prima ætate ꝓpositũ fit regnare. Ita vt iniuriã suã putet, si qua ẽ hoc orbe ptãs altera q̃; Cæsar, si tellus vlla duoꝝ est. At Christiano homini cui propositũ fit seruire, dominiq; sui iugum ferre, pontificatum quomodo liceat ambire nõ video, nõ modo largitiõe profusissima sed (quod nõ multo minus est turpe) blanditiẏs atq; mendatiẏs indignis viro artibus, sed cõmunibus

adeo

adeo vt hęc ferè tam vnica sit in altum via?
Gau. Romanus pôtifex sum. Ra. Seruorũ seruus diceris. Caue ne dominuorũ dominus fieri velis. Memento professionis, Meméto debiti, Memento domini, qui merito nullũ magis q̃; vicario læsus irascitur.

De felicitate. Dialogus. CVIII.

GAV.

Sum felix. Ra. Pontificatu forsan, aut Imperio, aut oĩno potẽtia, atq́ opibus felicẽ fieri credis? Falleris. Non felicem faciunt ista, vel miserũ, sed detegunt ac ostẽdunt, & si quid facerẽt, miserũ potius q̃; felicem facerẽt. Sunt.n. plena periculis, quibus humanarũ est affixa miseriarũ radix. Gau. Felix sum. Ra. Opinione fortassis tua, quę qm̃ falsa est, felicitati nihil addiderit, sed miserię multum. Si quidẽ propriã non noscẽ miseriã, miseria summa est. Gau. Felix sum. Ra. Hoc inter carnificum gladios magnus ille Põpeius de se pdicat, qđ tñ (si pfundius verũ fodis) nũq̃; fuerat, ne tũ qdẽ dũ florentissimo in statu felicissimus videretur. O miser q in tot malis te felicẽ speres. Gau. Sũ felix. Ra. Felix es & vnus viator insolitus mirus cursor, q in hoc scrupeo & difficili calle sis felix inter mille pic͡ula raptat iugiter & ignorãs, quo si qdẽ hic es felix (qđ nemo vnq̃; fuit) nemo erit, vt auguror. Nã quis quęso hoĩum felix in miseris? Nemo igitur felix, prius q̃; ex hac miseriarum valle

inigrauerit. Duos quidem e cunctis morta/libus colligunt felices, in quibus opinatissi/mus est Quintus metellus & apud scripto/res rerũ, & vulgo etiã felix. Sed huic tamen quis late iactatum felicitatis nomẽ in qui/busdã exactioribus scriptis ereptum scio in iurijs aliqñ grauissimis & (quod dolorẽ in geminat) vili ab authore susceptis. Iam reli/quorũ falsa felicitas in aperto est. Silla felix tm̃ dictus est, infelicẽ tamen vitæ illum, ac mortis atrocitas probat. Alexãdri Macedo/nis, ac Iulii Cęsaris, & si fortuna ꝓsperrima vita tñ inquieta semp, ac turbida, atq; ideo nũq̃; felix. Vtriusq; mors rapida. Ille in me dio bellorũ cursu, hic post victoriã repente, ille veneno perijt, hic ferro. Scipionũ belli cam felicitatẽ alterius indignum exilium, in digna quoq; alteri⁹ & inulta mors minuit. Lõgum est euoluere singulorũ fortunas. Ad supmum venio. Vnus oium fere oibus fe/lix visus est Augustus Cęsar, Monarchia o/mniũ altissima, diuturna pace, vitę spacio, ac fine suauissimo (quodq; oia superat) mo rum atq; animi trãquillitate ppetua. Quis hunc felicissimum negauerit? sed felicẽ ne/gant quibus hæc scrutandi studium fuit. Obstat.n. extrinsecis fulgorib⁹ interioris ac domesticæ vitæ status, & fortuna lõge alia, naturalis ac virilis sobolis defectus, adopti/uorũ ac nepotũ immaturæ mortes, & quo/rundã morte peior cõtumacia. Ad hęc & vi

lissimorũ quoq; hoĩum insidiæ, & suorũ in se crebræ cõspirationes, & dilectissimæ atq; vnicæ filiæ ac neptis adulteria crebriora, de niq; nõ suus hæres, successorq; nõ placitus & necessitate magis, q̃ iudicio electus, nec oĩno se dignus nec impio. si ho⁊ ergo ne mo felix, vel felicẽ aliũ da mihi. cũ quo felix sis vel sine cõsorte felix esto, vel iã tandẽ veriori sentẽtiæ aurẽ p̃be. Secundũ quã dico iterũ, ante mortẽ nemo hominũ felix. Gau. Ego animo felix sum. Ra. sentio, quã felicitatẽ dicis aut felix igitur errore tuo es, vt ait ille. Quæ felicitas (vt dixi) miseria ẽ, aut virtute animi felix, quæ nec ipsa felicitas plena est, q̃uis sit ad felicitatẽ via. Ad postremum cuncta discutiens me mirari non dissimulo, quã mihi felicitatẽ quidam somniant promittuntq; alijs. Acutissimi hoĩes in multis, hac in parte cæcissimi. Nam siue oĩum cumulus honorũ ad felicitatem isq; indeficiens ac stabilis requirit, & q̃; multa desint homini vitæ studiũ hoc agenti pro se quisq; sentit, & hæc ipsa quæ adsunt q̃; incerta, q̃q; labilia sint agnoscit, siue qđ alijs videtur sola virtus hoc p̃stat certe ipsi, qui secundum virtutẽ vitã agunt quos diffiniunt felices quosq; felicitati proximos nõ nego vitã ipsam p̃petuis tentationũ p̃lijs patiuntur infestam, p̃iculis semꝑ multis, & grauibus expositã, nec vnq̃; ante exitum, securi qđ siue nesciunt, siue sciunt, æque miseri sunt

habendi. Nulla.n.cum errore, nulla sine se curitate felicitas. Gau. Felix mihi ipse videor. Ra. Iam rīsum habes. Si felicē error faceret, paucissimi nō felices essent, falsa ergo felicitas tua est, & ea ipsa perbreuis. Nulli errore diu cōtigit gaudere. Sola quidē veritas solida est. Error tenue quiddam & inanæ, quod inter amplectentium manus, quasi fumus aut vmbra dissiliat. Veniet, quæ vmbras abigat, falsaq́ꝫ gaudia in apertum ꝑtrahat, q̄ felicitati humanę verū ꝑtiū somnijs ponat. Quęre interim ab his ipsis, quorum ꝓxime mētio est habita. Quęre ab oībus, q felices vel sibi, vel alijs visi sunt, vbi nā gētiū quoue nunc in statu sint, de sua illa breui felicitate quid sentiant, tacebūt ipsi, sꝫ loquet̃ veritas testabiturq́ꝫ habitus felices fuisse miserrimos.

De spe bona. Dialogus. CIX.

GAV.

Quicquid in re sit, spem mihi nullus eripiat. Ra. Hanc auferre potest nemo, ipsa sese sensim eripit, & inopinis euentibus sæpe lusa cōsumitur. Ga. spero multa. Ra. Et multa metuas oportet. Sine metu.n. spes non habitat. Gau. Spero bona. Ra, Mala igit̃ times, vt.n. opposita spes timori est, sic aduerso de fonte oritur, & necesse est quod sperare cœperis, eius cōtrariū vt formides. Gau. Spero lęta. Ra. Sed incerta quorū studio certa negligere demētia cer

ta est, qui equidé quod non habet sperat, qđ habet obliuiscitur. Gau. Sperare meliora nõ prohibeor. Ra. Quid si difficilia? Quid si impossibilia? venturaq; nunq;? Quid si peiora, si pessima sunt quę speras? & meliora tibi fingis. Gau. Iuuat in spe viuere. Ra. Dic verus in spe mori. Nam & futura cogitātibus p̄sentia dilabuntur. & qui longinqua prospiciunt quę sub oculis sunt, nõ vident, & qui cras viuere destinant hodie nõ viuũt. Nondum est cuius initium speratur. Ita cum spes ois bõi absentis expectatio sit, ꝯsequés est sperantē pro ea saltem parte qua sperat, mali aliquid pati. Gau. Dulce est sperare. Audio quidem multos hoc dicere, sed hanc ego dulcedinem non agnosco. Nam si sperare, & optato carcere etiam dulce est, quod qui dixerit, haud dubie gustu caret. Gau. Sperare delectabile est. Ra. Ergo & pendere & affici, & torqueri, spes est, & longi supplicij longa spes est, nil sic animũ fatigat, nil sic seniũ p̄cipitat. Itaq; sępe vir sapiés spem perditam lucrum vocat, seq; infinita cupidine liberatum ab expectationibus vanis ad gaudendum bonis suis cogi gaudet. Ga. De euētu sors viderit ego in spe gaudeo. Ra. vide aũt ne qñ forsan in re doleas, & optasse & sperasse, & sperata cõsecutum esse pœniteat. Multos quos suspensa diu torserat ad exitũ spes ducta pessundedit. Multi votiuis & valde licet nõ sat seris lõge spei p̄iere sue

cessibus. Gau. Nemo mihi tollat spē. Ra. Nemo tibi tollat tædiū ac laborē aī. Audisti vetere dici solitū ꝓuerbio. Magnus labor expectare. Ga. Rei bōæ expectat oblāda ē. Ra. Sed & fallax, & anceps, & anxia. Si hoc negas nunq̄ aliqd expectasti, sed se fallentiū inextimabilis turba est quib⁹ ad id qđ agūt nihil prorsus inefficax sese offert, nihil respuit, nulli se negat flecti facilis & falli prona credulitas. Argumentū vero leuitatis ingens atq; amentiæ dixerim possim obuias spes amplecti, & his illico certis vt bonis pasci ad quas docti omnes & experti reꝝ tardi sunt. Gau. Bonam interiꝫ spem habeo. Ra. Interim dicis. Credo dū te illa fefellerit, hic est enim mos inuiti spem deponitis nunq̄ illam relicturi nisi vos illa relinqueret, quæ quum vos sæpe reliquerit (miruꝫ dictu) iterum, atq; iterum redeuntē cupide semp excipitis, progressiq; obuiam quasi obliti veterum nouis armatā dolis inclusi toties cordis arce reponitis. Gau. Spem bonā vsq; ad vltimum non deserā. Ra. Quid si diu ante illa te deseruit? An ne illam retrahes, an sequaris, an expectabis vt redeat? Age autem spera, qn̄ nihil est dulcius q̄ falli. Non ego tibi spem, quā mordicus tenes eripiam, tm̄ illud admoneo non esse spem bonam quā tu reris. Non est spes bona, quæ bonū sibi proposuit, sed quæ bene. Bonū quidem sperare scelestissimi quoq; homines pūt imo

& solent, Vere itaq; bona spes est, quę de ve ro bono rite cōcepta est, Hanc qui hēt striti gat teneat neq; abire eam vel in vltimis si nat sororesq; illi suas iūgat, caritatem, fidē hæc spes læta dulcis, verax felix ē, quæq; nec sperantem fallit. nec confundit, sed ad optī mū prouehit, animūq; interim sperati bōī anticipatione lętificat. At vos seu veꝶ, bonū male meriti speratis, seu malis veris, falsum boni nomen imponitis, Iure igitur vestra expectatio anteq; veniat mœsta est mœsti orq; cum venerit. Gau. Humanum sapio, & de his loquor quæ homines vocāt bona. Ra. Huius nominis doctos olim inter ho mines longa lis fuit, quæ adhuc pendet pen debitq; æuum in omne, his vnū in rebus contra autem illis bona multa ponentibus. Gau. Linquamus ista philosophis. Ego quę vulgus dicit bona spero. Ra. Malum igitur tuum speras, quod vel dilatione te cruciet, vel fasce opprimat exoptato, fac succedat enim quod ad corpus attinet hosti arma pa raueris, qđ ad fortuna varię & immitis dñę subieris iugum, quod ad animū vero ipm magna etiā pars in cladem ac perniciē ver ti queat qm̄ quę delectāt animū, sæpe & læ dūt. Gau. Ieci ego spei bonæ anchoram nec mouebo. Ra. Atqui solent nautæ tēpestate orta nauis anchoram pcidere, si diuelli ne quit, relictaq; illa fugam capere, non enim quod tranquilo mari apud poetam Deus

tenaci anchora fundabat naues. In magnis quoq; pelagi motibus accidit, vbi nō naues fundat illa sed alligat, & naufragio vinctas tradit. Nec hercle aliter inter procellas hūanarum reꝝ spes affixa & tenax, multos in exitium traxit, qui anscissa vtiq; & abiecta spe incolumes euasissent. Sępe igitur subtrahenda spei anchora vel si hęreat euellenda si ne id quidem liceat abscindenda, retrōq; sub fluctibus relinquenda est, vt liberam vitę prorā gubernaculo prouidentiæ dirigas ad salutis portū. Gau. Bene spero. Ra. Bene sperādo & male hn̄do trāsit vita mortaliū.

De hęreditatis expectatione. Dialog. CX.

GAV.

HÆreditatem orbi senis expecto. Ra. Modo te trāquillum p̄dicabas, ipse tibi ne contrarius sis attende, nunq̄ expectatio, trāquillitasq; cohabitant, vix vllum vitę tædium expectatione molestius. Gau. Expecto senis hereditatē. Ra. Nescis qd ille forsan expectet, est ea quidē inter hoīes vulgaris insania, vt fere oēs nō coęuis tm̄ sed iunioribus quoq; diutius se victuros sperent. Inuiti sua de morte cogitāt mortales de aliena aūt libēter, cū tn̄ cōtrariū agere eēt vtili⁹. Ga. Senis hęreditatē spero. Ra. Quid si ille interim tuā sperat? Falli alterutrū est necesse. Quod aūt senes inuenias mortē iuuenū expectātes. Et sane nemo tā senex, qui

non possit annũ viuere. Nemo tã iuuenis
qui non possit hodie mori. Gau. Hęreditatē
orbi senis spero. Ra. Iustius hanc sperabat fi
lius, Iunioré iustior spes elusit. Gau. Hęredi-
tas orbi senis ad me venit. Ra. Quid scis an
ad illũ tua? Gaio Claudius, Neroni Galba,
Domitiano Nerua, Cómodo. Pertinax suc-
cessit, & successionũ taliũ plena est hoiũ
vita. Gau. Orbi senis hæreditas me manet.
Ra. Quẽ nõ fallere possit volens q̃ quẽ no-
luit fefellit? Cui superuiuere nequeat, qui fi-
lio supuixit? Gau. Orbi tã senis elogio scri
ptus hæres sum. Ra. An in tabellis forsan
adamantinis vnde non facile delearis? An
ignoras q̃; leuibus causis testamẽta mutent
senes? Multis in ipso vitę exitu, qđ p oẽş vi
tã voluere displicuit. Gau. Hęredẽ me vult
orbus senes. Ra. Pót uolle. Nihil est aũt indi
gnantius orbo sene ac diuite, vbi sua diligi,
seq; sperni senserit actũ est. Gau. Hæreditas
orbi senis promissa est. Ra. Ea vtinã inno-
cẽtia atq; ea mortalib⁹ fides esset, vt et nũq̃
nisi honesta ꝑmitterẽt, & semp ꝑmissa ser-
uarent. Nunc nec promittendi modus, nec
promissa fallendi pudor vllus, quod in hæ-
reditate potissimum licere sibi hoies putãt.
Itaq; voluntatem testatoris ambulatoriam
vocant nõ te exẽplis ꝑmam, nota res est. Le
gisti (Credo) quibus hoc accidit, nõ solum
vt viuẽtis ꝑmitteretur hęreditas, sed sũmo
etiã morientis amplexu, & osculo, annulis,

quę aureis donarentur, qđ apud illos indubię successionis iudiciū erat, cum interim & hęredes alij, & eoꝝ mētio penitus nulla esset in tabulis testamēti tm̄ media de morte perfidia ausa est, te ne igitur viuorū fraudibus immunē reris? Cum dolis morientiū circūuentos legas, summos et & illustres viros. Nam (ne singulis immorer) genus hoc ludibrij passus est Lucius Lucullus vir amplissimus (quoq; ē altius) Augustus Cæsar Horrenda longeq; mirabilis libido fallēdi quę nefarias animas nec in morte destituat sed sic est mos & tu promissa in hæreditate spem defigis, quā frustrari possit, & vita longior testātis & breuior fides, q̄;q̄; his cessantibus mutādi cā propositi possit esse iustissima suus heres, noua seni oriens progenies Siquidem octogenario maior Cato filium genuit, nonagenario iā propior Masinissa. Idq; hac etiā nunc ętate nostris senibus euenit, qui vtinam priscis illis vt gignendi vt sic vigore animi pares essent. Quæ cum ita sint, hæres certe legitimus captatori obstat, atq; improbā spem ꝑdidit. Gau. Iam testamento senis hæres sum. Ra. Sed viuētis forsitan, & victuri. Testamenta aūt in vita fiūt, in morte firmantur, funus & cadauer cogitas Lupus quidē expectatione lassandus & inedia. Gau Hęreditas ad me recto calle ventura est. Ra. Quid ꝙ vt testator, sic hæreditas casibus subiacet vt neq; semꝑ quem ve-

lis habeas, hęredem, & sępe nil aliud q; ina næ nomen sit hęreditatis? quid q interim vasto ꝑtio parua res emitur, dũ senez, & obsequium submissum, & indignę viro blandicię promerẽtur. Nulla est tãta vtilitas, quę decoris impendio ęstimãda sit. Gau. Nullo legum, aut fortunæ obicę hæreditas ad me venit. Ra. Vnde id nosti? cum sit scitũ illud Marci Catonis sapientissimi senis dictũ. Sępe inquit audiui inter os atq; offam multa interuenire posse. Esto aũt nihil interueniat sed ad te sperata ꝑueniat hæreditas, nõ manebit tecum, sed a te rursus ad alios migrabit. Volubilia sunt bona mortaliũ, rotundã nũmi ꝑcipue formã dicunt vt perpetuo rotetur motu. Quę nuisti hęreditatẽ successori tuo mœstus forsitã gauisuro, solicitus ocioso & spasti de alio, pp qđ idẽ alij de te sperẽt.

De Alchimia. Dialogus. CXI.

GAV.

Pero alchimiæ ꝓsperos exitus. Ra. Mirum vnde id speres qđ nec tibi vnq; vere accidit, nec cuiq;, & si accidisse nõnullis fama fuerit, ab his ficta quibus id credi expediret. Ga. Spero Alchimię successum. Ra. Et quem q̃so ꝑter summũ, cinerem, sudorem, suspiria, verba, dolos, ignominiam. Hi sunt. n. alchimię successus, quibus inopem nunq; ad diuitias euectũ, multos a diuitijs ad inopiam redactos sępe vidimus. Non tñ illud attenditis, tam blandus

est sperare & falli, huc agit vos auaritiæ sti-
mulis impulsa dementia, vt verum opine-
mini qđ optatis, falsumq; qđ cernitis. No-
sti ne aliquos prudentes in reliquis hac in
sania laborare? quosdã opulentissimos hac
vanitate consumptos? dũq; opulentiores fie
ri student & fœdo q̃stui inhiant, bene parta
prodigere, cẽsuq; omni in superuacuis effu-
so tãdem necessarijs etiam destitutos, alios
ciuilitate desposita mœstos semp atq; anxi-
os, dum nec cogitare aliud q̃; folles & for-
cipes & carbones, nec alijs q̃ suę hęresis ꝯui
uere didicerunt in siluestres pene homines
euasisse nonnullos denicq; amissis primum
animi luminibus, in hoc exercitio corpore
os insuper oculos amisisse? Ga. Promissum
ab artifice aurum spero. Ra. Refert cuius ar
tis artifex quid promittat. Sunt quibus pro
mittentibus nihil credi possit, eoq; minus si
promissum iusiurãdi religiõe firmauerint.
Sed o cœci paꝝ ne erat veris in metallis q̃
terra fert furere, nisi vos mendacio defossa
torquerent? Paꝝ ne a virtutib᷒ aberrasse ni-
si errori dãnũ, dãno labor, & labori pudor
accresceret? Hic qui tibi aurũ suum spondet
cum tuo auro improuisus aufugiet. Noui
nihil narro, mos est publicus, & q̃uis igne
cõmissa fraus sæpe igne purgetur, nihilomi
nus tu delusus deceptoris tui supplicio non
indemnior, sed notior remanebis, digitoq;
mõstraberis auarus ac stolidus flãdo exhau

stus, flammis afflatus aspersusq; fuligine.
Gau. Magna, mihi promittit Alchimista.
Ra. Dic vt ea sibi pstet, quę promittit aliis,
primumq; suam pellat inopiam, est.n. fere
mendicum genus hominum, cumq;, se pau
peres fateantur, ditare alios volūt, quasi alie
na illis q̄ propria molestior sit paupertas.
Sic vt miseri, se alios miserari dicere solcant
impudenter & ignotis etiā interdū magna
promittere. O turpis pmissio & o stulta cre
dulitas. Gau. Alchimiæ artem didici diues
fiam. Ra. Immo quidem, si fuisti esse desi-
nes. Ars nempe quā memoras nullas esse
nisi mentiendi artem dicimus, ac fallendi.
Age aūt quādo ita fert animus & incūbe, p̄
dico autem tibi, quod te lucrum ex hac ar-
te maneat, Domus tua miris hospitibus, ac
miris erit impedimentis plena. Erunt ibi
esores, & potores, idq; haud imerito, quos
ignis exsiccat, & cupiditas. Erūt sufflatores,
deceptores. derisores, oīs angulus habebit
pelues, & lebetes, & phialas olentiū aquarū
herbas p̄terea p̄egrinas, & externos sales, &
sulphur, & distillatoria & caminos. Deq; his
omnibus tibi in fines curas inutiles, & stul
titiam cordis, oris obscœnitatem, & squa
lorē, & caliginem oculorum, ac solicitam
cōflaueris paupertatem, qđq; his omnibus
pene peius dixerim, circulatoris nomen,
& nocturnis in tenebris, atq; infames in-
ter latebras furū vitam, Gau. Spero effectū

propositi votiuũ. Ra. Sperare hinc forsitan & gestire dabitur non gaudere. Gau. Ad ꝓpositi terminum propinquo. Ra. An Mercurium cõgelasti? An quid aliud vanitatis nunc maxime a proposito longe es, semper rebus aliquid defuerit, dolis nihil.

De promissis aruspicum. Dialogus. CXII.

GAV.

A Ruspices mihi multa pollicentur. Ra. Inuenisti ecce aliud genus hominum cui si credas, semper pendeas, semper speres. Nam neq; res vnq̃; aderũt ꝓmissę, neq; enim vnq̃; deerunt, promissores sic res hinc profugas captans, hinc promissis impulsus Ixionio semper more rotaberis. Gau. Spem bonam mihi tribuũt aruspices. Ra. Nõ maius spẽ est credulo, q̃; metum pauido inferre, constantes animi neutrã in partẽ facile inclinant. Gau. Multa vndiq; mihi ꝓmittũt mathematici. Ra. Nihil promptius q̃; promissis affluere ijs qui carent pudore, quos mentiri autem pudet ad promittendum tardi sunt. Gau. Læta spondent mathematici. Ra. Sponsores quære alios seu pignus, promissi fragile genus est, nudo verbo male creditur. Gau. Multa ꝓmittunt mathematici. Ra. Quære qui promissum impleat satis est spem dedisse, non potest vnus dare omnia. Gau. Promissus aruspicũ expertectus sum. Ra. Cõsopieris euentibus nihil eueniet ꝓmissorum. Gau. Ma-

gna iubeor sperare. Ra. Mirum vt animus hominis qui virtuti contumax est, vanitati vero nimis obediens. Vnum aliquid, idq; optimum iubeat illa contemnitur, quicqd hęc iusserit difficile licet ac pessimum pare/tur. Gau. Mathematici lęta pronũciant. Ra. Miri homines futura sola qui nouerint, pte/ritorum, atq; præsentium ignari, & quę in cœlo fiunt ita nuncient, quasi concilio cœ/lestium interfuerint, recentiq; nunc inde ve niant memoria, cum tamen interim quid in terris, quid in patria, quid in domo, qd in thalamo suo fiat nesciãt, Sic penitus ve/ru est qd apud Tullium legis, qd est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas. Gau. Magna nunciat mathematicus insignis, & Verax. Ra. Quo diuinus insignior & mẽtiẽ di libertas maior, & fides pronior menda/cio est. Sæpe quidem mirari soleo, nosterq; nõ immerito miratus est Cicero, quid hoc in genere nouum insuetumq; accidit, vt cũ in cunctis hominibus multa vera memora bili vno mendacio obscurentur, & suspecta fides in posterum loquentis fiat, in his con tra grauibus mille mendacijs vna leuis ac fortuita veritas, velum quoddam & mẽda cĳ publico fidem quærit, si quãdo vel semel (quoniã nemo tã mendax vnquã fuit quin quandoq; verum viceret) noles etiam, aut ignarus vni horum veri forte aliquid efflu/xerit actus est, si casura hodie de cœlo astra

denunciet credetur. Deniq; sine vlla suspitio-ne mendacij mentiri potest omnia quisquis semel potuit non mentiri. Vnũ enim illud memorat pceps in futurum prominens, & pteriti sic oblita credulitas, ac deceptoribus suis faueris. Gau. Diuinis læta nunciantib' credo. Ra. Furẽtibus credere furor est. Certe quãuis hic Cicero videatur sensisse aliter, cõuenientius huic rei nomen a Græcis inditũ q̃; a vestris iudico. Latini enim a diuis seu a diuinitate diuinationẽ, illi autem quod est mãticen a furore dixerint. Vos fortassis ornatus, at illi verius. Hãc sacri doctores vno omnes ore condemnãt, Ambrosius, Augustinus, ceteriq;, q si forte (quãdo inter multos hic quoq; mos pestifer inualuit vt inter hos garrulos in q̃stione veri ob ipsum professionis suæ nomẽ suspecti habeantur veræ fidei professores) auditi non erunt, cum omnibus idẽ sentientibus, qui sunt innumeri, & quãuis diuinationem improbent diuini viri, quid tandem causæ est quidue suspitionis vt non audiendus vnus & in multis primus ac maximus illorũ Cicero videat? Certe is totũ hoc illusionũ ac fallaciarum genus dãnat, ridet ac despicit, & ad summas omissis, q̃ locus iste nõ capit, oĩs nõ tm̃ pia religio, sed vera quoq; philosophia & q̃ illã calle suo sequitur poesis, nec sancti mõ, sed etiam docti omnes hanc respuunt vanitatem, præter illos solos, qui vel hinc viuunt

vel ab

vel ab his seducti in eorum tendiculas lapsi sunt, quorum damnis atq; erroribus lucrum sibi atq; artem faciũt, in qua illud summum ac pcipuum obscuritate fraudem tegere, & sic biceps ambiguumq; responsum dare, vt prædictum videri possit quicquid euenerit, quod omnibus futuri noticiã professis in commune prouisum est, qua in re non ars ipsa quę nulla est, non ingenium, quod sine literis rerumq; noticia nudum est, sed illorum calliditas, & audacia, & impudentia ipsa mirabilis, vnde quod festiue admodũ ait Cato ille rigidus, mirari se q non rideret aruspex aruspicem cum vidisset, id ad omnes ęque augures, aruspices, sortilegos, coniectores, caldeosq;, et mathematicos, ac totã quam dixi manticen trahi potest, tam incertum est an illorum fraus turpior an ridiculosior vestra dementia. Illorũ tamen argutijs, atq; ratiunculis respondere facile, sed prolixũ est notumq; adeo tãq; a notis ac illustribus agitatum, vt non superuacua tantũ repetitio, sed temeraria videatur. Vestræ autem ineptissimæ vanitati, quid aliud dici potest nisi dignos vos, qui ab homunculis nõ terrestribus modo sed luteis, & nullius nisi qua stultos ludant notitiã artis habentibus sciencię insignis obtentu, & cœlo insuper authore falliamini. Gau. Persuasum est mihi prospera instare, quorum expectatio dulcis læta, & trãquilla est. Ra. Immo quię

ñem amara, tristis, turbida, sed vos sensu p/ dito de obiecto sensuum iudicatis. Persua/ sum sane nullo negocio crediderim. Prom/ ptum est persuadere volentibus, quibusdam persuasor necessarius non est, ipsi sibi sunt vates & occursus animantum, volatusq́ auium, & garritus lætum in augurium di/ cũt. At si quoties te ista fefellerint recogitas, si de hac re vicinos interrogas, nisi vel tu vl tro te fallis, vel illi participes erroris quęrũt facile deprehendes, quorsũ his pstigijs cre/ dendum sit. nisi tres illi summi hominum rerumq́; moderatores Pompeius, Crassus, & Cæsar iurati forte contrariũ dicturi sint, quibus quod constat magno quidem omni umq́; familiarissimo teste Marco Tullio, Caldei omnes aruspicesq́; promiserant, ꝙ pclaro fine omnes beati senes in patria mo rerentur, idq́; q̃; verum fuerit non expectas audire ferro omnes duo miserabilius q̃; lõ gissime ab Italico Romanoq́; orbe, sectis fœdoq́; ludibrio recõditus veneratis illis to toq́; diu formidatis orbe capitibus reliqua inhumati, ferarum & piscium morsibus, ac volucrum rostris expositi cœci, & laceri, mi serandũ fortunæ spectaculũ iacuere. I nunc diuinosq́; vates nega, qui tam certa prænun tiant. Gau. Gratum augurium notaui. Ra. O amentiam importunam, miser homo suc/ cessuũ noticiam suorum quæ sibi nulla est a volucribus sperat. Quid hoc stultius fieri

potest? aquila si dijs placet, & Deiotarum re-gem visa aquila impendenti ēripuit ruinę, & Agrippę hebreo instare carceris exitum, finemq; miserie, ac prosperitatis initiū nunciauit supra verticem sedens bubo auis, aliq qui infamis cuiusq; Vergilij carmine carmen ferale describitur. Gau. Lætum omen incidit. Ra. Omen ab homine dictum nomen humanę dementiæ argumentum est, quo aliquid semper non externarū modo rerum sed earum quoq; quæ in vobis sunt animos in errorem trahat, ne deliramentis anilibus vlla pars rerum vacet. Itaq; & sternutamenta seruorum, & natorū fortuito lapsas voces eo trahitis, non quo vis illarū sed quo vestra cupiditas vocat, scilicet quia Cēturio ille dixit. Hic optime manebimus, ne mundi caput transferetur causa fuit, aut quia persam perijsse flens infantula profecturo in bellum nunciauit patri vinci Macedonum Regem cōsequens iudicatū est. O humana mens ebria, & mirabūda, q̄; facili impulsu erroris in foueas ruis. Gau. Lęta aderant consopito. Ra. Mœsta aderūt experrecto. Gau. Læta dormiēs videbam. Ra. Mœsta vigilans videbis. Gau. Felix eram per quietem. Ra. Misereris per laborem. Sępe nihil somnia denuntiant, & sæpe contrarium. Gau. Sæpe vera videntur in somnijs. Ra. Quanto sæpius falsa. Parest autem huius & reliquarū huiusmodi vanitatū ra-

tio, vnum casu incidés ve‍ꝝ in numeris falsis astipulatur, venturoq; inhians preteritu‍ꝝ mēs nō videt. Gau. Multa nunciant diuini. Ra. Impostores ego hos nō miror, qui de more suo pascuntur artificio, sed vos stupeo qui illo‍ꝝ ventri animas & ingenia vestra submittitis, proinde quid tu ten eas videris, si me sequi voles expectabis, æquanimis & tranquillus, non qd astra de te sed quid astrorū creator ac regnator sanxerit, agēs aliquid in dies ardētius, quo illius amore fias dignior. De euentu nō tibi veniat in animum solicitare istos qbus ignotior est veritas q̄; tibi, deniq; sic habebis, futura nosse durū homini, nec licere si expediat, nec expedire si liceat.

De læto rumore. Dialogus. CXIII.

GAV.

Laetus rumor insonuit. Ra. Noli famę credere, mendax est. Gau. Multi lætos nunciant rumores. Ra. Sępe tutius vni credit. q̄; multis. Quot totnūcijs affertur falsum penitus esse non potest. Ra. Mos famæ vulgaris notus est, veris falsa miscere. Paucis veris multa mendacia cōdiuntur. Omnia mentienti nihil creditur. Gau. Rumoris author primus verax est. Ra. At nemo quantū audierit, aut viderit referre cōtentus est, nihil est actū nisi pro se qsq; aliquid auditis adiecerit aut visis, quod cum multi fecerint, auctū breui mendaciorū videas aceruum, sic per manus (vt aiūt) tradi

ẽum inter manus etiã crescit malũ, quod q̃ ait eximius Poeta, Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. Gau. Hactenus lętissima fama est. Ra. Quid si mulcet, vt feriat? sępe lętum rumorē mœsta clades sequitur. creber hic fortunæ stilus, vt profundius vulneret spem promittit, cuspidemq; vulnificam lęti cuiuspiam rumoris illitam dulcedine iugulo gaudentis infligit, quod vir doctus intelligens lętis nuncijs nõ quatitur, hęretq; immobilis secum voluens vel ꝯtrariū esse, vel id ipsum quod tam faustū videatur in ꝯtrariū verti posse. Gau. Læto rumore moueor. Ra. Expecta saltem, dum & certus sis, tunc quoq; virilem animũ rumusculis agi turpe est, licet veris, falsis vero turpissimũ. Multos gauisos esse puduit verumq; mœrorē auxit falsi gaudij memoria.

De filij vel amici expectatiõe. Dia. CXIIII.

GAV.

Spero filij reditum. Ra. Speras gaudium solicitum, & propinquū metum. Gau. Spero amicum reuidere. Ra. Rem ꝑdulcem speras sed fallacē, fragiles res hoĩum statu tremunt, forsitā quæ expectas iā nunc obijt. potes hoc probasse si vixisti. Impedimētoꝝ mille sunt genera. Vnũ cõmune oĩbus mors. Gau. Amici ꝯspectus exoptatum spero. Ra. Sunt hęc fere cõiuncta optare, & sperare, sed multis assidue casibus disiungũtur, q̃ multos credimus fuisse

Romæ q; cupidis animis Marci Marcelli, huius vltimi reditū expectantes? Cōtra aūt vir, medio hostis illū crudelissimus expectabat, cuius potentior fuit imanitas, q; victoris clemētia aduersariū ab exilio reuocātis. Potuit igitur Cæsar pcibus senatus Marcello veniā dare, Nō potuit Marcelli cliēs grauę magis pati, vt is Cęsaris beneficio vteretur. Gau. Spero amicū & expecto hoste quolibet carentē. Ra. Quis est hic hoīuz hoste carens? vt sit aliquis priuatoꝝ expers, an publicis inimicitijs quisq; vacat? sicarioꝝ dico & pdonum, qui auaritia duce bellum humano generi indixere. Finge aliquod taz benignum sydus, vt hęc pestis terris exulet, alias quis arcebit vehiculoꝝ & equoꝝ lapsus, fluuiorū ac torrentiū insultus & ruinas pōtiuz ac tectorū, equoreasq; & aereas tēpestates? Adde ferociū incursus aīaliuz, quibus non singulos tm̄ hoīes Dicearchus curiosissim° indagator rerū taliū, sed quædā hoīum genera docet occubuisse. Et ad summaz quot sunt casus humanaꝝ reꝝ, quoꝝ nullus ē numerus, tot sunt hoium hostes, qui spē tuaz (non dicā) retardare possint sed extinguere, vt nihil interueniat Mors quā dixi & cunctibus & stātibus vbiq; contigua est, nisi itinerantibus eo fortasse vicinior & quo iter, & vectatio, & locoꝝ cōmutatio plurib° casuuz generibus videtur exposita. Gau. Spero amicuz prospero exacto negocio reuersuꝝ. Ra.

Quã gloriose, q̃ prospere res gesserat Dru-
sus Nero diui Augusti priuignus vt oibus et
hostib⁹ domitis carus esset, ita vt eu3 paulo
minus adoraret, quorũ mirificos affect⁹ er-
ga illius memoriã, vsq; ad hæc tp̃a, si vnq̃
Germanorũ inter proceres fuisti, te sentire
arbitror potuisse. Certe illa gesserat q̄bus ve-
re gloriaretur qđ Romanis in saxis, primis
aliquot syllabis casu aliquo deiectis, nũc et
sculptũ viget his versiculis. Ad diuortia Rhe-
ni peruasi hostiles depopulatus agros. Dum
tibi Roma decus æternaq; sudo trophea, Hi-
ster paccatis leuior ibit aquis. Talem hunc
iuuenẽ qualiter expectabat mundi dñs Au-
gustus, qui eum sibi filium fecerat amãdo,
qualiter Liuia Augusta, cui natura illu3 ea-
rum fecerat cariorem virtus, carissimũ reo
fratris ignauia, qualiter deinde frater ipse,
qualiscunq; erga alios, tãti certe fratris ama-
tissimus, ad postremu3 qualiter Roma ipsa,
atq; vniuersa Respub. quæ de nullo tũc ho-
minũ, sic pendebat. Quid ergo? Quis tam
multiplicis spei finis? expectatum Drusu3,
inexpectata mors abstulit, morbo quod cō-
stat raptus, et quod magni sunt authores ex
fractura cruris equo superlabente suscepta,
q viuus victor reuersurus sperabat in pria-
exanimis est reuectus. Quis filium huius
loquor Germanicũ? Nulli⁹ credo vnq̃ hoīs
expectatio maior fuit, Non hunc pater, non
Augustus, ambo iã defuncti, sed Roma oīs

expectabat tāto desiderio, quasi toti⁹ vrbis vnus animus. is q;, & viduæ, & nō nisi vni/cū habentis filium matris esset. Itaq; ad primum ægritudinis suæ nūcium attonita pe/nitus, ac deiecta ciuitas, vultusq; omnium, atq; habitus mutati, & mœstum tota vrbe silentiū fuit. Vbi aūt lętior fama incertis licet authoribus superuenit cōualuisse illū, & viuere, subitus clamor, atq; felicissim⁹ vndiq; sublatus ipsum quoq; Tiberium excitauit, cōcursusq; in capitoliū ingēs factus, & pene conuulsæ templorū fores ad persoluēda vota, agendasq; dijs gratias, victa nocte lumi/nibus, fractoq; vocibus silentio gratulādo, canentiū, salua Roma, salua patria, saluus est germanicus. Quis vero tādem rei exitus? Is nempe qui humanis in rebus est creberri mus. Venit nuncius certior obijsse Germa/nicum, hinc publicus dolor, ac gemitus, nō edictis, aut diebus festis, aut vllis oīno cōso lationibus coerceri quiuit. Nota est historia libro Cęsarum. iiij. Gau. Spero iuuenem filium reuersurū. Ra. An hi parū iuuenes de quibus dixi? accipe iuniorē, Marcellus eius/dem diui Augusti nepos ex sorore, quātus putas expectaretur ab auunculo, q cum sic d lexit, vt Vergilianū illud carmen nobilis/simū, quo summus vates adolescentis illius pene pueri memoriā honestauit, sine lachry mis audire nō posset, & actori silentim im/peraret? Quomodo mater Octauia, q illus

sic amauit, vt vsq; ad vltimum vitæ suę finē quasi tunc extinctum continue deploraret, oēmq; consolatorē, non tm̄ ptemneret, sed odisset. Quid hæc aūt, & qd putas? nisi qđ cæteri, non rediit, sed relatus est, & Drusum quidem non qualem acceperat Germania Romæ, Antiochia Germanicum, Marcellū Baiana restituit, vestrarū expectationū sors cōmunis, tu tibi nunc aliā fingis, & sors veniet quem expectas qui cum venerit fortassis, vt abeat, et sperare īcipies et optare. Gau. Amici absentis aduentum spero. Ra. Quis miretur expectari viuos, cum mortui expectētur, vt perhibent? quod nisi inter fatuos veri faciem non habet Arthusium Britones expectare fama est. Neronem principē mūdi sub fine rediturum quidam somniāt. Vita vestra ab initio ad extremum non modo īmis expectationib' plena, sed ipsa expectatio vana. Id sic esse si non vides aut modicū vixisti, aut nimium, quid hic agitur neglexisti. Gau. Expecto villicum rure venturum. Ra. Aut domus arserit, aut messis euanuerit, aut pratum exaruerit, aut bos obierit, aut vites grando percusserit, arbores turbo euulserit, arua torrentibus inundarint, aut apes auolauerint, locustę satis insultauerint, columbos corui et mures, pullos vulpecula, agnos lupus inuaserit. Hi fere rustici sunt rumores. Gau. Vxoris aduentum spero. Ra. Si hoc speras, quid iam metuas ignoro. Sic est

tamen. Sunt & qui expectent coniugem, & qui febrem.

De expectatiõe melio℞ tpo℞. Dialo. CXVI.

GAV.

Pero tempora meliora. Ra. Omnia fere tempora æque bona sunt quia creator tẽporuꝫ ęque bonus est semper. Sed vos temporibus bonis, male semper vtimini. In hoc, vt in alijs culpas vestras rebus ascribitis. Fac vt homines boni sint, et tempora bona erunt. Gau. Tẽpora hęc stare nequeunt, lætiora succedent. Ra. Nullum tempus stat cuncta ꝑtereunt, cumq; transierint, nec redeunt, virtute, & industria, bonarumq; artium studijs frenari possunt, non quin fugiãt, sed ne pereant, nihil est autem dulcius bene impẽsi tẽpis memoria. Sed vos nulla re vel scientes, vt oportet, vbi omnem vitã, vel in somnũ, ac desidiã, vel in solitudinem, atq; vsus pessimos effudistis, tp̃s innocuum accusatis. Nunquid mentior infantiã, ac pueritiam in vanos ludos, adolescentiam ac iuuentam in libidinem atq; auaritiam, senectam & senium in querelas ac lamenta cõsumitis? Quęnã hæc temporũ culpa est? Fluunt illa fateor, hæc natura est. Vos illa (dum datur) occupare negligitis, non est natura ista, sed culpa. Vos naturam culpatis, culpam excusatis, res non noua. Gau. Spero lętiora tẽpora. Ra, Lętitia seu tristitia tẽporũ (vt dixi) non in tẽporibus sed in vobis

est. Eo autem, quo intelligis nō modo lętiora tibi speranda esse, sed tristiora perpēdes, si ad ætatem ipse tuā respicis, quę in dies tristior (vt a poeta describit) & plerisq; in senibus inuenitur, & sane si oculos in terga reflexeris & numerare, atq; æstimare annos tuos cœperis, simul icipies despetare quod speras. Non est cur mutari cursum rerū speres, nō meliora instant tempora, vereor potius ne peiora, cur quęso? nisi quia peiores erunt hoīes, quod & magni diuinarūt viri, & apertis indicijs res declarat, nisi vos mortales bonæ semper spei magnum aliquid de vestra nobili ac modesta iuuentute pcipitis, a qua ego quidem opinione longe absum, nihil enim boni penitus mens psagit, sic in vitium, ac ruinam prona sunt omnia. Gau. Mala sunt tempora, meliora venient. Ra. Omnem ætatem de moribus suis questam inquit Seneca. Addo ego omnem habuisse quod quereretur, habituramq; omnē cūctis sæculis quod queratur. Gau. Spero lętiora tēpora. Ra. Vna est ad hoc via, qua lætiora sibi habeat, nō expectes. Fac ipse tibi lætiorē animum, quod sine virtute fieri nequit, vbi hoc feceris læta erunt omnia, triste nihil. Gau. Meliora tēpora expecto. Ra. Vt veniant qđ est dubium, certe illis venientibus tu recedis. Quanto est tutius rite vti pñtibus q̄; anxie expectare, quæ vel forte non veniāt, vel minime sis visurus.

GAV.

P Rincipis aduentum spero. Ra. Vt multa timentur quæ optanda, sic multa sperantur quę timenda sunt. Vtranq; in partez penuria iudicij multa est. Gau. Spero principis aduentū. Ra. Quanto sperare honestius libertatē. Nā profecto qui dñm sperat, seruitutē sperat. Gau. Spero pricipez vēturū. Ra. Et illius cōe oīum malum speras. Fuit.n. quādo & principes impium, & principem populi poterant sperare. Nūc imperiū principi labor est, princeps populi pernicies. Gau. Principem vēturū ego & res publica speramus. Ra. Tu vero quid priuatim speres videris, in quo ipso facile falli potes, spes hęc reipubli. stulta est. Quis.n. nisi amens speret, aut cupiat, qđ pestiferū toties sit expertus? Gau. Spero principem vēturū. Ra. Et secū simul motus rerū varios, mutationes vrbium, noxias nouitates, famez, pestem, bella, discordias, hæc vel vniuersa, vel singula modernis cum principibus venire sunt solita. Si hæc placent Principem spera, vt nil hoꝝ formidabile sit, ipsius certe inane iam imperij nomen est plenū famæ, & rumorū. Boni aūt oīs effœtum & solius vmbræ vetustatis innixum. Gau. Spero vēturū principem. Ra. Ego te vero munitū velim, vt quoties aduentantē audieris, credas te tonitruū aliquod preambulum fulminis au-

stre, nec sperare incipias sed timere potius, si etiam alterũ labi oportet. Timere.n.aduersa, & si ꝯtrarium sit virtuti consentaneum est naturæ. Sperare aũt mala, & naturæ est oppositum, & virtuti. Gau. Spero mox prīcipẽ affuturũ. Ra. Cũ p̄sentem videris scito te infaustũ Reipub. sydus aspicere, vel memoriã ipse tuã, vel parẽtes interroga, tuosq; auos & proauos, ita esse repies vt dico, Idq; tu filijs & nepotibus tuis annuncia, ne ipsi quoq; aduentum principis stulti sperent. Dic.n. quæso, quãdo vnq̃ vel minutę leonis aduentum ferę, vel affuturã aquilam auiculæ sperauerint? Liceat verũ loq stultissimũ, & mali sui semper auidissimum animal est homo, cęteris capiẽdis esca opus est, homo solis famę sibilis capitur.

De famę spe. Dialogus. CXVIII.

GAV.

Eritis post obitum famã spero. Ra. multi famã se mereri sperant, cum infamiã mereantur, & ceu viatores erronei dum accedere æstimãt, retrocedunt. Gau. Famosus sum in vita, famosiorq; post mortem ero. Ra. Est hoc fateor in nõnullis verũ, vnde & Anneus Seneca in epistola q̃dam habiturũ se gratiã apud posteros vaticinatur. Et Statius Papinius p̄sentem famã, benignum iter suo opi ad futuros strauisse ait. Et Ouidius Naso sibi nomen indelebile futurũ, seq; ore populi legẽdũ, per quę omnia

ma fæcula fama victurus ꝓfagit, neq; hercle vllus horũ fallitur Sed q̃;multos putas ide3 sperãtes suã fefellisse spem? Multi hoc idem de seipsis crediderunt, forsitã & scripserunt, nec quod sibi promiserant impleuerunt. Gau. Si famosus sum dum viuo, cur nõ famosior sum post morte3? Ra. Quia hoc cotidianum & vulgare est, vt multi in vita famosi & clari, post obitum sint incogniti & obscuri, miraris? causa rei huius in promptu est affabilitas quædam, sermo comptus ac lepidus, blandũ supercilium, clara frons, benigna salutatio, beneficia in vicinos, protectio in clientes, hospitalitas in externos, in cunctos vrbanitas, hæc & his similia viuētibus famam quęrunt, ea vero mox vt hinc abierint non durant, nisi forsitan q̃;diu qui illos nouerant supersunt, quod ipsu3 q̃; breue sit conspicis, quomodo autem durarent non in solido radicata? naturale est vt debiliter, leuiterq; aucta breuiter dillabantur, Vt sit fama durabilis, aut vitæ sanctitas, aut gestorum claritas, aut insignis scriptorũ præstabit elegantia. Rarum decus, Loquaces isti & vrbani qui togati, ac gemmati populorũ digitis ostenduntur, non nisi quantũ loqui poterunt, aut paulo amplius cognoscētur. Durum hos apparatus, tam celeriter, & has pompas, hanc scientię nubem, hæc verboꝝ tonitrua in tenuem fumum euanescere, durum fateor, sed sic est. Nam nec ipsi de se ce-

ſtimonium præbuerunt ambitioni, aut lu-
cro, aut ſomno dediti, nec qui p̄beat meruẽ
runt. Gau. Famam inueniam poſt mortẽ.
Ra. Fama nihil vnq̃ mortuis ꝓfuit, viuis
ſępe etiam nocuit. Quid enim perniciẽ, ac
mortẽ Ciceroni, ac Demoſtheni niſi īſignis
literarũ fama conſciuit? Idem de Socrate, ac
Zenone, & mille alijs dici poteſt, noti oẽs.
Quid vero niſi fama ſcientiæ & ingenij de
dit cauſam filio Gnoſij regis Abdrogeo, vt
ab Atheniẽſibus mactaretur? Quid Oethe
Colchorũ regi Argonautas attulit, delectos
(vt aiunt), viros, vere aũt p̄dones, niſi fama
diuitiarũ? Nam quid ſignificaſſe aliud credi-
mus famoſum illud aureum vellus arietis,
niſi opes multis lateq; vulgatas? quibus di-
uites beſtiales opum q̃ inopes verarũ, velut
arietes velleribus veſtiuntur. Gau. Famoſus
ero. Ra. vt ſit ita, quid hinc magnum conci
pis? eſſet aliqd forte fama, ſi notitia comes
eſſet, vt plerunq; accidit in viuis. Nunc quid
laudari proderit ab his qui te ſi videant non
agnoſcant. Dic. n. quęſo, ſi Homerũ videas,
& Achillem, ſi Vergilium & Auguſtum,
nunquid non ignoti abibunt? Cum tã no
ta & tam clara ſint noĩa. Crede mihi. Spes
veſtræ magna ex parte dupliciter vanæ sũt,
ꝙ nec ſperata proueniũt, nec vt proueniãt,
afferunt quod promittunt. Fere enim plus
in ſpe ſunt humana omnia q̃ in re. Mitti-
te igitur ſpes inanes, & vana deſideria, con-

temptisq; terrestribus iam tandem, & optal re discite, & sperata coelestia.

De gloria ex ædificijs sperata. Dialo. CXIX.

GAV.

E X ædificijs gloriam spero. Ra. Nesciebam calce, & harena, & lignis, & lapidibus gloriam quæri, credebamq; q̃ rebus gestis & virtutibus quæretur. Gau. A edificando mihi gloriam paro. Ra. sed fragilem & caducam. Omnia quæ manu hominum facta sunt vel manu hominum euertuntur, vel stando, & durando deficiũt. Habet. n. manus longæ prẹualidas longa dies, e cunctis nostris operibus nullũ senio resistit. Ruentibus ergo super quibus hẹc tua gloria fundata est ipsam quoq; corruere est necesse. si forte non credis, respice ad antiqua, quæ ignota tibi quidẽ esse non possunt, vbi est nunc Troianum illud Ilion superbum? Vbi Byrsa Carthaginis? Vbi turris, & mœnia Babylonis. Beluarũ nunc habitatio, & serpentum. De Babylone loquor antiqua, altera nempe propinquior, atq; recentior adhuc stat, cito itidem casura, si esset is viri. Vbi sunt deniq; illa, septem illa opera Grẹcis scriptoribus celebrata? Atq; (vt ad propinquiora veniamus) vbi est quẹso illa Neronis domus aurea? quẹ quantũ fatigauerit Archite&os cogita, lectores etiã nunc fatigat, quæ quidem domus vna, cum alijs

ædificandi

ædificandi furoribus, quibus omnes excef
sit ad inopiam illum compulit & rapinas?
Vbi sunt thermæ Diocltianæ, & balneum
Antonianum, & cymbrum Marij, & septi
zonium Seueri, & eiusdem thermæ seueria
næ? Demum vt summam rerum attingam
vbi est Augusti forum, & ædes Martis vlto
ris vbi ædes tonantis Iouis in Capitolio?
& Apollinis templum in palatio? Vbi eius
dem porticus, ab bibliotheca græca pariter
& latina? Vbi porticus altera & Basilica
Gaij, Lucijq; nepotum sub noie dedicata, &
extructa? & porticus tertia Liuiæ coniugis,
sororis Octauiæ, Theatrumq; Marcelli?
Vbi tot opera per illustres viros iussu eius
dem principis, & hortatu, multis vrbis in
locis tanto labore, tantis impensis ædifica
ta? Martij Philippi ædes Herculis, & musa
rum, Lucij cornificij ædes Dianę, Asinii Po
lionis atrium libertatis, Munacij Plancij,
ædes saturina, Theatrum Balbi Cornelij,
Amphitheatrum Statilij Thauri? Innume
rabilia preter hæc opera Marci Agrippæ,
ne vetam per singulos, vbi sunt tot luxu
riosa principum pallatia? Quære in libris
inuenies nomina. Quære vrbem totam,
aut nihil inuenies, aut per exigua tantorum
operum vestigia. Tu de tuis quid speres vi
deris. Certe Augustus omnium supremus,
nisi aliud q; ædificia reliquisset, iampride
eius gloria corruisset, nec vero solum tem
&

pla deorum, quę parauerat in ipsos ędificā/tes ruere, sed pia etiam loca, hac ipsa aetate in eadem vrbe alia ceciderunt, alia tremue/runt, & nunc vix ponderibus suis stant, prae ter vnum Pantheō Agrippe, quod dijs ere/ctum sancti possident, & Maria, quae an/tiquissimam illam domum sui nominis virtute sustentat. Crede mihi alijs q; lapide/is fundamentis eget gloria, vt mansura sit. Gau. Ex aedificijs gloriam quaero. Ra. Quae re illam igitur vbi est, nihil vnq; inuenies, vbi non est, Vera quidem gloria non est in moenibus, neq; in saxis. Sunt fateor rerum vulgo iudices, qui dicant tribus modis glo/riam quaeri gerendo magnu; aliquid quod de te scribant authores idonei, vel scriben/do aliquid quod mirentur & legant posteri vel insigne aliquod opus extruendo, vt sit ista vltimum tamen hoc, omnium, & mi/nimum, ac caducum. Gau. Relinquo ope/ra aedificiorum, quibus moriens ipse mecū glorior, & a posteris gloriam spero. Ra. Glo riatus est Augustus ipse (de quo dixi) q vr/bem marmoream relinqueret, quam lateri tiam accepisset, quae tamen gloria, nisi alijs rebus adiuta esset, quonam fuerit peruentu/ra conspicimus, proinde cum melioribus curis morere, stabilesq; spes amplectere. Ista etenim quibus fidis, & nullius pretij sunt & te illico consequentur, in q; ipsam, vnde sumpta, terram reuertentur. Gau. Aedificaui

domos vnde laudem spero. Ra. Laudabunt forsitan, qui illas inhabitabunt. Breuis laus, & angusta, qui post venient, vel illas non inuenient, vel a paganis (vt vulgo dicitur) factas dicent, tuum nomen ignotum erit.

De sperata gloria, ex côuictu. Dialog. CXXI.

GAV.

Spero gloriā ex conuictu. Ra. Refert
8 multum quibus côuiuas, sunt quidam, vtinamq; non plurimi quorū conuersatio sit infamis. Gau. Scio nisi bonis artibus aut bonorum contubernio gloriam non quæri, Ego hoc vltimo subnixus spero, vel bonorum exemplo bonus fieri, vel si nihil aliud horum, vel familiaritatis solam gloriam mihi fore. Ra. Est id quidem in adolescente præcipue signum optimum qui nisi bonum animum haberet nequaquā iungi bonis optaret. Est enim amicitiarum, ac familiaritatum fere omnium causa, nexusq; similitudo quædā. Age ergo si quos imitaris æquaueris, bene erit. Si minus, modo quod in te est nihil omiseris ipsa voluntas bona, laudis, & gloriæ præmio nō carebit. Prima enim & maxima pars virtutis est bonum velle, quod nisi præcesserit, nō sequitur virtus. Gau. Familiaritate bonorū gloria. Ra. Laudo id quidem modo nec te lucri cuiuspiam nec alia spes inducat, toq;

tua tantum pergat intentio, vt similis illis fias. Alioqui quod propter gloriam solam fit veram gloriam nō meretur. Gau. Ex bonorum conuictu gloriam spero. Ra. Spes quidem magna nec improba, quādo & in scientia, & in eloquentia, & belli pacisq; artibus obseruando, & imitando fit. Multi olim illustres extra conuictu illustrium euasere. Illud vide, ne aut tibi pro bonis ducib* malos elegeris errore aliquo, aut bonorum flebili raritate & virtutum huius ætatis inopia prorsus assequi nequeas quod intendis.

De multiplici spe. Dialogus. CXXI.

GAV.

Multa spero. Ra. Multa in spe multa est vanitas, multusq; fallēdi aditus fortunę. Gau. Spero multa. Ra. Spē multiplicem, multa destituunt. Qui modicum sperat iter casibus arctauit, atq; nihil obstruxit. Gau. Valetudinem bonā spero. Ra. Mortalitatis obliuionem. Gau. Spero longam vitam. Ra. Diuturnum carcerem, vbi multa feras, multa videas, quæ nolis. Gau. Membra viuacia. Ra. Vincla tenacia, grata tamen, vnde metuas absolui. Gau. Formaq; corporis elegantem. Ra. Voluptatū stimulos. Gau. Annorum prosperos exitus. Ra. Pudendi materiam dolendiq;. Gau. Amicę conuentam mortem. Ra. Breue, fœdumq; nescio quid. Gau. Peccandi licentiam. Ra.

Infelix gaudium pœnitentiam longæuam. Gau. Vltionis occasionē. Ra. Aditum seuitiæ. Gau. Agile corpus, ac validum. Ra. Mācipium contumax & rebelle. Gau. Diuitias multas. Ra. Graue sarcinam ex lappis, & tribulis. Gau. E diuersis æquoribus venturas naues. Ra. Late dispersam sorte intra monstra maris, ac scopulos, agitatam fluctibus tractam funibus, pulsam ventis. Gau. Lucrū de conceptis mercibus. Ra. Escam quę te pꝑpetua solicitudine capiat, lucroq; vnico in multa credulum damna pręcipitet, mercator nouus est facilis ad credēdum, expertus multa circunspicit. Gau. Honestas filiæ nuptias, filioue. Ra. Nulla ferme res tam crebro fallit, & tam grauiter. Gau. Magnā potentiam. Ra. Inuidiosam miseriam, opulētam inopiam pauidā superbiam. Gau. Regnum, & imperium. Ra. Præcipitiū, & procellas, & sub stellanti diademate fuscum supercilium, cor anxium infelicem vitā. Gau. Honores fori. Ra. Puluerē & strepitū. Gau. Coniugium, & natos. Ra. Litigium & curas. Gau. Mihi militiā, & vxorez filio. Ra. Tibi laborē, ac dilecto pœnā. Gau. Vetulæ obitum vxoris, & cōiugem iuniorem. Ra. Attrito laqueo dissolui, vt nouo & validą vinciaris. Gau. Ingenium, linguā literasq;. Ra. Incudem maleum, & massam, quibus tibi atq; alijs somnum frāgas. Gau. Laudationem funeri, Ra. Philomenā surdo. Gau.

Auream Pyramidem. Ra. Domum pictam coelo. Gau. Gloriam post mortẽ. Ra. Leues auras post naufragium. Gau. Nomen apud posteros. Ra. Testimonium ab ignotis. Ga. Hæredem meum. Ra. Patrimonio amicus tuo, & tibi ni redeas.

De pace animi sperata. Dialogus. CXXII.

GAV.

ANimi pacem spero. Quid sperare mauis, q̃ habere pacem? Hanc mox vt bona fide velle cœperis inuenies. Gau. Spero pacem animi. Ra. Pacem sperare bellantis est. Quis animo tuo bellum infert nisi vnus tu? quod ipse tibi abstuleris spudẽter ab altero postules, aut speres? Ga. Spero animi pacem. Ra. Vnde precor, aut quando speres quod ipse tibi nunc potes dare? Sic vt illam tibi nemo aliis q̃ tu possit erripere? Pone a[illegible] a cupidinum, atq; irarũ, plenam animo quæsieris pacem. Gau. Spero pacem, & quietem animi. Ra. Quid igitur quod agis aduersum paci est, contraq; tuam spem tãtopere niteris, vix tm̃ deberẽt niti homines vt salui essent, quantum nitũtur vt pereant, Pluris pene, bellum iuge animi, laborq; emitur, q̃ emenda pax esset, ac requies. sic pugnant spes mortalium, ac vota cum studiis, vt non vnius hominis vnus pectus, sed multoruz eorumq; de omnib[9] diffidentium videatur. Gau. Quietem spero

Ra. Mirum vnde vobis hæc libido sperandi semper. O mortale genus, si quid quod speratis adepti estis, rursus spem in longinqua transmittitis, & inde rursus alio, ita ne crastinus dies hodierno sit clarior, & meliora semper futura petentibus. Sunt nempe quibus nil sit gratius quàm sperare, qui spem ipsam speratarum rerum nullis euentibus permutatam velint, quibus ego quid optauerim, nisi vt procrastinantes omnia bonisq; se suis interim spoliantes, inter irritas spes senescant, quo vel sic intelligant inaniter se sperasse, & in tergum versi videant frustra se alibi quæsiuisse, quod secum erat. Gau. Spero pacem requiemq; animi. Ra. Magna pars rerum humanarum vmbra est, magna pars mortalium vento pascitur, & in somnijs gaudet. O quàm multi cum hac spe ad æternos labores, & bella descendunt.

De spe Vitæ æternæ. Dialogus. CXXIII.

GAV.

Spero æternã vitam. Ra. Nulla maior, nulla pulchrior, nulla sanctior spes modo, nõ cœca præceps ve sit. Sunt enim qui semper male agendo bonum sperent, quo nihil est stultius. Gau. Aeternam vitam spero. Ra. Ea est virtutum consanguinitas, atq; connexio, sicut

a philosophis disputatum est, vt necesse sit eum qui vnam habet omnes habere virtutes, cui illud est consequens vna virtutum carentem cunctis carere virtutibus, quod si de moralibus verum est, quid de theologicis opinemur? Itaq; si spem habes, charitatem simul habeas oportet ac fidem, si qua harum desit non iam spes vlla, sed presumptio inconsulta est. Gau. Vitam spero æternam. Ra. Rem bonam immo optimã speras, Illud vide, vt quod bonum agis agas bene. Sunt & qui bona male agant, nec minus infallibilis æstimator, qui qualiter q̃; qd fiat aspicit, nec minus aduerbia q̃; verba librat, ac nomina. Gau. Spero vitam æternam. Ra. Non cœlestes tantum, sed terrestres domini de se sperari amant, sed a quibus profecto ab his qbus se caros, ac dilectos sciunt aut qui si quando forsitan odiosi fuerint, ac rebelles, redire in gratiã optantes ad misericordiam confugerunt. Gau. Vitam eternam spero. Ra. Vitam temporalem corrige, hac ad illam pergitur. Gau. Spero vitam eternã. Ra. Vna omnium spes est quæ si rite illam concipis, & felicem te faciet, & iam fecit. Gau. Æternam vitam spero. Ra. Primum est vt misericordiam, dehinc vitam speres, vtranq; sobrie, ac modeste. Gau. Spero eternam vitam. Ra. O Felix nisi te spes ista fefellerit.

FINIS.

CLARISSIMI POETÆ ET ORATORIS FRANCISCI PETRARCÆ DE REMEDIIS FORTVNÆ ADVERSÆ. LIBER INCIPIT.

E X omnibus quæ vel mihi le-cta placuerint, vel audita, nihil pene vel ĩsedit alti⁹, vel tenaci-us inhesit, vel crebrius ad me-moriam rediit, q̃; illud Hera-cliti. Omnia fm litem fieri. Sic est enim. Et sic esse promemodũ vniuersa testantur. Rapido stellę obuiant firmamen-to. Contraria inuicem elemẽta confligunt. Terrę tremunt. Maria fluctuant. Aer quati-tur. Crepant flãmę. Bellum immortale ge-runt venti. Tempora tẽporibus concertant. Secum singula. Nobiscũ omnia. Ver humi-dum ęstas arida. mollis autumnus, hyems hispida. Et q̃ vicissitudo dicitur, pugna est. Hæc ipsa igitur, quibus insistimus, quibus circũfouemur & viuimus, quę tot illecebris blãdiũtur, q̃; (si irasci cœpint) sint horrẽda indicãt terrę motus, & pcitatissimi turbines indicãt naufragia, atq; incẽdia, seu cęlo, seu terris seuiẽtia. Quis insultus grãdinis? Quę nã illa vis imbriũ? Qui fremitus tonitruũ? Qui fulminis impetus? Quæ rabies pro-cellarũ? Qui feruor? Qui mugitus pelagi?

Qui torrentiũ fragor? Qui fluminũ excur/
sus? Qui nubium cursus: & recursus, & cõ/
cursus? Mare ipsum ꝑter apertã, ac rapidam
vim vẽtorũ, atq; abditos fluctuũ tumores
incertis vicibus alternãtes, certos statutosq;
fluxus ac refluxus habet, cum multis in lo
cis tum conspectius in occasu, quę res dum
manifesti motus latens causa quæritur, nõ
minorẽ philosophorũ in scholis, q̃; fluctuũ
ipso in pelago litem mouit, Quid ꝙ nullus
aial bellis vacat, pisces, ferę, volucres, serpẽ/
tes hoies. Vna spẽs allã exagitat. Nulli homĩ
nũ quies data. Leo Lupum, Lupus canem,
canis Leporẽ insequit. Est & canũ stirps au/
dentior, nõ lupis modo resistere, sed leones
pardos, apros, vrsos insectari solita atq; ag
gredi. Quorũdã vero tam generosa ferocia,
& tã nobilis fertur elatio, vt vrsos, aprosq;
fastidiant, in q̃; solos elephãtes, aut leones
dignẽtur irruere, qualẽ vnum Alexandro
Regi missum cõtẽtuq; tali male cognito cõ
temptũ, occidiq; iussum legimus, missumq;
inde alterũ, probatũq;, qua decuit, dilectũq;
regi vnice, atq; in delitiis habitũ. Nam ipsi/
us canis erga hominem, cui fertur ami/
cissimus, q̃;ta sit charitas, nisi quam concili/
at spes cibi, ꝑter morsus, & latratus implacca
biles, non tm̃ Acteõis fabula, sed discerptus
vere ꝓbat Euripides, Vulpina fallacia vna
quidẽ ex multis audita est. Piscatores cũ ad
vrbem piscem deferrent, qđ ęstate libenter

hoctu faciunt, aliqn vulpeculã, ceu exani-
mẽ, calle medio transuersam habuisse, quã
arreptam decoriaturi ex cõmodo, cũ supra
sarcinam piecissent, illã vbi se piscibus affa
tim implesset subito prosiluisse mirantib-
busq; illis, atq; indignantibus effugisse. Iã
qui (oro) alij vulpiũ doli? qui luporũ vlu-
latus? qđ murmur ad caulas? quę coruorũ
miluorũq; circa columbarũ domos, ac pul-
lorũ nidos vigilantia? qđ inter se, vt phibẽt
naturale atq; æternũ odium. Alter alterius
inuadit nidum, effractisq; ouis spes prolis
interimit. Nam Cuculo non vnus quidem
alterq; est hostis. Oẽs fere auiculæ illi insul-
tant pro fugo semper, & q̃rulo. Quęnã p̃te-
rea, & quales mustellarũ contra aspides insi
diç? Quod circa diuitũ thalamos acumen
furũ? Quænã ex diuerso cuiusq; pro se in
suo genere excubiæ, quãtaq; q̃; vigil repu
gnantia est? Quis venatorũ, quis ve aucupũ
artes, ac laqueos. Quis piscatorũ hamos, ac
retia, horũq; oĩum labores vigiliasq; expli
cet? aut hęc contra, ferarũ, auium, pisciũ in
genia. Quę cuncta quid sunt aliud q̃; litium
instrã? Age qui nam asylorũ aculei, vespa-
rũq; hisq; cum pestibus, quę boum p̃lia ?
qui sudores? Nec maior canum equorũq;
aut reliquorũ quadrupedẽ pax q̃s ve, Quæ
muscarũ ęstiua tędia? Quę niuiũ, quas di-
cunt muscas albas ludo dicũt, hibernę mo
lestię? Quę murũ perẽnis inquietudo, quæ

Qui torrentiũ fragor? Qui fluminũ excur/sus? Qui nubium cursus: & recursus, & cõ/cursus? Mare ipsum ꝑter apertã, ac rapidam vim vẽtorũ, atq; abditos fluctuũ tumores incertis vicibus alternãtes, certos statutosq; fluxus ac refluxus habet, cum multis in lo cis tum conspectius in occasu, quę res dum manifesti motus latens causa quæritur, nõ minorẽ philosophorũ in scholis, q̃ fluctuũ ipso in pelago litem mouit, Quid ꝙ nullus aial bellis vacat, pisces, ferę, volucres, serpẽ/tes hoies. Vna spẽs allã exagitat. Nulli homi nũ quies data. Leo Lupum, Lupus canem, canis Leporẽ insequit. Est & canũ stirps au/dentior, nõ lupis modo resistere, sed leones pardos, apros, vrsos insectari solita atq; ag gredi. Quorũdã vero tam generosa ferocia, & tã nobilis fertur elatio, vt vrsos, aprosq; fastidiant, inq; solos elephãtes, aut leones dignẽtur irruere, qualẽ vnum Alexandro Regi missum cõtẽtuq; tali male cognito cõ temptũ, occidiq; iussum legimus, missumq; inde alterũ, probatũq;, qua decuit, dilectũq; regi vnice, atq; in delitiis habitũ. Nam ipsi/us canis erga hominem, cui fertur ami/cissimus, q̃ta sit charitas, nisi quam concili/at spes cibi, ꝑter morsus, & latratus implaca biles, non tm̃ Acteõis fabula, sed discerptus vere ꝓbat Euripides, Vulpina fallacia vna quidẽ ex multis audita est. Piscatores cũ ad vrbem piscem deferrent, qđ ęstate libenter

noctu faciunt. aliqñ vulpeculã, ceu erani/
mé, calle medio transuersam habuisse, quã
arreptam decoriaturi ex cõmodo. cũ supra
sarcinam piecissent, illã vbi se piscibus affa
tim implesset subito prosiluisse. miranti/
busq; illis, atq; indignantibus effugisse. Iã
qui (oro) alij vulpiũ doli? qui luporũ vlu/
latus? qđ murmur ad caulas? quę coruorũ
miluorũq; circa columbarũ domos, ac pul/
lorũ nidos vigilantia? qđ inter se, vt phibẽt
naturale atq; æternũ odium. Alter alterius
inuadit. nidum, effractisq; ouis spes prolis
interimit. Nam Cuculo non vnus quidem
alterq; est hostis. Oẽs fere auiculæ illi insul/
tant profugo semper, & q̃rulo. Quęnã pte/
rea, & quales mustellarũ contra aspides insi
diæ? Quod circa diuitũ thalamos acumen
furũ? Quænã ex diuerso cuiusq; pro se in
suo genere excubiæ, quãtaq; q̃; q̃, vigil repu
gnantia est? Quis venatorũ, quis ve aucupũ
artes, ac laqueos. Quis piscatorũ hamos, ac
retia, horũq; oium labores vigiliasq; expli
cet? aut hęc contra, ferarũ, auium, pisciũ in
genia. Quę cuncta quid sunt aliud q̃; litium
instrã? Age qui nam asylorũ aculei, vespa/
rũq;, hisq; oim pestibus, quę boum p̃lla &
qui sudores? Nec maior canum equorũq;
aut reliquorũ quadrupedẽ pax qes ve, Quæ
muscarũ æstiua tędia? Quę niuiũ, quas di/
cunt muscas albas ludo dicũt, hibernę mo
lestię? Quę murũ perẽnis inquietudo, quæ

pullcũ pernox obſidio, quę culicũ lis diutur
na? quae anguium, ranarũq; cum ciconijs,
quæ Pygmeoꝝ bella cũ gruibus? quas in
ter arimaſpos. & griphes pugnas excitat au
ri ſitis, vt quorũ maior iprobitas haud faci
le iudicem, niſi q̄ illi rapinã, hi cuſtodiam
moliuntur, illos auaritia ſtimulat, hos na
tura idem & cuſtodiæ ſtudium. & p̄dæ di
ſtãtiſſimo mũdi tractu apud indos inuenio
Illic quoq; ſuum auꝝ contra parem gentis
auaritiã formicis quibuſdã incredibili mo
le, & mira feritate tuẽtibus. Baſilicus angues
reliquos ſibilo territat, aduentu fugat, viſu
perimit, Elephantem draco ſphiris implicat
ſeu perofis. Eſt. n. incertũ. V ñ nonnullis ani
mantibus inter ſe naturale odium, ſeu ęſtate
algidũ ſitiens cruores, quod & quidã tradi
dere, & pugnę exitus facit, vt credi poſſit. si
verũ eſt alterũ exãguẽ exiccatũq; mori, alte
rũ vero fuſi hoſtis hauſto ſanguine, ceu bel
lo victorẽ, victum q; delitiis, & nimio po
tu ruptũ. mortuũq; procumbere. Multa p̄te
rea genus hoc, atq; imprimis acerrimus epo
tæ dolor Hirundinis, & viſi, vel auditi mu
ris faſtidia oñdunt. Miꝝ dictu tm̃ aïal, & tã
tarũ viriũ tã puſilli hoſtis horrere cõſpectũ.
Sed ſic ſine lite, atq; offenſiõe nil genuit na
tura parens, leo ipſe generoſum, ac ſecurum
aïal pro defenſione fœtuũ feꝝ ſpernẽs, neu
forte viſum terreat nec aſpiciens quidem ro
tarum ſtrepitum vacuos currus agentium

& gallinaceoꝝ cristas. Quis non stupeat (si vera fama est) magisq́; ēt cantus, super oīa vero flammas metuere crepitātes traditur. Ea ergo huic generi lis propria est. p̄ter illas cōem feris oibus venationem. Est & sua lis tigribus, raptę prolis, & profugi hostis ludificantis instantē. Lupo vna semper cum fame perpetua rusticisq́;, ac pastoribus lis manet. Venenosa loquor & ferocia. Quænam vero mansuetis gregibus est quies? Quātis nixibus, quātisq́; odijs cōfligunt sues? Quātis armētoꝝ duces? Quęnā inter illos certamina? Quænā fugæ? Quæ victoris insolētia? Quis victi dolor? quæ iniuriarū recordatio? qui reditus ad vindictā? quis nō legēdo perpēdit, vt poetarū ingenia, & bellaces exercent tauri, & inter se aduersis luctantes cornibus hædi? qd de alijs est lis oibus vna. Nilq́; non s̄m litem fit, qñ nouum ad p̄sepe hospes equus, qñ pulius aduena quietus cibum inter pares sum p̄sit? quis nō illud aduertit gallinis fœtantibus pro imbecilli familia, q̄ꝫtus ardor, impatientia quāta sit? q̄; q̄; est id quidē cōe oiuꝫ. Nullū tā mite aīal quod nō amor sobolis, ac metus exasperet. Galli se calcaribus īpetūt, & natura, & cruore rutilas cristas inter vulnera detinent, totis corporibus obnixi tm̄ inuidię, tm̄q́; superbiæ paruo regnat inpectore, tanta vincēdi cupiditas, tantus cedendi pudor eit. Anatus atq́; anserum pertinaciam, quis non vidit?

vt pectoribus se perurgent, clāgorib us incre
pitant, aliȷs diuerberant, rostris hęrent. Et q̄
dem in ferocibus minus miri, vsitatum. n.
& cōe est vt aīalia maiora minorū pernicies
ac sepulchrum sint. Fera feram, Auis auem
Piscis piscem, Vermem vermis rodit. Quin
& littoreę volucres, aquaticęq; quadrupedes
æquor, stagna, lacus, & flumina rimantur,
exhauriunt, & infestant, vt mihi oīnꝫ inq̄e
tissima pars reꝝ a qua videatur, & suis moti
bus & incolarū perpetuis acta tumultibus
quippe quę nouorū aīantium, ac mōstrorū
feracissima esse non ambigitur, vsq; adeo,
vt vulgi opinionē ne docti quidē resp uant,
oēs prope quas terra, vel aer aiantiū formas
habet esse in aquis, cum innumerabiles ibi
sint, quas aer. & terra nō hñt. Et in his qui
dem ferme oibus, ꝑda vel odium litem pa
rit. Quid ꝙ his cessantibus, lis non cessat.
Age. n. in amore quantus zelus, quanta in
coniugio dissonantia, quot querelæ, quātæ
suspitiones amantium, quę suspiria, qui do
lores, quanta non dico dñorū, ac seruorūꝫ,
qui nō ideo minus infesti, q͞a domestici ho
stes sunt, cum quibus nulla vnq̄ꝫ pax speran
da, nisi quā vel mors fecerit, vel paupertas,
non dicam fratrum, quorū gratiam raram
ipsa veritas ore Nasonis testata est, nō filiorū
in parentes, q͞d eiusdem poetæ carmen ca
nit, sed parentū, quorum opinatissimus est
amor, q͞ta indignatio in filios, quos duꝫ be

nos cupiunt, malos lugent. Atq; ita quodã modo, dum valde diligunt, oderunt. Et fraternum quidem paternũq; vincli nomẽ arctissimi, sępe sine amore interdumq; cum odio videmus. Veniam ad amicitię sanctũ nomen, quod ab amando dictum, absque amore, nec esse certe nec intelligi põt. Quanta vero in amicis q̃uis finium cõcordia, vię tñ actuumq; discordia? Quanta opinionũ atq; consiliorũ, conflictatio est, vt vix Ciceroniana diffinitio stare queat. Sit.n.licet inter amicos beneuolentia, & charitas, deest tñ illa oium diuinarũ, humanarũq; rerũ cõsensio. Ex qua ille diffinitionẽ cõficit. Quid in odio speres igitur. Est & in amore odium, & in pace bellum, & in consensione dissensio. ostendã tibi sic esse ex his ipsis q̃ assidue in oculis sunt. Feras aspice, quas ferro indomitas omnipotens amor domat, intende animum Leonę, Tigres, Vrsę, quanto cũ murmure veniunt ad id, qđ cupidissime faciũt. Non cupidas, sed coactas putes. Ferarũ aliæ dũ coeunt magnis stridoribus, alię rapidis vnguibus inquietę sunt. Iam si credimus, qđ de natura viperea, magni scribũt viri. Quanta rerũ contrarietas, quantũq; litigium? Maris caput, sua quadã naturali, sed effrenata dulcedine in os viperę insertũ, illa pcipiti furore libidinis amputat. Inde iam pgnãs vidua cum pariendi tps aduenerit fœtu multiplici pregrauante, & velut in vltionem pris

ſno quoq; q̃ primum erumpere feſtinãte diſcerpitur. Ita duo aiantium prima vota proles, & coitus, huic generi i fauſta, penitusq; mortifera deprehenduntur, dum marem coitus, matrem partus intermit. Apium aluearia contemplare, quæ illa cócurſatio? Qui ſtrepitus? Quænã nõ modo bella cum proximis, ſed ciuiles (vt ita dixerim) diſcordiæ, ac bella domeſtica? Columbarũ nidos intuere, ſimpliciſſimum animal (vt memorant) felle carés, quãtis q̃rō cũ ꝑlijs, q̃tisq; clamoribus vitam ducunt, indiſciplinatis in caſtris ac barbaris eſſe videare, adeo nec luce paccati aliqd, nec nocte quidé uideas. Mitto ãt inſultus in alterutrũ. Ipm in ſe uin clo mutuæ voluptatis affectũ par, eãq; obcãm ueneri ſacrum, quãtis querimoniis ad optatum fertur, ut ſæpe columbam circũit. ſæpe alis roſtroq; perſequitur ſuus amans. Ad minutiſſima te remittã, q̃ nõ ut minor ſic & minus ſpectabilis, minuſue laborioſa materia eſt. Quænã ergo aranearũ inſidiæ & q̃ uigil intentio? Quæ captãdis infirmioribus telarũ ſcæna, qui tetiũ obtentus fallaciis, ac rapinis? Quid pannis tineæ? quid cariles tignis nocturniq; uermiculi nũc ſine tedio & obtuſo quodã ſub ſtrepitu trabium uiſcera fodientes? illarũ maxime, qbus cedendis lunæ, ac menſiũ obſeruatio diligẽs ſit neglecta, quæ latens peſtis, vt fumoſis tectis agreſtiũ, ſic auratis regum laquearibus

inſultat

insultat templis quoque sacratis & altaribus, sacrisque opibus philosophantum non parcit, quin & librorũ pestes, & mẽbranas, & literas. Addas quod nisi pice liquida, leuique incendio sit occursum nõnunquam periculi, vel naufragij cã, est etiã & maria ingredi, & carinas nauium terebrare ausa sæpe bellum graue nescientibus intulit. Præterea quid brucus oleribus? quid segetibus locusta? quid messibus seu anser aduena? seu passer idigena? seu grus domicilij trãslatrix, volucresque aliæ importunũ genus? Vñ illud georgicũ Vergilij, qđ mirari soleo, iã non miror, vt aues sonitu terreantur. Rure.n. nunc Italico habitanti, vnum hoc ex multis ęstiuis tedijs esse cœperit, sic mihi ad vesperam & insultus volucrum & lapidum collisio, & villici clamor durat. Ad hęc quid ericius vindemiæ? quid erugo herbis? eruca frõdibus? talpa radicibus? qđ postremo areis horreisque gurgulio? atque inopi metuens formica senectę, vt ait ille. Quis feruor, & perexigui animãtis inquietudo, vt dum brumæ suę consulit nostram turbat ęstatem? Tardus essem ad credendum alijs, expertus scio, quanto non solum tedio, sed & dãno sit puluerulentum illud ac trepida semper expeditione festinũ agmen, vt non tm̃ agros, sed arcas & thalamos, & prõptuaria populentur. Iam credere incipiã Pisanis in finibus castrũ, quod haud longe a mari nauigãtibus ostẽditur formicarũ sca

tebris ac diluuio desertū. Tale aliqd Vincentinis quoq; memorāt in finibus. Et ego vel vtrobiq;, vel vbiq; fieri posse crediderim. Sic me nuper, non agresti quidem sed vrbanæ paulominus pepulerunt domo, vt ignis & calcis ad extremuʒ fugæ rerū remedio opus esset, Apuleioq; fidem habeā, consumptuʒ ab his hoīem, & si desit mel. Mirariq; me non negē, quid est ꝙ quidam solicitudinis exemplum proposuere formicā. Alij de hac longos texuere sermones parsimoniā, atq; industriaʒ ꝑdicantes. Bene hercle, si oīs solicitudo laudabilis esset. Exēpluʒ fortasse igitur ꝑdonibus idoneuʒ. Non his qbus de suo viuere, sine cuiusq; iniuria mens est. At solicitū aīal. Quis nescit? Sed improbum, sed iniustum, rapio viuens. Nullius industriæ nisi in malum, nullius vsus, At incōmodi, tedijq; multiplicis? Cur igitur hoc exēplum dederint. Cur hoc aīal laudauerint, dico iterum, miror, ꝑcipue cum adesset apis industrium prouidentissimumq; animal, nulli noxiū, multis vtile, sibiq; & aliis arte q̄dam naturaliter īsita et suo illo nobili labore subueniens. Quid nunc ego damnosaʒ eloquar vbertatē, & excrescentium luxuriē foliorū. Contra quā peruigil excubat & ꝑduris vnguibus armatus agricola, & vltrici succīctus falce frondator? Quid lappas, & tribulos, atq; annuam tempestates renascentium stirpium ac radicum, litium, ac laboꝝ materiā

Immortale? Quid imbrium bella furētiū? & molles niuiū, et vredinē pruinarum? et aspe ritatē, & violentiam glaciei, & torrentium impetus, & vaga fluminum incrementa? Tota sępe regiones, & magnos populos, sed imprimis rusticorū septa quassantiū? quo rū in tot malis vix terrestris, & in terrā sem per accliuis agit vita. Atq; vt delicatorum, ac diuitū de tedijs aliquid dicam. Quis nocturna autem bella non pertulit? Bubones strigesq;, & oblatrantium lunæ canum suppuatuas excubias? & catas in tegulis mundinātes, ac tranquilla silentia horrendis occentibus, & clamore tartareo infestantes? & moesti soricum occentus? & quicquid inter tenebras importunum strepit? His accedunt & nocturna ranarū coaxatio, & matutini plāctus hirundinum ac minæ, adesse Ithim putes ac Tereū. Nam diurnā auium quietem, & cicadæ stridulę, & procaces corui, & rudētes impediunt aselli, & balatus pecudum, & mugitus boum, & magno pcio parua oua vēdentiū gallinarum ↄcentus inconditus fine carens. Sup omnia vero, vel suillus stridor, vel vulgaris clamor, & stultorū risus, quo in epto res ineptior nulla est (vt Catullus ait) Et ebriorū cātus, ac gaudia, quibus nihil est tristius, & litigātiū q̄relæ, & anile ↄuicium, seu gānitus. Et puerorū nūc plia, nūc lamenta, et nuptiarū vel ↄuiuia turbida, vel chorez, & vxorū viros arcte lugentium læui fletus. Et

parentum veri natoꝝ in mortibus eiulatus?
Adde his, fori turbas, ac strepitũ, altercatio
nesq; mercantiũ, & emendiũ hinc contem
ptus, hinc vendentiũ iuramenta. Adde hinc
artificum laborẽ voce mulcentium mœstos
cantus, hinc fidibus. lanas, ac vellera conglo
bata pulsantiũ, iniucundã musicã, & telas
pectinis pererrantis. Hinc folliũ fabrilium
raucos flatus, & acutos sonitus malleorũ, q
bus scissa æquis partibus hiberna nox addi
tur, vt nullus vel quieti datum tẽps litibus sit
immune. Vt vero insensibiliũ reruз gen' at
tingaз. Quid vel cum ferro magnes habet?
vel cum magnete adamas? quoꝝ, & si cã li
tis occultior, lis aperta est. Magnes si qdem
ferrũ trahit. Adhibe adamantẽ, trahere desi
net remittetq; si traxerit. Vtrobiq; vis mira
bilis, seu ꝙ pigro, & informi lapidi natura
quasi manus atq; vncos dederit aduersus ri
gidum ac ꝑualidum metallum, seu ꝙ illos
sibi de lapide altero astante surripuerit, quæ
nõ primę litis finis sed noua lis est, et si hoc
vltimum multi negent. Mihi.n. experiendi
hacten' vel occasio defuit, vel volũtas. Itaq;
nihil affirmo. Primum vero notuз adeo vt
ne affirmari quidem sit necesse. Veruз ego
breui nimis in tpe, et angustu in spacio op'
ingens magno impetu aggressus, iam hinc
video ad hãc rẽ plus mihi animi esse q̃; vi
riũ. Nec mihi, nec cuiq̃; sane vnuз hoc agen
ti ex cõmodo facile fururũ singula prosequi

ex quibus appareat oía fm litem fieri, q̃ seu magna, seu parua, magno miraculo fiant, licet nondũ tñ illud maximum stupẽdũq; inter summa, & extrema natura ꝓdigia nu meratum attigi, sed attingam paucis. Echeneis semipedalis pisciculus, nauim q̃uis i mensam ventis, vndis, remis, velis actas retinet, solus elementoꝝ atq; hoium vim retundens, nullo quidem actu alio q̃; nauigij postibus adhęrẽdo, nullo demũ conamine, sed natura ipsa. Quod & si scriptis illustribus insitum, e numero tñ incredibiliũ haberetur, si de oceano Indico fortassis, aut scytico scriptũ esset, & nõ potius in nostro mari monstrum hoc Romanis Impatoribus accidisset.. A iaduersa.n.moræ cã, ꝙ tota classe prodeunte, nauis vna velut in anchoris staret, neq; prorsus loco moueretur, dimissis pelagi expertis manu (vt dicit) cõperta veritas, & limacis instar piscis clauo insidẽs inuentus, atq; ostensus est principi indignãti tm̃ in se potuisse tantilũ animal, idq; vnũ ꝑcipuum admiranti, ꝙ in nauigium receptus, tantã illam exterius inhærendi efficaciam amisisset. Nam illud alterũ mõstri genus non siluisse equidem, q̃; affirmasse maluerim, cuius apud nos nescio q̃; verax, sed noua vtiq;, & ob idipsũ suspecta mihi est fama. Esse circa mare indicum inauditę magnitudinis auem quandã. Rochum nostri vocãt, quæ nõ modo singulos hoies, sed tq

ta insuper rostro præhēsa nauigia secū3 tol/
lat in nubila, & pēdentes in aere miseros na
u'gantes ad relatu ipso terribilem mortem
ferat. Quanta vero vis auaricię est, quę neq3
alijs multis, neq3 hoc vno tam immani pe/
riculo a nauigatione deterritos sectices suos
pdę auidos pdā facit. Ia3 vero (vt de inuisibi
libus aliqd ad incœptū trahā) q3ca cōmixtio/
ne ↄtrariorū3 fit votiua tēperies, ↄinter quas
ↄtrarietates aduersantiū extremorū ad me/
diū virtutis, p q̄s differētias, q3tāq3 discordiā
vocū ad musicā ↄcordiā peruenit? Deniq3 q̄/
cūq3 sunt excute, & pcurre aīo cœlu3, terras,
maria, ęq̄ in sūmo ęthere, & in fundo pela/
gi, in queimis terræ certat hiatibus, ęque in
siluis, & agris, ęque in desertis arenarū, et in
plateis vrbiū lis æterna est. Ne.n. varietate re
rū ab icœpto deuiē taceo q̄ iā inde, ab ipso
mūdi pmordio inter æthereos spūs, in ipsa
cœli arce pugnatū est, hodieq3 in hoc tractu
caliginosi aeris pugnari credit, taceo q̄ in il
lo cœlesti ↄgressu victi angeli, victoribusq3
iā suis facti ipares, dū in nos mortales terrę
accolas vlcisci studēt imortale nobis bellu3
tētationū variarū durūq3 negociū, atq3 am/
biguū peperere, taceo q̄ (vt oīa, et q̄ sensu ca
rēt, & q̄ sentiūt in vnum cogam) a supremo
cœli vertice (vt dixi) vsq3 ad infimu3 terræ
centrum, & a principe Angelo, vsq3 ad mi/
nimu3, & extremū vermen iugis & implac
cabilis pugna est. Homo ipse terrestriū dux,

& rector animantiũ, q ratio nis gubernaculo solus hoc iter vitæ, & hoc mare tumidum turbidumq; tranqlle agere posse videretur, q̄; ptinua lite agitur, non modo cũ alijs sed secum, de quo mox dicam. Nunc de primo agendum. Siquidẽ nihil mali est, quod nõ homo in hominem machinetur, vt cætera hominum mala vndecunq; venientia, seu a natura, seu a fortuna, huic vni collata leuia q̄dã incõmoda videant. Id.n. vero, si ad plenũ aperire voluero, id qđ nolim, quodq; a proposito lõge est, et oĩs humanorũ actuũ scena retegẽda, & oĩs æui historia retexẽda erit, hoc vnum dixisse satis sit. Quia si nulla vnq̄; alia, q̄ Romanorũ bella toto fuissent orbe terrarũ, abũde bellorũ esset & litiũ. Adde sententiarũ dissonãtias, & inenodabiles rerũ nodos. Quis sectarũ varietates, aut phi losophorũ bella dinumeret? Populorũ, et regum p̄lia quieuere, Philosophi nõ qescũt, & pugnãt illi de eo, quod cũ huius cœperit, esse desinit illius. Hi de veritate litigant, quę vna simul oĩum esse põt, neq; hanc litem aut q̄sitæ veritati splendori, aut achademicus vnq̄; valuit finire. Carneades philosophicæ seq̄ster pacis anxius, sed irritus, vt non inelegãter mihi qdẽ dixisse videatur Annę Seneca, vbi horologia philosophis pfert, qđ f. par verisq; discordiæ est. Idq; q̄; verũ sit, qsqs & philosophis aiũ, & horologijs aurẽ dedit, itelligeř potuit. Nec vero alio p docti

nã trãquillior, Quæ grãmaticoꝝ adhuc sub iudice lis existés? qui ꝯflictus rhetorũ, q̃ dialecticorũ altercationes? q̃ deniq; artiũ oĩuʒ discordiæ? q clamores inter causidicos? q̃ bñ cõueniat ipsarũ cãrum imortalitas probat. De concordia medicorũ testimoniuʒ sit ægroruʒ. Vitam certe quam breuem dixere, sępe suis litibus fecere breuissimaʒ. Quanta est pterea de sacris, & de religione difformitas aiorũ. Non tã literatorũ verbis hoiuʒ, q̃ populorũ armis, & cãpo sępius cõmissa, q̃ scholæ. Ita cũ vna sit veritas, vnumq; sit in rebus verũ, cui (vt ait Aristoteles) oĩa consonant, de hoc ipso tam dissone pugnãtes sentẽtię, ipsos veri agitãt professores, Quid de cõi vita, deq; actibus mortaliuʒ loquar? vix duos in magna vrbe cõcordes, cum multa, tum maxima ædificioꝝ habituumq; varietas arguit. Nã quis vnq̃ tam locupletis delicatiq; patrisfamilias nactus est domum, vt non ibi multa mutauerit? vt quod vni studium fuit extruere, alteri sit voluptas euertere. Testantur mutatę sæpius fenestre, obstrusa hostia, passimq; vetustis in parietibus nouæ indicant cicatrices, neq; in alienis id tm̃ sed in nostris patimur, sua dum cuiusq; sententia secum pugnãs (quod ait Flaccus) Diruit ædificat, mutat quadrata rotundis. quo luce clarius fiat, quis nostruʒ, qsq; cuʒ alijs, quis ve secum sit. Iam qui vestium modus, qui ve habitus triduum totuʒ nostris durat

In vrbibus? q̃ municipioꝝ ſcita, non vt loři gæua eſſent cuȝ ſuis latoribus deſierũt. Ad hęc quę nam ducum in ordinanda acie? q̃ nam magiſtratuuȝ in ferendis legibus? quæ nautarũ in capiēdo ꝯſilio diſparitas? quę vẽ diſcordia eſt? Didici hoc ego vltimum magnis ſæpe periculis meis, dum mari cœloq́ꝫ mortem minitantibus nocte ſimul ac nubibus cũcta terrarũ, ac ſtellarũ ſigna tegētib⁹, puppe iam fatiſcente & ſemiopple ta fluctibus, nautę de ſumma rerũ media in morte ꝯtrarijs ſtudijs, atqꝫ opinionibus obſtinatiſſime litigarent. Adde in quibus ſine aduerſario lis eſt. Quæ ſcriptorũ ꝓ̃lia, cuȝ mēbranis, cum atramēto, cum calamis, cuȝ papyro? Quæ fabrorũ cuȝ maleis, cũ forcipib⁹, cum incude? quæ aratorũ cuȝ ſtiua, cuȝ vomere, ipſisq́ꝫ cum glebis, & cũ bobus? quæ militum (nõ dico) cum hoſte, ſed cum eq̃s, atqꝫ armis proprijs, dum & illi rebellant, et hęc ꝑgrauant, aut cõprimunt? quid dictantibus, ſcribētibusq́ꝫ negocij eſt? duȝ hos in explerum loq multa cogit intētio. Illos vel expleta ꝑcipere vetat, hinc iuſtitia, hinc volatilis, & incõſtãs aius, ſemperq́ꝫ aliud cogitãs, q̃ꝫ quod agit. Sed quid ſigilatim ago. Nulla mechanicarũ difficultatibus ſuis vacat. Reliquę vero, vt quiddã notæ dulcedinis, ſic latentis amaritudinis multũ habent, nilq́ꝫ eorum ẽt quæ delectant ſine lite agitur. Iamq́ꝫ infantum bella cum lapſibus, quæ puerorũ

rixa cum literis amarissime ferentius quod pdulciter metant? Quęnā insuper adolescétium lis cum voluptatibus (dicam verius) imo quāta secum lis, affectuumq; collisio? Cum voluptatibus est nulla lis penitus sed cōsensus est omni lite funestior. Credo expertus, nulli hoīum generi, nulli ætas plus litigij esse, plus inextricabilis laboriosiq; n ego cij, nullos hoīum tam lætos videri, nullos esse tā miseros aut tā mœstos. Postremo q̄ nam fœminis puerperij difficultas, quantunq; discrimē? Quænaȝ viris cum paupertate, atq; ambitione luctamina? Quanta vitę plura quæ expedit satagētis anxietas? qđ deniq; illud senū cum ætate ac morbis propinquāte morte? quod oīum ipsa cuȝ morte? quod q; ipsa quoq; est morte molesti⁹ cuȝ ppetuo mortis terrore certamē. Possem hūc sermonē mille rerū argumētis extēdere. sed si (vt libro superiore voluisti) sic epistolam quoq; hanc prologi locuȝ obtinere, & libri huius partem esse volueris, iam hinc video q̄tum hęc ipsa pfatio libri moduȝ excedat. Itaq; frenāda curiositas & cohibēdus est stilus. Ad summaȝ ergo, oīa, sed imprimis oīm hoīum vita lis q̄daȝ est. Verū hac externa lite interim omissa, de qua paulo ante diximus, & quæ minor vtinaȝ, & ob id minus oībus nota esset, Lis interior quāta est, neq; enim solum cōtra aliā sed contra suam (vt dixi) spém neq; contra aliud indiuiduum,

ſed cõtra ſemetipſum, idq; & in ſupficie iſta corporea, quæ noſtri pars viliſſima atq; vltima eſt & in intimis aiæ penetralibus quiſq; ſecum aſſidue bellũ habet. Nã corpus hoc q; cõtrarijs æſtuet, ac turbetur humorib⁹ a bhis quos phyſicos dicunt quære, aius q; diuerſis q;q; aduerſis ſecũ pugnet affectibus, vnuſqſq; nõ aliũ q; ſeſe interroget ſibiq; rñdeat, q; vario q;q; reciproco mẽtis impulſu, mõ huic rapitur, mõ illuc. Nuſq; tot⁹, nuſq; vnus, ſecũ ipſe diſſentiẽs, ſe diſcerpens. Nã (vt ſilea3 reliquos motus) velle, nolle, amare, odiſſe, blandiri, minari, irridere, fallere, fingere, locari, flere, miſereri, parcere, iraſci, placcari, labi, deijci, attolli, titubare, ſubſiſtere, progredi, retrouerti, inchoare, deſinere, dubitare, errare, falli, neſcire, diſcere, obliuiſci, meminiſſe, inuidere, contẽnere, mirari, faſtidire, deſpicere, ſimulq; ſuſpicere, & quę ſunt eiuſmodi. Quibus vtiq; nihil incertius fingi poteſt, quibus vt ſine vlla requie ab ingreſſu, vſq; ad exitum fluctuat vita mortalis. Quęnã tandem illa paſſionum quatuor tẽpeſtas, ac rabies? ſperare, ſeu cupe, & gaudere, metuere, & dolere, quæ rerũ iter ſcopulos procula portu, miſeru; alternis flatibus aium exagitant, quas alij fortaſſe imo certe aliter, ſub vno ne integro qdẽ verſiculo, & (vt Auguſtino placet) notiſſima veritate Vergilius ſtrinxit, de qbus ad vtrãq; parte; & plura qdẽ, et pauciora dici poſſe ſcio. Ve

Ego nec breuitati admodum studui, nec cō-
pię, sed quę de cōi vita hoīum, quo se obtu-
lerunt ordine scriptis inserui, ne legentes vel
inopia, vel fastidio fatigarem. Neq; vero te
moueat fortunæ nomen nō tm̄ in ipsis in-
scriptionibus, sed in opere repetitum. Sępe
quidem ex me, quid de fortuna sentiam au-
disti. Sed cum his maxime qui doctrina mi-
nus fulti essent hęc necessaria p̄uiderem, no-
to illis & cōi vocabulo vsus sum, nō inscius
quid de hac re late alij, breuissimeq; Hiero-
nymus vbi ait, nec fatum nec fortuna, cōis
ergo acies suum hic loquendi morem reco-
gnoscet. Docti aūt, qui perrari sunt, quid in-
tendam scient, nec vulgari cognomine tur-
babuntur. Bipartiti sane operis passionum
ac fortunę de parte altera q̄ꝫ visa sūt diximus,
de altera, quæ dehinc visa fuerint, dicemus.

DE DEFORMITATE CORPORIS DIALOGVS .I. DOLOR ET RATIO.

DOL.

Gisse mecū nimis illiberaliter na-
turam q̄ror, quę deformes genuit.
Ra. O quot faces extinxit, quot oc-
currit incēdijs. Dolor. Deformes ge-
nuit natura. Ra. Nō dedit quod delectet. Si
quod prosit dedit, satis est. Mitte q̄relas. Do.
Nō dedit formæ gratiā natura. Ra. Dare no-
luit, qd̄ egritudo corrūperet, qd̄ senectus eri-

pēt, dedit fortē q̄d nec mors ipsa ꝯtingere au deat. Do. Formam corporis natura negauit. Ra. Si formā animi largita est, maximi debitor, exigui repulsam alta mēte despicito, et offensam speculi ꝑ tētia solare. Do. Inuidit natura formā corporis. Ra. Nō inuidit, sed erubuit dare, q̄d cotidie minuat, & pereat. Vera liberalitas māsuro munere noscit, Putria, & caduca auari ēt donāt, forma fugax, & fragile naturæ donū, paucis ad vtilitates, multis ad pniciem, nulli ad salutē veramq; gloriā data est. Do. Forma mihi corporis negata est. Ra. Raro admodū forma insignis, honestasq; vno sub lare habitant, bene tibi accidit, si peiori exclusa, hospes melior tecum est. Do. Nullū formæ dec⁹ obtigit. Ra. Quid hinc doles, aut q̄d penitus sanctū piūq; aīo volnis, in q̄d tibi necessariā aut oīno vsui, et non potius impedimēto esse corporis formam putes? Multos forma fecit adulteros, castū nullū. Multos p lubrica voluptatū duxit ad infamē mortē, q deformes sine dedecore periculoq; vixissent. Et q̄d multos dixi, innumerabiles in discrimen, fere oēs in crimen trahit. Do. Cur me deformē genuit natura? Ra. Vt ipse te ornares ac formosum faceres, ea forma, q̄ tecū esset in senio, in grabatulo, in feretro, in sepulchro, essetq; tua nō naturæ laus, aut parētū. Pulchrius est pulchrū fieri, q̄; nasci. Illud. n. casus, hoc studij ē. Do. Corporis multa deformitas me ꝑmit.

Ra. Deformitas quidē hęc apud quosdā in felicitatis q̄dam portio est. Tu crede dicētibus nō deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Nō te hoc igitur inhonestat, aut p̄mit, sed honestādi animi materiā, assurgēdiq; aditū p virtutes aperit. Do. Deformem natura parens genuit. Ra. Si deformem Helenā genuisset, vel (vt viros loquor) si deformē Paridē, fortasse Iliō adhuc staret. Do. Deformis in lucē editus q̄ror. Ra. Pauci bōi formā corporis amarūt, nullus optauit, qdā et prosecerunt, qd fecisse laudatur ille Thuscus adolescens, q p̄clari vultus eximiā spēm, quā suspectā multis, aduersamq; famæ suę senserat et pudicitiæ alienæ, illatis sibi sponte vulneribus deformauit, q̄; tibi dissimilis q id optes qd ille sibi abstulit, & quo rari nunq̄; inn ocue vsi sint. Do. Forma careo. Ra. Tutius est caruisse quo in experimentum tui anceps, ac laboriosum sæpe venturus sis. Multis forma nocuit, cunctos exercuit, quosdā post insultus varios molliuit, & vinci faciles dedit, atque ab honestate transuersos in culpā trusit. Do. Deformis, & breuis nimium statura est. Ra. Non est, vt reris prosequendū q̄relis incōmodum, longe conspectior est statura breuis expeditior agiliorq;. Do. Statura perbreuis est. Ra. Quid vetat, vt in parua domo magnū virum, sic in paruo corpore magnū animum habitare. Do. Corpus exiguum est. Ra.

Ra. Lamentaris qꝫ te ipso nō es ornatus, sed leuis, & facilis, & ad cuncta versatilis. Do. Perexiguū est corpus. Ra. Quis vnq̃; de exigua conquestus est sarcina? Iusta hercle dolēdi cā qꝫ non pssus molle corporea, sed indutus, neq; ipse tibi tedio, sed vsui sis. Do. Cōtemptibili sum statura. Ra. Vt gloriosum nihil nisi virtus, sic cōtemptibile nihil nisi vitiū. Nullam virtus respuit staturā. Do. Exigua corporis statura est. Ra. Non staturā corporis virtus exigit sed animi, Hæc si longa, si recta, si ampla, si magnifica, si decora est, sit illa altera qualiscūq;, nihil ad rem, Non solū domi, sed ne militię quidem, nisi magis obesse videretur. Nosti vt Marius summus dux nō lōgos, sed thorosos, & validos milites eligebat? Id q̃; feliciter, q̃; ꝯsulto faceret crebræ, & ingētes indicāt victoriæ, habet corpoꝝ proceritas maiestatis plusculum, non vigoris. Do. Breuis est statura. Ra. Hęc non īpedit, quin vir bonus, & magnus esse possis. Insuper & Rex, si sors tulerit, & īperator. Et si. n. Africanus Scipio celsus corpore, Iulius Cæsar statura fuerit excelsa, breuēs tñ Alexāder Macedo et Augustus Cęsar, nec eoꝝ magnitudini breuitas obfuit, nec detraxit famę. Do. Vellem esse altior, & maior. Ra. Assurge animo, cresce virtutibus, maior eris, atq; altior, hoc vtilius, hoc facilius incrementum. Do. Cuperem esse formosus. Ra. Disce amare, atq; optare meliora. Stul-

tum est amare periculum suũ, stultũ optare quod nullo studio q̄ri potest. Nẽpe si contra naturã formosus fieri studeas, nil vltra profi cies, q̄; vt deformior videare. Do. Formo sus esse ne qcq̄; nitor. Ra. Nitere aũt bonus esse. Id nõ frustra.n.facies. Hoc inter multa p̄cipuũ virtus habet, q̄ri potest, eripi non po test. Cũ reliqua in arbitrio sint fortunæ, nec obstante illa quæri valeant, nec seruari. Sola virtus fortunę legibus libera est, atq; illa ob luctante clarius nitet.

De imbecillitate. Dialogus. II.

DOL.

Natura me genuit imbecillem. Ra. Vt in putri vagina ensis ferreus, sic in fragili corpore fortis sępe alus la tet. Do. Imbecillis natus sum. Ra. Non eris idoneus vectandis oneribus, aut auro fodiẽ do, sed honestis studijs, sed iustis imperijs. Sic in naui robustior quisq; remum agit, at prudentior clauum regit. Vita quasi nauis rerũ fluctib' & mũdi pelago iactata, suos re mos habet suumq; gubernaculuz, a viliori bus repulsus officijs ad nobiliora conuerte re. Do. Imbecilẽ genuit natura. Ra. Quid si robustissimum genuisset? an perpetuuz ro bur erat? an non robustior senectus & robu stior egritudo? Vt sileaz casus innumeros, qui repente totum hoiem debilitant, atque eneruant. Animi robur optabile est, q̄d nec

dies

dies minuit, nec fortuna. Do. Corpore imbecillis sum. Ra. Animū foue, atq; exerce suis artib⁹, quas meliores eē diuturnioresq́ nō ambigis. Laborē corporis linque rusticis, nautis, fabris. Do. Nullæ mihi ab origine fuere vires. Ra. Ad id ipsum non habuisse, q̄; perdidisse tolerabilius est. Nēpe si fuissent nō mansissent. Nā & Milonis senuerūt vires, & Herculis senuissent. Nō sic Socratis, non Solonis, non Nestoris, nō Catonis, melioribus vtere, Nil pōt delectare magnū animum, qđ non duret. Do. Corpusculum imbecille est. Ra. Si organum inhabitanti aīo sufficiens fuerit, satis est viriū. Corpus nāq; propter animi seruitiū fecisse naturā, nemo tam corporis seruus est, qui nesciat id, si proprio munere fungitur. Quid accusas, seu quid amplius requiris? Nā qui ingenio fragiles, corpore p̄ualēt. Hi beluis proxime accedunt, & sępe (qđ miserū est) aliȷ́s seruiunt. Sępe vero (qđ miserrimū, atq; vbi humanæ miserię summa est) animum ipsi suus seruire corpori suo cogunt seruitute fœdissima. Do. Corpus inualidū est mihi. Ra. Vera & generosa vis hoīs in aīo ē. Corpus est quasi quędā domus animi, q̄; robusta q̄; fragilis nihil ad hospitē paucorū p̄cipue dierū, modo ne corruat tunc migrandi necessitas in aliud, idq; perpetuum domicilium hinc exclusos transfert. Plus dicerem, si plus capere posses, nec vulgari strepitu prosus obsur-

duxisses. Corpus ipsum nō aī domū esse, sȝ carcerem, nec amicum certe sed domesticū hostem, cuius tibi fragilitas sit optāda, quo tu liber maturius sis ac victor. Do. Nullę sūt mihi vires Ra. Nullę penitus dum valeas non sunt. Quod si non vales, alia est q̄rela. Nō ergo nullas vis dicere: sed paruas vires. Non es robustus vt ille coętaneus tuus, neq; is vt ille alius, neq; ille vt bos & elephas. Suus cuiq; virium modus est, cuiq; qd̄ sat esset indulgentior natura distribuit parens optima, & suo℞ fœtuuȝ amātior, q̄ȝ quisq; sui. Nō potestis de defectu q̄ri, de imparitate q̄ri mini turbidū genus & querulum, qua sublata mūdi decor intereat necesse est. Sic qd̄ optimum est in rebus id fertis ęgerrime.

De aduersa Valetudine. Dialo. III.

DOL.

At aduersa valetudo ē. Ra. Quod expectabā audio cognatę etenim sunt querelæ. At si caro spiritui hostis est, vicissimq; contra se militant, qd̄ in se expertus ille magnus veri amicus, in oībus verū dixit, consequens est, vt qd̄ alteri obest ꝓsit alteri. Quod si spūs carne nobilior meliorq; est cui maxime sit fauēdum vides ac fortassis intelligis valetudinem, quā aduersam dicis esse prosperrimā. Do. Inualida valetudo est. Ra. At est valida hortatrix parsimoniæ, dehortatrixq; libidinum, & magistra mode

Aeg.Do. Mala valetudo corporis.Ra. si valetudo animi bona est,pone solicitudinē quicquid corpori euenerit,saluus es.Do. Corpus ægrū infirmumq; est. Ra. Multis ad salutē animæ profuit corporis ęgritudo.Ille vir altus, ex humili,ex aquis vectus ad sydera cœliq; clauiger effectus,cuius vmbra sola morbos corporū molestiasq; pellebat interrogatus aliquando,cur filiam ipse suam graui morbo pressam sineret respondit. Sic expedit ei.Tu quid scis an & tibi sic expediat? Do.Diu corpore,sic affectus sum.Ra. Ille idem de quo loquor filiam mox vt tuto sanam fieri posse cognouit & sanauit,& sanādis alijs habilem fecit.Et tu facito,vt secura tibi sanitas tua sit,fortasse sanabere. Deniq; (quod tuum est) animum cura, cœlestiq; medico curandum offer.De reliquo vnum hoc intrepide dixerim,etsi non quod iuuat atprofecto quod expedit, spera.Do.Valetudo anxia est.Ra.Est quę obliuionē somnumq; discutiat,& torporem abigat. Do. Valetudo infirma est.Ra.In infirmitatibus gloriare, & virtutem perfice.Duo hęc vnius magistri ore didicisti.Do. Valetudo misera est.Ra.Comes iniucunda sed fidelis, quę te crebro ve licet,iter signet,& conditionis admoneat,optimum in periculis monitor fidus.Do.Valetudo corporis extrema,sine remedio est.Ra. sile, & gaude ruinoso carcere vinctum te,egrediere facilius, ac citius.

DOL.

I Gnobilis patrię ciuis sum. Ra. Esto, tu nobilis. Nam nil vetat, nihil cuius patriæ tuæ nobilitate, tua nobilitas mixtum habet. Do. Paruæ vrbis incola sum. Ra. Et magnę vrbes paruos ciues habent, immo fere ex his cōstant, & paruę magnos quosdā habuere. Quin in syluis abiectus ac nutritus Romulus oīum vrbium reginam vrbē Romam cōdidit, quā euertere voluit in maxima vrbe genitus Catilina. Do. In exigua patria natus sum. Ra. Magnificare illam stude. Nihil æque ciuitates, amplificat, vt ciuiū virtus, ac gloria. Qui hoc ædificijs aut fertilitate melius atq; opibus fieri putat, fallitur, vt singulos viros sic & vrbes & regna & imperia, non vetustas, non turres, ac mœnia, non plateę, non palatia, ac templa marmorea, non statuæ, non picturæ, nō aurum nō gemmæ, non campi legionum, & classium pleni portus, non peregrinis referta mercibus emporia, & lucri amore ęquor oē fulcatū, nō postremo ciuium forma vel numerus, non reꝝ copia exundansq; cibis foꝝ non purpureę clamydes virorū honustæq; miris cultibus, non fastus, nō deliciæ non voluptates, sed virtus sola nobilitat, gestarumq; reꝝ fama quā viri pariūt, nō muri. Do. Parui municipii ciuis sum. Ra. Nescis Biantem Prieneum fuisse, Pythagoram

Samium, Anacharsim, Scytam, Democri-
tum abderitem, Aristotilē Stagiritē, Theo-
phrastum Lesbium, Tullium Arpinatem.
Chous æget maris breuis insula, & poetas
non ignobilem Philitem tulit, & medicorū
patrem & sculptorū ac pictorū principes,
Hypocratē.s. & phydiam, & Apellē, vt intel
ligi possit ingeniorꝫ magnitudini locorū an
gustias non obstare. Do. Ignobilis est pría.
Ra. Nobilitare tu illam pro virili parte si ve
lis potes, cum te illa facere nō possit ignobi-
lē, Nec Numę quidē Pōpilio ad Romanum
regnum, nec Septimio Seuero ad imperiū
obstitit soli natalis humilitas. Sūmo hoīus
Augusto, & si recens Romana quia ipse.s.
in palatio natus sit, origo tñ gentis antiqui
or veliterna est, Gaio Antiū, Vespasiano au
tem vici incogniti reatini. Contra vero lariſ
seam famam vulgauit Aeacides, & Peleū a
seculis fuscū nomē, atqꝫ humile, qđ Philip-
pus errexerat, Alexander ad cœlū tulit. Nō
satis est ciuibus obscuritatē patriæ nō noce-
re, nisi ciuium claritas patriæ prosit. A silus
ignobile atqꝫ opus pastoriū Roma fuit, quę
nō ante clarescerct q̄ꝫ res illam gestę, & suo-
rū virtus excellens ciuiū illustrasset. Do. Ob
scuræ patriæ sum addictus. Ra. Lumen vir-
tutis accende, quo iter tenebras enitescas, in
quibus hoc saltem boni erit, vt vel parua lu
ce clarissimus videare, sic vel illa te clarꝫ fa-
ciet, vel tu illam. Do. Humilis patrię habita

for sum. Ra. Esto & tu humilis, habitatorq́ tui animus humilis sit. Habes publicæ matris exēplum, ne te nido latius extēdas, nisi his tm̄ q̄s tibi virtus alas fecerit. His. n. vti licitum, vsosq́ feliciter complures modo diximus. Proinde mortalis hoc saltem insolētię frenum tene. Quidā de sola patriæ nobilitate superbiunt. Stultum genus.

De originis obscuritate. Dialog. V.

DOL.

O Bscuris parentibus natus sum. Ra. Non est forsan, vt tu reris odiosa cōditio, nescio an & optabilis ignobilē nasci, vtrāuis vitæ viā spectes. Nā seu voluptatib⁹ obsequi, vulgiq́ vestigijs tritū iter sequi statuis excusabilior fiet ducibus domesticis carens error cessabitq́ improperiū illud acerrimū degenerantiū a parentibus claris, eo ꝙ nulla tibi domi sit claritas quā obscures. Sin virtutis semitā raro pede signatā eligis, eo clarior fies, quo maioribus tenebris p̄ssus, ac circūuentus emerseris tota claritas tua erit rerū particeps tuarū nullus occurret. Nullā ptē glorię decerptura erit imitatio. Nihil tibi parentes eripient, nihil aut proauiq́. Nihil cōsiliarij, ac magistri. Quicquid bn̄ gesseris solus inde famā metes, solus inde laudaberis, solus author gn̄ris, fundatorq́ vocaberis, qd̄ non fieret, si nobilis natus ees. Vides ne igitur q̄ta tibi nouæ laudis occasio data est. Nobilē p te fieri, & nobi

litatē darē nō accipē. Dabis hoc posteris tuis vt nobiles nascātur, qđ parētes tibi nō dede/ runt tui. Plus ē tumulto nobilitatē fundare q̄; fundatā ab alijs inuenisse. Do. Noua & rudis origo est. Ra. Atqui clarior ē habitus ille pastorius vrbis Romę ꝯditor, ꝙ in syuis arcē posuit, & facili culmo exiguā ac squal/ lentē regiā texit, q̄; tot postea principes, qui ingētia mœnia testudinesq; marmoreas atq; aureas errexere, tāta sp nouitatis egre/ gie, ac magni principij laus est. Do. Ignobi/ li primordio genitus sum. Ra. Stude vt fine sis nobili. De principijs. n. labor de fine fru/ ctus, qui si imaturus carpitur longęuus esse nō pōt. Do. Radicē gloriæ ꝑdidit ignobilitas Ra. Nō ꝑdidit quidē, sed infodit altius vt va lidior licet serior surgat. Cæterū nō ignobi les mō. sed ignotos ex oī gñe hoium dabo, q virtute atq; industria euasere notissimi. Et sane si verū nobilē virtus facit non intelligo, quid quēq; volentē fieri nobilē ipediat, aut quid ita facilius sit nobilitarī alios q̄; seipm. Do. Ex ignobilibus parētibus descēdo. Ra. Quid Socrates, Euripides, Demosthenes? quorū primus marmorariū patrē habuit, obstetricē matrē, scđs matre p̄req;, vltimus non solū humilibus sed incertis. Vester, ille Vergi. rusticanis parētibus fuit. Nec se liberti no ac ꝑcone p̄re natū Flaccus erubuit. Am/ bo tñ ad insignē gloriā & sūmi pricipis gra tiam ꝑuenere, vsq; adeo, vt cui reges oēs col

la submiserant, cuius ē manibus magna oĩa poscebantur, atq; vnde oĩum ferme mortalium, pcipueq; nobilium spes pendebant cuius demum familiarē promeruisse notitiam summis licet hoībus summum erat. Ipse horū duoꝝ ignobiliū, quos Romā. s. Mantuanū Venusinumq; rus miserat amicitiam, & cōuictum ceu grāde aliquid, blādis, ac dulcib' epistolis flagitaret, & q̄; multos tunc in palatio nobiles vt sępe sunt, inutiles, atq; indoctos credimus fuisse, quib' hoꝝ nobilis ignobilitas, atq; inuidiosa (nec immerito) videretur? Do. Parētibus suis obscuris. Ra. Non mouent animum hęc exēpla. A ltioribus agam. Marcus Cicero, vt de illo scriptum est, ex ordine natus equestri de radice humili per egregias artes perq; honestos gradus, ad consulatum venit quo nescio, an alter vnq; salubrior Reip. consulatus fuerit. Do. Rustica & ignota patrū series est mihi. Ra. Sordēt hæc vt video. Altius ēt nunc aspiras. Certe & Marius rusticanus, sed vere vir (vt conciuis suus ait Cicero) diu arator apud Marsos fuerat, Romæ septies cōsul fuit. Tāta gloria, vt bis Italiā obsidione, & metu seruitutis liberasse eū cōpatriota licet idē suus, vere dixerit, & Marcus Cato plebeiæ vir originis, paruiq; oppidi diu quidē obscurus incola, post ī maxima vrbe clarissimus aduena, mox ciuis eximius, & consul, & censor fuit. Si ne id quidem satis

est & fortasse regnū cogitas. Profecto neq̃ illud sperare suffragio meritorū humilitas vetat originis. Tertiū, & quintū, & sextum Romanoꝝ regū ad memoriā refer. Tullus Hostilius, vt probati ꝑhibent authores, & si apud alios de illo, tale nihil scriptū sit infans in agresti tugurio educatus, in adolescentia pastor fuit. Tarquinius priscus p̄re negociatore aduena, nec italicæ insup originis. Seruius Tullus, serua, q̃; uis (vt alij volūt) captiua quidē, alioqui vero nobili m̄re natus virtute regnū Romæ meruit. Nec miraberis, si Platonicū illud tenes. Neminē regē non ex seruis, neminē seruū nō ex regibus descēdere. Sic res hoīum lōga ætas, ac fortuna pmiscuit. Sileo cæteraꝝ reges gentiliū, e pecudū gregibus, vilissimarūq; artium tabernis ad inopinum subito dyadema prouectos. Alexander Macedo Ortulanū in Asia regem fecit. Et fuit ex illis actibus laudatis iste nō vltimus. Contraq; alios sileo, e regni fastigio, ad seruitium vsq; prolapsus. Sic suas res fortuna moderatur, tñ plurimū pōt virtus. Per illā tuto cōscenditur ad sūpmos gradus, cuius calle deserto, sciāt reges se i tremulo stare, neq; descensum mō instare, sed ruinam quæ nā igitur (vt ad te redeam) ista calamitas nascendi, cui nec spes regnādi eripitur, nec successus. Do. Obscura de radice ꝓdeo. Ra. Omnis radix obscura, & squallida est, vnde tñ & floridi, & frondentes rami pro-

ceunt. Non vnde quicq; prodierit, sed qualē sit q̄ritur. Do. Parētibus infimis natus sum. Ra. Sentio summū ad imperiū stilū vocas. Septimius Seuerus de quo supra diximus, eq̄stris & ip̄e ordinis. Ælius ptinax & ip̄e Libertini filius, & lignorū vilis vtiq; negociator mercis, vterq; Romano p̄fuit iperio, cui & Philippus pr̄, ac filius Arabes humillimi gn̄is & Maximinus & Maxius p̄fuere. Obscurissimis ille parētib⁹, ac barbaris, quorūq; cū arrepto iperio puderet. Hic ferrario an lignario p̄regenitus, icertū, Certe Vespasianus inter bonos principes numeratus, e nō clara stirpe clarissimus, & Rēp. gessit exi mie, & duos ex ordine filios successores Im pij, virtutis vnū habuit, q̄;q̄; qd minora prosequimur? Cū sup ipsius Augusti Cæsaris origine ābiguitas, multa fit. sūma est humanę cursum sortis origine nō p̄uertit, vnicuiq; licet asurgere, seu fortuna manū porrigat, seu virtus. Do. Humile nimis, atq; infimus genus est. Ra. Q̄d ad humanę potētiæ gradū spectat, exēpla posuimus, quibus iā iri altius nō possit, vnū restat, non impio, aut regno, sed suapte alia quadā maiestate memorabile. Vētidius bassus esculanus matre humili, patre ignoto capta patria, iam pubes in triūpho Gnei Pōpeij Strabonis, qui Pompei magni genitor fuit, inter captiuos alios ductus, Idem postea variante fortuna dux populi Romani cōtra Parthorū regem

& antiqua potentia, & recenti victoria insolentē, felicissimo pugnauit euentu, & filio regis interfecto, cesisq; hostium legionib⁹, quæ ad eum diem nulli Romanorū ducū facta ꝑmiserāt insignē illam Romanorū stragē, & Crassorū mortem magnificētissime vltus ipm in quo victus alienos currus ornauerat ac carcerem vinctus intrauerat, victor ac triumphans capitolium proprijs curribus honestauit, & Romanum carcerē acie captiuorum hostium impleuit. Et quo gratius spectaculū esset, mirabiliorq; victoria, eodem ipso die parta erat reuolutis annis, quo clades illa terribilis apud carras accepta fuerat. Quis ambiciosus adeo, tamq; auidus regni est, vt nō hanc gloriā sine regno, q̄; in glorium regnū malit? Et quid oro nocuit ventidio ad felicitatē & ad summū decus, ꝙ humiliter natus esset, & prima ætate fortuna humili usus, & misera? Certe virū Esculi despectū Roma suspexit, & claris suorū ciuiū nominibus illud peregrini fuscum nomen inseruit. Hæ sunt ad ascēsum scalę. Hi virtutum gradus quibus nō ad gloriā modo altioremq; fortunam nitēdo, sperādo, vigilādo sed ad cœlū vsq; peruenias. Proinde & tu natus humiliter, & cōscendas enitere primum & vltimum virtutis in vestigio pedē figens nec declinās alicubi, nec subsistens. Do. Humile principium fuit. Ra. Illud ꝑterijt. Quę sequūtur cogita. Nec me latet, vt primus &

Vltimus, vitæ dies quibusdam visi sunt hu-manæ conditionis statum maxime mode-rari, siue (vt ipsi dicunt) continere, De vlti-mo nempe consenserim, de primo autem non ita. Etsi enim (vt ipsi volunt) plurimus intersit, quibus auspicijs inchoetur. Et si cum his sentiens Satyricus vbi de ipso loquitur Ventidio ita scripserit. Distat enim quæ sy-dera te excipiant modo primos incipientē ædere vagitus & adhuc a matre rubentem. Nos tamen ista respuimus. Et hæc auspicia & hanc tantam syderum vim negamus, Cō ditori almo syderum omnia relinquentes, a quo creatum nullum penitus ob hoc vir-tutis, & felicitatis, & gloriæ calle secludi-mus. Do. Humilitas generis multa est. Ra. Quid tu autem multam ne superbiam esse males? Aut quid hinc tibi nunc deesse sen-tis? nisi ne famosis imaginibus atrium truncisq; statuis, bustumq; familiæ seme-sis plenum titulis, spectaculo prætereunti-bus, tibi insanię sit, qua in triuijs de his quos non noueris elato supercilio fabuleris. Do. Ignobilis natus sum. Ra. Ignobilem non nasci tantum, sed & viuere quibusdā felici-tas visa est. An in Thusculano saltem a Cice rone positum non legisti illud potentissi-mi regis Anapestum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit, q inglorius sit, atq; ignobilis ad supremum diem peruenturus?

DOL.

Origo non tm̃ humilis, sed obscura est. Ra. Vera & summa obscuritas vna est animi. Illam si mihi demꝑseris pulchra sunt omnia. Do. Male natus sum. Ra. Qui bene viuit bene nascitur, bene moritur. At qui male vixerit, bene natus eē nō pōt. Nã quid refert q̃ fulgido tramite cœcus incesserit, aut qd refert vnde venias si in miseriam & in culpam venis. Do. In peccato genitus sum. Ra. Deflet hoc quideꝫ ille vir maximus. Et profecto nemo non in peccato nascitur. Cauete ãt grauiora sup adde re q̃q̃ ne his quoq; purgatio sua desit, sꝫ prima illa deformitas in ipso sæpe vitæ limine sacris vndis abluitur niueusq; aĩaꝫ cãdor subit. Do. Male me parẽtes gẽuere. Ra. Quid ad te? Quisquis male genuerit tu bñ genitus fuisti, nisi alieno flagitio tuum iungis. Do. Fœdę pudet originis. Ra. Iã ꝙ alieno tumescitis nō miror, & alieno simul erubescitis. Et oĩno vbiq; potius q̃ in vobis & bona, & mala vestra reponitis, quæ alibi tñ q̃ in vobis esse non possunt. Quod nisi pœnitẽdũ ipse aliqd pœnitẽdumue ęgeris, quod tuum crimẽ, aut quis pudor impudicus pater? tu modo ne pr̃ni dedecoris hereditatem adeas caue. Atq; illi dissimilimus hac i parte fieri stude. Qui te ignaꝑ genuit, inuito tibi suas maculas impressisse nō potuit. In te

fit, & ex tẽ pdẽat necesse est vnde obscurus, aut clarus fias. Do. Inhonestis parentibus in lucem veni. Ra. Oĩs parens honestus filio vi deri debet, sed nõ vt verendus, sic sequendus õis filio parẽs. Est vbi deseruisse ↄsilium sit. Eia igitur in diuersum abi, si verus est parẽs deseri volet, seq; nõ suum vitiũ amari opta bit. Vnus hic inuentus est modus, quo parẽ tum nomen p̃mere, & calcare gloriosũ fi lijs. ac decorũ sit viuẽdo aliter, castius. s. ac san ctius. De parẽtibus inhonestis lingua filij ta ceat, dissimilitudo, vitę morũ, actuũ non ta ceat, Pulchra laus filij cui a tergo dicitur. O quãtum sene suo modestior adolescẽs, con traq; nulla grauior senilis nota lasciuię q̃; ad mota illi pudicitia iuuenilis, equidem si pa rentum gloria filijs male viuẽtibus onerosa est q̃sto fasce verecundiæ filiorũ laus patrũ male viuẽtium p̃mit infamiã? Do. Dãna ta de venere procreatus sum. Ra. Atqui mal le debes impudici p̃ris honestus filius esse et dici q̃ȝ honesti impudicus. In omni enim, seu laude, seu vituperatione illa p̃cipue æsti mãda sunt, quę cuiusq; sunt ppria. De alie no nemo iuste reprehẽditur, seu laudatur. Et si vt dixi vestrum, qcquid id est ↄspectius fiat suo cõtrario admotũ. Cęterũ, vt cuiusq; propria laus aut infamia est, sic laudis, aut infamię propria cã sit oportet. Neq; vero vt vnius gladio alter perit, vtq; vnius flammis res alterius vritur, sic vnius culpa etiã famã

perit alterius, eo quod animi bona solidiora sunt quam corporis aut fortunae, ut inuito nequeant possessore uiolari. Do. Cōtra fas, cōtraque leges genitus sum. Ra. Nil tu contra leges, sed parētes tui egerūt, tu scdm leges age oia. In hoc qdē nullum penitus tuū crimen fuit, de ortu tuo alij, tu de moribus tuis rōnem reddes. Et quamuis odio vagę libidinis in imerētes filios vltio legum ciuilium extēdatur, deus tñ quēque suis finibus metitur. Nec filij iniqtatem pri imputat, nec filio pris. Ipsam quoque philosophiam iudicare aliter solitam quam leges ab ipsis philosophis accepisti. Legibus ergo oppressus diuino simul ac philosophico iudicio reuelatus, habes aīum vnde soleris, neque.n.tibi vt priuati primonij, sic publicę virtutis hęreditas interdicta est. Illa.n. institutis hoīum, hec meritis daī, & anteque nascereris vt nīl glorię, sic profecto nihil infamię meruisti. Do. Origo illicita. & incesta est. Ra. Quid de incestu, quidue de adulterio nasci queat indicio sunt Romulus, & Alcides. Perses macedoniæ, Iugurtha Numidię rex fuit, vterque legitimis fratribus regno exclusis, malo quidem more pessimisque artibus, sed exclusis tñ. Alexander Macedo Philippi dictus, cuius vere sit creditus audisti. Denique Philippum extremo vitę Alexādrū non suum filium pdicare solitum. Idque sibi vltro cōfessam Olympiadem, hancque ob cās repudio dimissam scriptores rerū pdidere.

Cōstantinus ipse ex cōcubina genitus licet insigni, prę legitimis fratribus ad imperium venit. Adderē his Arturum regē, nisi ꝙ hi storijs miscere fabulas nihil est aliud, q̃ mēdatio, veri fidem iminuere. Ad summā vero non est, ꝙ te deijciat origo. Vndecūq; ortos virtus extulerit satis est gloriæ. Do. Male natus sum. Ra. Bene viue, bñ morere qualiter natus sis nec tuū est, nec meminisse quidē potes, nec magnopē inquiras qđ ad te nō ptinet, nisi forte vt humilior mitiorq; nō vt mœstior sis. Do. Turpiter natus sum. Ra. Morū candor & claritas vitæ, nō macu las mō, sed memoriā oēm fœdæ originis delebūt. Hoc remediū dū licet arripe. Aliud mihi crede nullum est. Do. Pudet infamiū parētū. Ra. Pone hūc pudorē. Vnus, omniū pater, deus. Vna omnium mater terra.

De seruitute. Dialogus. VII.

DOL.

SEruus in hanc vitam intraui. Ra. Ne doleas, liber egrediere velis modo sicut multi qui ex diuerso intrarunt liberi serui exibunt. Do. Seruiliter natus sus. Ra. Liberaliter viue, meliore tui parte liberum esse nil prohibet, vna est peccati seruitus grauissima, sed quę pmere nescit inuitos Illam excute, liber eris. Do. Seruum fieri voluit fortuna. Ra. Pōt velle cōtrarium, Et si moribus vtitur, scis, quid speres. Nosti monstrum illud, nosti ludos & pstigia, non liber modo,

modo,sed domini tui dominus fieri potes qͥ̃ quid velit,aut qd nolit,nihil ad res,vt sit inexorabilis(qđ interdũ est)nullum illa tamẽ in animũ ius habet. In omni aũt aduersus illã certamine ab illius hoste poscendũ auxiliũ. Sępe quẽ fortuna seruũ,liberum virtus fecit. Do. Seruitio premor graui. Ra. Iugũ q fert volens,leue efficit. Ostendã tibi lenimẽ vnicũ,ac peculiũ immortale,domini qͥ tui qͥuis potẽtis arbitrio exẽptũ,quod te liberũ,atq; ipso domino ditiorẽ faciet. Sapientiæ studio incumbe, illa te in libertatem asseret,dictũ Catonis est a Cicerone firmatum. Solus sapiẽs liber est,ea.s.libertate,qua certior nulla est. Do. Sub durissimis dominis vitã traho. Ra. Nulla re melius,qͥ fide et obsequio molliętur & fortassis adeo,vt(qđ multis accidit)inde tibi vẽtura sit libertas vnde te seruũ luges,forsan & aliunde. Hunc si quidẽ tpalis dñs liberat,hunc æternus. Scis quãto piculo Malchus minas heri psequentis euaserit,sed euasit tñ. Interim de dño sic cogita. Hic te nutrit,tuiq; curã oẽm in se trãstulit,cũ libertate solicitudinẽ amisisse,quid nisi velle dãnum voces? Multis serua libertas,multis est libera seruitus. Non tam graue iugũ hominũ qͥ curarũ est. Qui hoc excusserit illud ferat æquanimis. Huic tu seruus, huic vni es deditus,imo hic tibi. Hic tuus est dñs,immo procurator tuus, Nõ habebis honores equidem,nec labores publicos,nõ si

gulus iniquis pceptis ac turpib' opponedu est, seruādum q; memoriter quod pmisso alter ait, qui cum seruos obedire per oīa dominis pcepisset addidit nō ad oculum seruientes, quasi hoībus placētes, sed in simplicitate cordis timentes dnm. Ex his vides status tui cōditio quæ nam sit. Nō totus est seruus, qui ad magna impia cogi nequit. Do. Supbo dño seruio. Ra. Quid scis an ille superiori suo dño seruiat? Forsan vxori, forsan meretriculę. forsan his ipsis quibus impat. Quot suoꝝ seruoꝝ seruos vndiq; cernim'? Postremo (quę durissima oiuʒ est seruitus) forsan, & ipse sibi, hoc est vitijs, & passionibus, ac violētis affectibus suis seruit. Quid vis dicam? Pauci in veritate sunt liberi, & si qui sunt eo illis laboriosior vita est, quo altior. Multo.n. citius, multoq; facilius fidelis serui q̄; iusti regis implentur officia. Diocliciani iam priuati, & de pterito iudicātis, & experientia edocti dictum memorabile est. Nihil difficilius q̄; bene impare, pp quod videri pōt ipsum quidem impium dimisisse. Tu igitur sortem tuam lętus amplectere fuscam fateor, atq; humilem, sed facilem, ac trāquillam nisi forte feliciorem reris in spectaculo anhelantem q̄; in cubiculo quiescentem. Do. In seruitiū mea me sors impulit. Ra. Libens facito quod oportet. & est illud quoq; notissimum, ac necessitatibus humanis aptissimum cōsiliū. Cupias quodcunq;

necesse est, sic vim ipsam necessitatis eluseris.
Fer fortunæ sarcinã patiẽter, quã quidã etiã
sponte subiere, vtq; alios seruitio liberarent
sibi seruitiũ delegere. In qbus est clarissimũ
Paulini nomẽ Nolani presulis, cuius spon-
taneę seruitutis exitus felix vt debuit fuit.
Quidã paruo se præcio vẽdidere, vt serui ef
fecti suos dños peccati vinclis absoluerent
atq; ad verã reducerẽt libertatẽ, in qbus Se-
rapion qdã ægyptius heremicola nobilita-
tus est. Hæc tibi magis exẽpla profuerint q̃
lamẽta. Experire & tu tale aliqd, quo vel vti
lis alteri, vel facilis tibi saltẽ seruitus tua sit.
Nõ id qdẽ, qđ nõ habeas optare, sed eo qđ
habeas bene vti sapiẽtis est. Illud oĩbus con
tingit, hoc paucis. Do. Mortali dño morta-
lis seruio. Ra. Immortali seruire incipe, ille
tibi & libertatẽ spondet & regnũ, q̃uis & in
hoc statu nec honestis artibus operam dare
nec sperare meliora sit vetitũ. Et Terentius
seruus fuit & didicit haud seruili quidẽ inge
nio, & comœdias scripsit haud seruili stilo,
quo & libertatẽ & inter poetarũ duces me-
ruit locũ. Quõ ergo virtutẽ solidũ aię bonũ
seruitus impediet quæ nec aduẽtitia studia,
nec externã gloriã impedire põt? Plato ipse
in seruitiũ delatus tñ (vt scriptũ est) qa phi-
losophus, maior emẽte se fuit generosa pro
fessio, q̃ maiorẽ dño seruũ facit. Et est haud
dubie seruus eruditus, eo maior indocto
dño, fortuna qualibet maior est animus, &

in libero corpore serua mens habitat, & in seruo libera. Obstare seruitus pōt fori acti/bus nō animi. Curia seruū respuit. At nō vir tus, nō industria, nō fides. Tyro Ciceronis seruus fuit, sed his artibus libertatē adeptus elegantē de patroni locis librum posteris li/quit. Nō potest seruus imperator exercitus, aut Senator esse. At philosophus. at orator. at vir bonus pōt. Aliquando ēt discusso ser/uitio Impator & rex quoq;, neq; ad regnu; mō, & imperiū ab hoc gradu peruenisse ali quos nouimus, sed ad cœlū ipsu;. Non pōt seruus militare homini, deo pōt, eiusq; mili tiæ stipendiū est regnare. Dei seruus Rex est oium socius angelo℞, horror demonū. Dei aūt seruus, & seruus hoīs eē pōt, atq; ita cœ/lesti felicitati terrena suitus nihil nocet. Do. Seruus sum. Ra. Si semp fuisti ꝯsuetudo lu/ctu; leniat. Si minus spera posse te ite℞ nō eē qđ nq; nō fueris. Do. Seruus su;. Ra. Si spas mali finē minuat spes dolorē, si despe/ras patiētia. Neq; malū malo cumules, neq; te angas supuacue sciēs volēsq;, q̄ totius hu/manæ demētiæ summa est. Sed certe nihil est desperādū. si cūcta defuerint mors ade rit, q̄ te inuito dño dissoluat ac liberet.

De paupertate. Dialogus. VIII.

DOL.

P Aupertate pssus sum, assurgere ne/queo. Ra. Sæpe quidem paupertas modestiam persuasit reluctāti aīo,

quódq; nequicq̃; philosophia tētauerat, hęc impleuit. Do. Paupertas meū limē obsidet. Ra. Nō obsidet, s3 custodit. Neq; hoc illi nouum aut insolitum, vt q̃ vrbe3 Romā multis olim sæculis custodiuit. Inter tētoria equidem paupertatis sobriæ, atq3 solicitæ, luxus inhers, sopor marcidus, ac vina languida, & eneruata nō subeunt. Do. Domum meam paupertas inuasit. Ra. Vltro illi vt occurras consulo. Venientē læto aīo bipatētibus valuis excipiés, atq3 amplectens, prima.n. fronte rigidula, ac subtristis, nec immerito viatori, ac viro armato exæquata, eo ꝙ celer, minaxq; sit aduentus eius. At cum in familiaritaté admissa fuerit, & minime sumptuosa, & secura, ac facilis hospes erit. Do. Foribus meis paupẽtas insultat. Ra. Aperi ocius anteq̃; vectes subita vi cōfringat, atq3 ostijs vulsis a cardine victrix intro eat, vt enim resistētibus permolesta, sic cedētibus periucūda est. Do. Domū meam paupertas irrupit. Ra. Aduersus fures, & peiores furibus voluptates, peruigil excubitrix. Aduersus vulgi morsus & insulsa iudicia, atq3 auaritiæ, seu prodigalitatis infamiam, quæ raro alibi q̃ locupletū sedet in limine. Ab his malis nullo melius ingenio custodiri potuit domus tua q̃; illa3 custodiret pauptas, vt diues, & si largus sit, si quid tñ sibi reseruat, auarus vulgo dici solet. Sic paup cupidus quoq3 largus habebitur. Inuidet opibus vicinia, paupertatē

miseratur. Illas cupit ac vituperat, hanc horret, & laudat. Do. Domum meam occupat paupertas. Ra. Iam nullus tibi superbię locus erit nec inuidiæ, nec dãnis insignibus, nec damnoꝝ metui, nec suspitiõibus mille, nec insidijs, nec nauseę, nec podagrę diuitũ hospitibus. Quibus exclusis habitatura latius tecũ quies, & trãquillitas, & virtus. Cui eo plus loci erit quo fortunę minus. Do. Lares meos dura subijt paupertas. Ra. Quid queraris scio. Mollius diuitiæ subijssent, sed paupertas tuti⁹ Nullę aũt opes sunt, quibus nõ sit anteponẽda securitas. Cum ad felicitateꝫ enim oĩa q̃cunqꝫ agunt cupiuntue hoĩes, disponantur esse illa sine opibus q̃dem põt, sine securitate nõ põt. Do. Paupertate ĩportuna diu p̃mor. Ra. Vt nihil importabile diu fertur, sic nihil breue difficile. Sed hoc dicis grauius. Excute ãt illam cũ diuitijs, an plus auro tribuis, q̃ꝫ virtuti? An & hoc ĩ paradoxis stoicis non legisti? Quod solus sapiẽs diues est. An legisti forsitã, sed spreuisti? quod pleriqꝫ faciunt, legentes vt fabulentur ornatius, non vt melius viuãt. Nihil ad honestatem, oĩa ad scientiam atqꝫ eloquentiam referentes, quo nihil est vanius.

De damno passo. Dialogus. IX.

DOL.

Opes cunctas trux fortuna p̃ripuit. Ra. Nõ tibi fecit iniuriam suum tulit, sed vetus, & nota hæc ingratitu-

Refferit, stulte reperitur. Citius centum sui si miles mulier mala q̃ vnā bonam reperiet. Quāobrem, qui malam habuit similem ti meat. At qui bonam, similem ne speret, sed vterq; pariter, ille aduersitatem cumulare, hic prosperitatem suam deformare caueat. Sic in omnem casum scdo coniugio absti/nendum. Tu nunc ergo, si vt ais bonā cōiu gem amisisti p̃terito potius gratulare q̃ fu/turi spem cōcipias, neq; q̄ puppe integra lit tus attigeris, crebro nauiculā ventis credas. Do. Coniugii vinculum, quo tenebar mors dissoluit. Ra. Noli te rursus inectere, cogita q̃ obtabilis, q̃q; incōparabilis sit libertas, & ꝯsilium Ciceronis amplectere. Qui vxo rem viuacissimam, & aduersus quā frustra mortis auxilium expectandū esset, dum re/pudio dimisisset hortātibus amicis, vt aliā duceret, non posse simul se vxori & sapien tię studio dare operā r̄ndit. Do. Vxorem bo nam perdidi. Ra. Quid si hoc etiam nō ia/ctura, sed lucrum & magni fuga periculi est vt enim sit bonam reperire, constantem vbi quęremus? Notum illud summi vatis vari um & mutabile semp fœmina. Do. Vxorē bonam, ac iuuenili ęuo floridā amisi. Ra. Pax o e igitur non fœminei mores sunt? q̃ multas pudicissimas adolescentulas impu/dicas, ac lasciuas anus vidimus. Ardor nē/pe libidinis, quoties vetulę ossib' incubuit, quasi ignis in ligno arido violentius ęstuat,

vel instātem ergo vitæ mutationem, vel ut inde periculum non esset venturę utiq; senectutis pondus, ac fastidium declinasti. Graue iuuenibus coniugij iugum, senibus grauissimum, du℞, importabile. Do. Amissi iuuenem vxorem. Ra. Seu proles ex coniugio quęritur, seu voluptas, quorū alterū mariti est alte℞ adulteri. Ad vtrūlibet aptior iuuētus. Siue his aūt ab vxore pceptis, siue eorū altero eo illam peruenire optabas, vbi inhabilis ad vtrunq; esset, siue ad hęc natura inhabilem senio fieri posse habilez sperabas, quid nisi votū superuacuū spes insulsa est? Do. Amissa dulci cōiuge solus sum. Ra. Inuidiosa vero solitudo est, malis caruisse comitibus, vacuo nihil est mollius cubili. Nihil durius occupato animis dulces somnos et vigillas honestas amātibus, honestūq; aliquid altumq; versantibus. Nil egregijs coeptis infestius muliebri cōsortio. Nec me fugit ꝙ aduersus hęc dici soleat, ab his, quos miseriæ delectant suę, matrimoniorū inquinunt experies, matrimonia condemnant. Et vt est in prouerbio vulgari. Vxorem verberat qui non habet. Ego contra, nullos de cōiugio queri solitos audiui, nisi qui sarcinas coniugii pertulissent. Do. Coniugem amisi optimam. Ra. Et quę optimę quęq; virorū amātissimæ videntur zelo, ac suspitionib' aliquāto cæteris acrius inardescunt, quo incendio conflagrare pacem domesticā est nę

esse. Quorsum igitur querelæ? Perdidisti vxorem, inuenisti libertatem, cęlibatũ, pacem, somnum, requiem. Iam tranquillã sine litigio noctes ages. Do. Sine vxore sum. Ra. Et sine aduersario iam tui, rerumq; dominus tuarũ esse incipis. Ante lucẽ lectulo matutinus domo egredi, vespertinus regredi, solus aut cũ quibus voles totos dies agere nullo rõnum exactore permitteris. Do. Vxorem perdidi. Ra. Perdita dudũ ac repudiata requies in cubiculum reuocanda erit. Illa tibi vxore qualibet vtilior comes. Do. Vxorem bonam, ac decoram perdidi. Ra. Stulti est cõpedes suas, q̃uis aureas amare.

De importuna vxore. Dialog. XIX.

DOL.

VXorem patior molestam. Ra. Felicius amisisses. At qui modo perditam querebare. Do. Vxorem patior inquietam. Ra. Primo labori venia forsan aut miseratio, secundo non nisi odium debetur, & quem vna vxor non castigat, dignus est pluribus. Do. Infestam patior vxorem. Ra. In alijs vtcunq; fortuna culpes. In vxore aũt p̃sertim altera non aliũ q̃; te ipm̃, hoc tibi malum tu fecisti. Do. Vxorem patior procaces. Ra. Vdas succende paleas, tegulas frange de reliquo prouisum tibi est, Ita vero cumulate quę te domo pellant adsunt fumus, stillicidium, atq; vxor. Do. Perfidam patior vxorem. Ra. Iã periculo res nõ

necat. Vxor Agamenonem, Vxor Africanu morti dedit, vt Amphiaraū, vt Deiphobū, vt Sansonem sileas, aliosq́, quos numerare longum est illi quidem prorsus innumerabiles, quos vxores nec mori cogunt, nec viuere patiuntur. Do. Mala mihi notissima explicas remedium q̃ro. Ra. Erunt qui suadeant vt castiges & prauos mores ad rectum reuoces, totū te huic vni negocio impēdas. Ego aūt quid, castigandam vxorem si castigando proficias, non nego, si id frustra est, sola restat patientia. Hanc amare, quodq́; inuitus faceres, volens fac. Est Varonis Satyra Menipeam vocāt, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti viri consilium breue sed efficax his verbis expressum leges, vitium vxoris aut tollendum. i. corrigendū, aut ferendum est, & dicti rō breuis quoq; sed elegans hęc affertur. Qui tollit vitiū inqt vxorem comodiorem p̄stat, qui fert sese meliorem facit. Quod dictum scriptores alij sic interpretati sunt eiusmodi vitium vxoris, si corrigi non possit ferendum esse q̄d fieri a viro salua possit honestate, ꝙ vitia nempe flagitijs leuiora sint eamq; non aliā sententiaȝ fuisse Varonis. Do. Procax, & morosa est vxor. Ra. Fer mores, si imutari nequeunt, & qualiter foris viuas domi disce cum Socrate. Et si ille duas simul ptulit, alij plures, vni tu ne succūbas sarcinę. Do. Molestā vxorē habeo. Ra. Cui vero non possit vxor

molesta

molesta contingere nisi qui se nuptijs ꝯstā
ter abstineat cū & Adriano principi & quo
nil altius nil mitius Augusto Sabina illi,
huic Scribonia, vtraq; coniūx dura & puer
sa moribusq; asperis digna repudio, Et Ca
toni censorio tā rigidi tāq; inuicti viro ani
mi cum Paula q̄dam violenta vxor ac sup
ba contigerit (qđ mireris) humili etiā orta
progenie: ne quis hominū speret ignobilita
te vel inopia vel oīno aliter q̄ perpetuo cæ
libatu coniugij subterfugisse molestias, sed
quas fuga nō euaserit, patientia perferendas
sciat, nec luctando, nec calcitrādo, se torq̄at
ac iugum sponte susceptū iactabundus ex
asperet. Do. Importunā prorsus & indomi
tā fero vxorē. Ra. Bñ ais ferendū est etenis
qđ deponi nequit, & si p̄mat. Do. Molestissi
mam habeo vxorē. Ra. Habes. vnde patien
tię laudē quæras, vnde discas requiem opta
re vnde peregrinari ames, reditumq; oderis
vbi vocem exerceas, ac bacillum.

De raptu coniugis. Dialog. XX.

DOL.

VXor mihi ēripitur. Ra. Violentum
omne molestum patiendi fateor.
At res ipsa si per te illam æstimes,
quam queso tantę molestiæ causas habet?
Cum profecto si importuna est vxor, eius
amissio magni oneris fit leuamen. Do. Ra
pta est cōiunx. Ra. Si incommodum corpo
ris curauit premium debetur, quid non le

ſtanti animi languores, ac moleſtias debeā-
tur? Si quis tibi medicus tertianam febrem
abſtuliſſet & gratiam illi haberes, & p̄tium
dares, quid nunc facias cōtinuā auferenti?
Do. Rapta eſt vxor. Ra. Neſcis quid raptori
debeas, cura ingens indeciſumq; litigium,
vnā cū coniuge forſitan & graue periculum
tuæ domus limen exceſſerit. Multi perierūt
qui vixiſſent ſi vel raptu, vel aliter coniugi-
bus caruiſſerit, inter vitæ mala nihil peius
q̄ inteſtina diſcrimina. Do. Rapta vxor
abijt. Ra. Si coacta iuit ignoſcito. At ſi volēs
vno actu duplex tibi quęritur vindicta. Nā
& adultera ſuus ad raptorē abiit, & ille tuū
virus ſuam tranſtulit in domum. Qualem
enim mœcho ſperet quę talis fuerit mari-
to? Do. Vxor cum raptore libens abiit. Ra.
Sine paululum. Alteri quidem alterius fa-
ſtidiū nō longa dies attulerit. Si ante flagi-
tium cogitarent hoīes, non eo vſq; p̄cipites
ad peccādū eſſent. Nunc feruidos appetitus
ſera damnat pœnitentia. Nil niſi poſt factū
cernitis a tergo oculos habetis, cœca frons
eſt. Do. Rapta eſt vxor mihi. Ra. Hoc genus
iniuriæ nec reges euadere potuere, & Sipha
ci Maſſaniſſa, & Philippo Herodes ſuam
abſtulit. Do. Rapta eſt mihi coniunx. Ra.
Quod ſemel tibi, bis accidit Menelao.

De vxore impudica. Dialo. XXI. DOL.

IMpudica vxor domi eſt mihi. Ra.
Mallem rapta eſſet, aut etiā impor-

tuna moribusq; asperis potius q̃; lasciuis,ac turpibus. Ferẽda tñ oia ingenti nisu ĩgẽtiq; aĩo & rerũ mortaliũ cõtemptore. Innumerabiles sunt hoium miserię, quib⁹ oib⁹ vna virtus obiicitur. Do. Impudica mihi ẽ vxor. Ra. Pudicitia insignis impiosas efficit matronas. Nihil metuit q̃ sibi nihil ẽ ꝯscia. Huic malo igitur hoc saltẽ boni ineſt, esse iã molesta minus icipiet, minusq; insolens. Lesa n. ꝯsciẽtia fœmineũ ꝑmit animi tumorẽ, & sępe obsequẽtior in reliquis viro ẽ, q̃ se meminit impudicã. Do. Lasciua est vxor. Ra. Nõ mirandũ si formosa nõ curãdũ si deformis. Do. Vxor impudica ẽ. Ra. Pulchra dũ limen vxor subit, subire debet aium illud Satyrici. Rara est adeo cõcordia formę atq; pudicitię. Nam si turpis insaniat prope gaudẽdum est cãm adesse diuortii. Do. Adultera vxor est. Ra. Adulterium sępe quidem ęque ardentius expetiti coniugii, sępe vnum alterius adulterij pœna est, eoq; iustior, si multorũ. Cogita an tu vnq̃; aliis feceris, vñ hoc tibi fieri ab alio nunc dignum sit. Iniusta.n. atq; impudens est q̃rela, pati ꝙ feceris indignãris. Et ab alio expectari, alteri qđ feceris, lex moralis iubet. Et facere aliis, quot tibi ab aliis fieri velis, sane adeo digna ẽ, vt illud prosani etiã cogente sententię grauitate, atq; æquitate laudauerint. Sed mortalis petulãtiæ licentia, legum salubrium abrogatrix oẽ fas nefasq; confundit. Itaq; passim adulteri

occurſant, qui cũ thalamos viduorũ coniugiaq; fœdauerint, ſuas interim cõiuges, vel in publico cerni nollint, & ſiqs in illas oculum deflexit inſaniant. Sic Seuerus alijs ſic indulgens ſibi, ſic iniquus rerum arbiter quiſq; eſt. Do. Cõiugalis mihi fides frangitur. Ra. Vide ne tu hanc aliis non maritis tm̃, ſed vxori tuæ fregeris. Nam ſunt qui ab vxore exigunt, qđ non pſtant, qui laſciuiam ſuam titulo vrbanitatis excuſent, alienã, vt grauiſſimum ſcelus ſeueriſſime punientes, qui cuncta ſibi cũ pmiſerint, cuncta aliis negent. Iniquiſſimi iudices, qui de pudicicia iudicent, impudici impune paſſim agunt oĩa & ceu ſoluti legibus, vaga libidine rapiũtur. Vxor oculum parũper inflexerit adulterij rea fit quaſi vero dñi nõ mariti ipſi qdem. Illæ aũt nõ vxores diuinę atqȝ humanę domus ſociæ. ſed captæ ex oſtib⁹ aut emptæ pcio ſint ancillæ, Cum etſi obſequii pluſculum fidei nihil plus tua tibi coniunx debeat q̃; tu ſibi. par debitum æquus amor mutua cõiugii fides eſt. Non excuſo vxores viros arguo, primãq; illis culpæ partem tribuo. Perſæpe. n. vxori dux, atqȝ exẽplum laſciuię vir fuit & inde mali proceſſit initium, vñ remedium debebatur, q̃; uis aũt pudor fœminæ pprius. viro certe prudẽtia atqȝ ↄſtãtia ſua eſſe debet. Itaqȝ oĩs in viro, q̃; in muliere dementia, animi leuitas eo eſt fœdior, quo viro debita magis eſt grauitas. Do. Coniugis

adulterio mœstus sum. Ra. Visitatus dolor, vetus iniuria, nec minus cræbra. Vix crebrior coniugii q̄ adulterii vsus est. Deniq̧ hoc est, qđ (vt ait quidam) nec pmitti, nec prohiberi pt, quia.s.alterū honestas libido alterū fieri vetat. Tu ne tibi ergo fœminam vnā tuā totā, atq̧ integrā voluisses, qđ nec ferocissimis tyrannoꝝ, nec regum maximis potuit tua ætate ꝯtingere nec priore potuerat. Mitto recentia, ne quos forte pstiius offendā. Tutius est Herculem ferire q̄ villicū. Nec vero cūcta veterū attingā. Formidatissimorū sum morum q̧ hoīum famę parcā. Nosti aūt hisq̧ vel in silentio gemitū tuum frena alioquī vrbem lustra, scrutare viciniā dextera leuaq̧ aderunt qui vel neglectum genium calcatamq̧ thori fidem lugeāt vel ignari soli, vulgo noti, decoris rideātur. Crebriora illa quidem nūq̄ nō auribus modo sed oculis, quocunq̧ terrarū perrexeris desutura. At maioribus maior inest consolatio. Reges cogita, quos vidisti, ac terrarū dños, dehinc scriptis famaq̧ cognitos recordare. Respice & Arthuri fabulā, & historias reliquorū. In mentē redeat Olympias, Philippi. Cleopatra Ptolomei. Agamēnonis Clitemnestra. Menelai Helena Phasiphæ Minois. Phedra Thesei, ne ve ipsam vrbē Romam olim quoq̧ dum quoddam quasi pudicitiæ tēplum esset mali huius expertē credas. Redeat ad memoriā Metella vxor Syllę illius

Qui si eius nosceret adulteria non tm̃ Romæ perq; oém Italiā vulgata, sed quę Athenis etiā per Græciā cātabantur minime (vt arbitror) felicis nomē sibi prorsus indebitum vsurpasset. Posthāc Iulia Agrippæ quā hinc a flagitio viri virtus, hinc maiestas pr̃is abstervisse debuerat, simulq; huius filia, & nomine, & lasciuia matri par, harumq; seu vitæ, seu fortunę vestigijs hærens Iulia Seueri, nō sat pudicitię faustū nomē. Quid Domitiani cōiugem Domitiam? Quid Herculan illam Claudii, seu qñ hic adulterarū fortunatus cōiugum princeps fuit Eiusdē Messallinam summū imperii probrum loquar, quę Secordem virū, ac Cæsareū deserēs cubile noctu lupanaria, circuibat, illa faciens q̄ referre pudor prohibet. Quid has ego? Quid vel alias stringā? Seu quis fornix augustis meretricib᷒ nō angustus sit? quarū cōmemoratio fateor, nec honesta est nec vlla ex parte adulterij crimē leuat, quin poti᷒ grauat. Habet tñ haud spernēdam cōsolationis efficaciam similitudo conspecta miseriæ, ac paritas erūnarum, nō qđ alieno quisq; nisi maliuolus delectetur malo, sed ꝙ humilioris fortunæ hoiem indignanter pati, quę toties mundi dños passos nouit, vel nō ferenda molicies, vel superbia videatur. Toleranda cuiq; sua sors. Illa ęquius, quā cōem paruis ꝯstat ac maximis inuidiosissimisq; mortalium. Proinde non hoibus tm̃ nuptas, sed

deo etiā despōnsatas, in hæc flagitia labi so litas vides, ac (proh pudor) nec tanti sponsi reuerentia, infelicē pcipitemq; aiam frenat. Cui aūt parcet effrenis ac rabida libido, q̄ nec cœlo parcit, nec cœlestem metuit vindictam? seu quibus abstineat q̄ nec deo sacris corporibus abstinendū censet? Nec vero tm̄ hac ætate mōstra hęc tā fœda libidinū cernunt, q̄;uis nulla vnq̄; recto iudicio fœdiora esse potuerint, lesiq; maioris iram merita. Sed suo illo, quo ita prodigiū scelus erat, vt nūc virtus visa eqmdē ac punita noscuntur. Virgines ipsæ vestales, quaꝶ exactissimę castitati tribuniciam ac censoriam ptātē cessisse nō puduit, quas suorū triūphantiū Currib' insedisse, ne a quoq̄; forte triūphus impediret quas postremo noxios casu obuios a supplicio retraxisse, legūq; & capitalis sententię vim fregisse sola virginitatis maiestate cōperimus, quarū pterea ex diuerso nō facinus tm̄ turpe, sed habitus aut sermo liberior pœna graui atq; infamia non carebat, & honoris tñ & decoris imemores, & terroris incesti ve, dānatęq; & defosse sub terrā viuæ per historias occursabūt. I nūc tot exēplis, & tam claris, & tā sacris obrutus in tā ta pudicitiæ ruina tot probris illustrium cōcussam paululum humilioris cubiculi fidē defle. Do. Vxor adultera est. Ra. Id nonnullis mutādę in melius vitæ causa fuit qui maritali compede liberati, reiectoq; graui fasce

ire altius cœperunt. Quid te vetat coniugiis fœditaté primũ quoq; tibi gradũ facere ad vitæ liberioris accésum. Sepe & pódus, sæpe & comes pedes expeditissimos retardauit. Ibis ocius quocunq; decreueris, solus ac va/cuus. Do. Turpitudine vxoris isamor. Ra. Ex alieno peccato, dãnũ dolorq; nasci pt nó infamia, sicut ex aliena virtute gaudiũ, nó gloria. Tua te virtus aut vitiũ gloriosum efficiet aut infamé. Do, Cóiugis vror infamia. Ra. Vel sile, vel fuge, vel vlcifcere. Mediũ fecit ille vir sanctus nactus de simplicitate cognomé, & pfecto primũ molle nimis, tertiũ p/durũ, Mediũ honesti, humaniq; ɔsilij videatur his pſertim quoꝝ media itidé est fortu/na. Nã supbis potétib⁹ frustra lex ponit. Voluntas. Libido. Ira impetus, hę potéris insolentię leges sunt. Omne vulnus ferro resciadendũ putãt. Multa sunt aũt, q̃ nó ferro egeant, sed fométis. Do. Impudica é vxor. Ra. Si pati eligis, ętas fortassis illã franget, & labor, & filij, & morbi, & rei familiaris angustia. Quibusdã frenũ vtile pudor fuit. Do. Vxor infamis abiit. Ra. Opta ne redeat, ne abierit ferũ votũ. Do. Vxor adulterũ é sequuta. Ra. Malles ne tuũ in cubiculũ adulterũ iduxisset? hic saltẽ pudor ipudicę fuit turpé vitã pcul agere pepcit oculis erubuitq; psentiã tuã. Impudicitiã potes accusare, Nó fugã. Do. Fœda vxor abijt. Ra. si de hoc doles dignus es vt manserit, dignus vt redeat.

DOL.

Sterilis vxor est mihi. Ra. Vnum cõiugalis incommodi remedium. Sterilitas obsequiosas facit atq; humiles quæ plurimos parit, iam non vxor creditur esse, sed domina. Sterilis aũt flet et tacet, & an nõ Helcane meministi? Do. Vxor mihi sterilis obtigit. Ra. Modo de cõiugis impudicitia q̃rebaris, nunc de sterilitate ꝯqueteris. Atqui si ea q̃rimonia iusta fuit, hęc iniusta est. Expedit impudico viro, vt sterilis vxor sit, non pascet filios alienos qđ est in omni vxoris iniuria, ac fœditate durissimũ si miserũ vxor adultera, miserrimũ & fœcũda. Do. Vxor est sterilis. Ra. Quid ergo tu puerperam etulanté audire, & nutrices litigãtes & vagientes infantulos malluisses? Sterilitas oĩa tędia hęc submouit. Do. Sterilis vxor est. Ra. Vide ne (qđ multi faciũt) vitiũ tuum alteri obijcias. Multæ vni viro nuptę visæ steriles nuptæ post alijs peperere. Do. Sterilis est vxor. Ra. Quid, scis qualem tibi filiũ pareret si fœcũda esset. Quarundã partus fœcũditatem odiosam, & sterilitatem fecit optabilem. Non tulisset imperiũ Romanum portẽta illa feralia, Gaium, Caligulã, Neronẽ, Comodum, Basianum, si Germanicus, si Domitius, si Marcus Antoninus, si Septimius Seuerus aut nullas vxores, aut steriles habuissent.

DOL.

D Elicata nimis est filia. Ra. Duas se habere filias delicatas, sed ferendas tamen Rempu. S. & Iuliam dicere solitus fert Augustus Cæsar, Iuliæq; aium lætum quidem, usq; ad spem procacitatis, sed reatu liberũ. In vtraq; tñ ita sentiẽs princeps sapientissimus fallebatur. Nam & res publica iampridem ab illa sua prisca virtute fornicari cœperat, & filia nõ tã delicata q̃; probris solus pr̃em latentibus deformata erat, q̃ tandem (sero licet) errupere, sm tñ hanc sententiã delicata pt esse filia s3 pudica. Quod vt permiserim, negari illud certe nõ potest. Pronum & breue iter ad impudicitiam esse delitias. Do. Filia lasciuire incipit. Ra. Occurre principijs, dura ferro, tenera digitis puelluntur. Qui sibi vel alteri habitum q̃rit, a teneris annis incipiat. Facile & tractãtur mollia, & flectuntur. Do. Lasciuire incipit filia. Ra. Lautas dapes & vestes illi molles, ac fulgidas, ãnulosq; & Armillas detrahe, & quicquid est aliud, quo & ipsa sibi placeat, & placere alijs studeat, obijce illi domesticas curis pensa acus, & colos, & si quid est operis qđ suaues ac molles manus in callũ duret. Seduc eas a spectaculis, a concursu populi. Festis ẽt diebus illam domi cõtine. Nullus vagis, ac discolis cogitatibus tp̃s linque. Occupatio & labor, & incultior habitus, & vi-

ctus asperior, & recessus, in q; vnum aliquid iugis intẽtio. Ad hęc testis carus, & verẽdus freqns admonitio dulces minæ, & si qñ res exigat aspere. He sunt castitatis aduersus impudicitiã ferę ac vectes, q & insultãtes ocioso aĩo passiones arceant & ingressas eiciãt. Do. Filia impudica est. Ra. Ecclesiasticũ consilium. Sup filiam luxuriosam cõfirma custodiam, ne qñ faciat te in opprobrium venire. Et si aũt nihil pene tristius pati possis, modo tñ p̃rnĩ officij, nihil omiseris, est vñ moestum te soleris. Tuus.n. põt esse dolor, sed non pudor, nec crimen. Nam p̃cipitẽ in libidines aĩum frenare difficile est valde, & nisi deus ipse manum adhibeat impossibile homini. Tãtus est.n. impetus tãq; effrenis, vt cõtra eum frustra sępenumero parentes, frustra & fratres, frustra etiã ipse vir laboret neq; id mirũ. cum sit scriptum. Aliter non possum eẽ cõtinens nisi deus det. Neue hinc pudicitię excusatio vlla sit dat hoc deus pia fide poscentibus, quodq; in se est adnitenti bus ac scientibus cuius sit hoc donũ, riteq; & ipsum ęstimãtib⁹ & authorem. Do Filia adultera est. Ra. Si nupta habes participem generũ doloris, Habes & ipm Cęsarẽ Augustum, & iniuriæ comitẽ, & vltionis exẽplũ.

De aduentitio dedecore. Dia. XXIIII.

DOL.

A Lieno crimine infamor. Ra. Dicebam modo & sic est. Alieni te cri

minis dolor attingere potest, non infamia. Verum loquor. Falsa.n.vt sit dura, durabilis nõ erit, & infamiã & gloriã, vt longęua sit tuo, tu qdem ex agello animi propria vitę falce messueris. Do. Alieno crimine mœstus sum. Ra. Credo hercle. Esto aũt tua lętus innocentia, nisi magis alieno tãgeris q̃ tuo non vt p̃rimonii hęreditas, sic & famę est & si esset repudiari posset. Onerosam & infamẽ hęreditatẽ adire nemo cogit. Nunc (vt dixi) nominũ successio nulla, nulli agnationum, aut cognationum gradus, hac in re, seu tu clarũ tibi, seu tu fuscum nomen optaueris a te illud nõ ab alio petendũ erit, tuis opus est meritis. Est qñ quidem alienis nec fœdari potes nec ornari. Quid tabellionem aspicis? Quid testãtem? Quid amantissimo clarissimoq; seni tuo fidis? seu qd horres obscurum, nec verũ decus inde, nec dedecus. Non legatur fama s; q̃ritur. Do. Meorũ grauor infamia. Ra. Immo qdem tua te p̃mit opinio, humanę miserię radix ingens. Pone illam falso fasce leuaberis. Do. Meorũ criminibus infamor. Ra. Nego id qdem fieri posse, sed vt fatear. Præstat tñ alienis te flagitiis infamem esse, q̃; alios tuis. Multo est.n. grauius peccati pondus, q̃; infamiæ vbi peccatũ illic miseria vera est. Cõtra aũt, falsa infamia veræ miseriæ nihil habet, falsa vero gloria plurimũ plebeios licet aĩos illa pungat, hæc mulceat. Do. Meorũ infamia nõ tã

gi nequeo. Ra. Tangi plum. Sterni miserū. Proinde dum reliquię spei sunt summo studio tuorū famæ atq3 inde susceptæ perturbationi tuæ ꝓsule. Si spes oīs abierit illis omissis sollicitudinem, atq3 angores deponēdos censeo. Nā & incassum niti, & tristitiæ materiam aucupari par dementia est. Do. Seruilibus probris notor. Ra. Meritam patientiæ pœnam luis, cum diluere notam possis scelerū pulsis autnoribus. Do. At meorū, q tam facile pelli nequeunt vror probris. Ra. Quorū q̄so iam parētum castigatio, filiis nullo iure ꝑmissa est. Inde tibi igitur nihil infamiæ qn potius recto iudicio quasi quidā fulgor ex tenebris nasci p̄t. Nam cū virtutis ꝓprium difficultas sit. Multo difficilius est obscuris q̄; claris ducibus rectum iter tenuisse. Sin vxoris, qd hic vero te agere opoteat, & quorū pro remedio meminisse paulo supra monui, Si natorum respice qui viri quos filios habuere. Fabius Maximus, ac Scipio Africanus, & Pópeius Magnus (Nō n. imperii, atq3 opū, sed ætatis, & gloriæ sequor ordinem) quem aut Vespasianus vltimum aut Aurelius Antoninus vnicū, aut Seuerus primū, quos in genere alio, Hortēsius ac Cicero. Quam postremo filiam Augustus Cæsar. Aut quē filium Germanicus magna de luce magnas tenebras videbis, & intelliges, hoc prolis infortuniū nescio quidem vnde, sed in maximam quāq; familiā

suo iure familiarius scandere, & cuiq; suas vomicas domi esse vel ignotas viciniæ, vel neglectas, nec fratrum, nepotumq; deerant exépla. Illa posui quoq;, quo propior, & gravior videri pudor solet. Oium vna est regula. Alterius quisquis ille sit, maculas inuito alteri, nec affigi posse, nec hærere.

De infamia. Dialogus. XXV.

DOL.

Ea pmor infamia. Ra. Timui tua ne cõscientia præmereris. Do. Infamia pmor graui. Ra. Si iustam, non infamiam, sed infamię cãm desle. Sin iniusta errores hoium alto aio proculcans tua te cõsciẽtia solare. Do. Graui infamia laboro. Ra. Ventoso fasce suspiras, sic suapte natura leuem sarcinam ferẽtis imbecillitas grauem facit. Do. Grauis in meum nomẽ surgit infamia. Ra. Refert qbus orta radicibus, si veri, viuet, augebitur, alioqui mox arescet ac defluet. Do. Magna mihi infamia conflata est. Ra. Bñ ais. Flatus est.n. fama. Sæpe etiã impuri oris, qui vos adeo quatit, ac territa. Atqui magna infamia, magnę famę principium multis fuit. Puduit vulgus & vt iure suo errori adderet errorem, rebusq; modũ cunctis excluderet modicam infamiam immodicis laudibus tandem vicit. Do. Multa vndiq: pulsor infamia. Ra. Circunflantibus vẽtis in portum redi, & ab auriũ procellis in cubiculum cordis ingredere, cui si tranq

ritas sua est, habes vbi iurgio y fessos requie scas (& vt dici solet) in sinu gaudeas. Do. Fusca fama, conscientia clara sum. Ra. Tu ne igitur fama esse clarissima ꝯsciētia turpi cuperes, atq; obscura? Ita ne penitus verum est illud Flacci. Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret? O rem vanam, vera quidē & iuuare possunt & terrere, vmbras metuere nō est viri. Do. Infamię sarcina ingēs est. Ra. Si flagitio collecta grauis fateor, si casu facilis, si honesti studio gloriosa. Si quidē bonis artib⁹ q̄sita infamia laus est. Insultēt fatui, & tu exulta lucro nobili virtutē nēpe rarissimā mercem, magnū licet, & quod nullum maius famę p̄tio cōparasti. Is virtutis cultor verus est, qui in illa nihil penitus, p̄ter illam cogitat, sed cum reliquorū clarus tum clarissimus est contēptus famę virtutis studio susceptus, cū ꝑfecto fama viris fortibus non auro tm̄, sed vita etiam sit carior. Qui amore virtutis hanc spreuerit is spretu rus oīa credi debet, od ꝑclarum sed perrarū Scito, qm̄ quidē magna pars eorū, qui videri volunt virtuti opam dare, fama eius apprehensa sic cōfestim in actione lentescant, vt intelligi det vnum hoc illos, qđ apprehenderint intendisse. Do. Multi grauiter me infamāt. Ra. Plures olim Fabium & grauius plures etiam Africanum, q̄ res illis eximiā in gloriam versa est. Cōem cum talibus sortes q̄i desūne, paucissimis accidit omni sem

per infamia caruisse Delicatissima res est fama homini, & quæ sæpe rubiginē leuibus contrahit ex causis, & ad summam, vt nil clarius fama est, sic nil obscurari pronius. Nilq; peregrinarū (vt sic dixerim) capacius impressionū. Do. Graui vror infamia. Ra. Pestis hæc verēdis maxime infesta nominibus, viris quoq; sanctissimis non pepercit, quorū princeps oīs expers culpæ, & ipse tñ ab impiis infamatus ostēdit mali huius immunitatem, quæ nec deo obtigisset, hoībus non sperādam. Do. Dura atteror infamia. Ra. Virtutem inuidia non tētari vix possibile dixerim, sufficiat nō conuelli, siue gloriā cum obtrectatione collidi, si pura si solida ē splendescet attritu. Do. Acri vexor infamia. Ra. Vulgaris aura cœcis ignorantiæ pulsa turbinibus summa rerū cacumina verberat sz non quatit, vel si quatiat nō euertit. Excellentiæ tibi cuiuspiā signum sit, in vulgi linguas quasi scopulos incidisse. Humilia.n. & circa terram depressa noīa, nec ꝑclare laudis lumen excipiunt, nec magnæ infamiæ tēpestatem. sępe quod spernitur, & quiescit. Do. Male de me vulgus loquitur. Ra. Bene ꝙ in linguas nō in calamos incurristi. Vehemēs sermo vulgi est, at minime diuturnus. Leuibus aut falsis orta causis, breuia sint oportet tacebunt cum multa latrauerint. Fatigari citius solent, qui cœpere feruentius. Do. vulgi linguis exagitor. Ra. Quid si oratoris, aut

poetæ

poëtę insignis stilum impegisses? vt multi olim, quos infames posteritati traditos inimici eloquētia videmus, vt sicut nobile mihi suspirium Alexandri regis Homerū Eacidę inuidentis, sic metus nobilis Alexandri principis videatur literatos, disertosq; viros neqd de se asperum scriberent formidātis, q̄;q̄; nec literatis obtrectatoribus succūbendum, sed vel pari stilo refellenda calumnia, quod Tulli' Crispo, qđ Demosthenes Eschini, qđ innumerabilibus fecit Cato vel insigni fiducia, & oē theatrū superante animi testimonio resistendū esset, dicēdumq; qđ Calao Vatinius perorante, Non quia iste disertus, iccirco ego damnādus sum, At nunc p̄iculi nihil est, Siquidem vulgus, vt multū strepat, q̄;diu tñ id faciet, cito vel volens, vel coactus desinet. Veniet dies quæ strepidulis his cicadis, loquacibusq; silentium picis ponat. Do. Malam famā apud vulgus habeo. Ra. Vt apud te ipsum vtq; apud bonos bonam, ac p̄petuam, verāq; habeas enitere. Nempe ista quā q̄ris euanescet. Inane genus ac trepidum mortales, qđ ad vos, vel adulātium, vel detrahentiū breue istud, & obscurum murmur. Veniēt qui liberius iudicēt, atq; æquius. Et qui sunt inquies hi iudices, nosse illos nō potestis, sed ab illis nosci. Illos dico qui post vos nascētur, quos nec vestri odiū nec liuor, sed nec amor. nec spes torserit, aut metus. Si vestrarū ęstimationes

ferum, ac sententiã incorruptã vultis, hõi iudices expectate, breuis ẽ mora. Properãt ecce moxq; aderunt. Do. Infamiam factis egregijs, & virtute ptraxi. Ra. Est vbi amor dãnis alitur, crescitq; laboribus, inq; amaro (dictu mirum) & maligno solo radices agit altius, vnde fit vt factionum amãtissimos, sæpe illos videas, qui multa & grauia pro factionibus passi sunt Nota quidem & nimiũ trita res, vestris in vrbibus. Proinde nemo, vel iustitiæ, vel veritatis amãtior, q̃ qui pro hac flagellis sese obtulit ac morti. Et tu igitur virtutem ama, magisq; ac magis illam cole, pro qua famam rem pulcherrimam, atq; carissimam amisisti, pro qua non leue supplicium fers infamiam, perditisq; & spretis oĩbus, eam ipsam quã tibi nemo vnquam eripiet virtutem solam, solus amplectere, atq; illi dicito, Hęc quidem, O regina pro te volens patior, tu me in integrum restitues, aut certe vna mihi pro oĩbus satis es. Tu me sola sinu pio refoue, sic non famę tantũ, sed vitę quoq; damna nõ sentiam. Do. Vulgo passim in triuijs laceror. Ra. Boni consule. Notum te vulgus faciet, clarum virtus, conscientia securum.

De quæsito ex indignis laudibus pudore. Dialogus. XXVI.

DOL.

Audasse arguor indignus. Ra. Malum quidem qđ est bona sæpe ori-

tur radice. Boni enis, & innocui, quales ipsi sunt tales alios opinantur. Hinc ad laudandum, æquo etiam proniores sunt, & q̄;uis indignum laudare malum fatear, vituperare tñ immeritum multo est peius. Do. Laudaui indignum. Ra. Si id sciens reprehensibilis, at si ignorãs excusabilis. Minus ē malum falli q̄; fallere. Falli.n.alienum. Fallere afit ꝓprium fallentis est crimē. Do. Aliena laus in meam vergit infamiã. Ra. Immo quidem tua, vel culpa vel ignorãtia. Ex alieno enim, vt laus, sic infamia nulla est. Do. Laudasse indignum valde doleo. Ra. Vide ergo ne id ipsũ sępe doleas. Caue ne temere ad laudandum vituperãdumq̄; prosilias. Est.n. vtriusq̄; rei libido, & (vt dicam proprie) morbus ac pruritus quidã linguę mobilis, & quietis inscię, cuius frenum ac custodia inter opera perfectionis eximiæ numerantur, dicēte scriptura. Si quis in verbo nō offendit hic est ꝑfectus vir. Qua in re nimis sępe fallimini. Et heu nimis illud eiusdē Apostoli veꝝ fit, ꝙ linguã nullus hoiũ domare p̄t, ingētũ malũ. Ad mētiēdũ ergo cotidie vos illa p̄cipitat, quos hinc suus vrget impetus, inde falsa reꝝ spēs trahit. Sunt enim qui aspectu vel eloquio vitia morũ tegũt. Quod de Alcibiade accepim᷒ de multis vidimus. Sunt q virtutes velo occultant cõtrario, s u id natura vultus. s. aut sermõis austeritate insita, seu ēt arte quadã studioq̄;

aduerſus id qđ vulgo ꝯcupiſcitur adhibitō. Nã vt multi qui ſe bonos ſic aliq qui ſe malos fingerent ſunt repti, quo vel humani fauoris peſtilētē aurã, vel inuiſam honorum tpaliũ ſarcinam declinarent. Quod de Ambroſio lectũ ē. Accedit amor atq; odiũ. Accedit ira & inuidia, spes & met⁹, affectusq; animi varij, & occulti, hisq; ipſis interdum quoꝝ ſunt icogniti, ſemp ãt iudicij veri hoſtes. Accedit ꝙ viuētis laus diuino eloquio pp vitę mortalis incõſtantiã ꝓhibetur, q̃to igit̃ magis vituperatio? Deinceps itaq; ad laudãdum tardus ad vituperãdũ tardior veni, cũ vterq;.n.(vt dixi) malus error ſit, peior eſt vltimus. Do. Laudando imeritũ erraui. Ra. Errãdo diſcitur, & ſępe error vnus multis obſtat errorib⁹, dũq; erraſſe ſemel pudet ne ſimilis iterũ error obrepat occurrit̃. Laudaſti incaute, linguã frena, hoc boni ſaltē illi inſit malo. Do. Indignũ laudaſſe pudet, ac poenitet. Ra. pudor & pnĩa, & dolor ſcalę ſunt, & gradus qdã ad reſipiſcentiã & ſalutē. Pauci ſunt, q ad rectũ iter, niſi p deuia multa ceſpitando pueniant, multosq; ideo voluptatis ſeruos in iuuentute vidimus, q virtutis amici in ſenio euaſerunt.

De amicis infidelibus, Dialog. XXVII.

DOL.

De amicis q̃ror. Ra. Quid hic hoſtibus faciat, qui de amicis q̃rimoniã inſtituit. Do. Amicos experior infi

deles. Ra. Impossibilē rē narras. Ne forte sic amicos credideris, qui nō erāt, népe id non modo possibile, sed cōe est. Do. Infideles sunt amici. Ra. His q̄relis plen⁹ est orbis ter re. Verū amicitia, infidelitasq; non coeunt. Qui infidelis esse icipit, desinit esse amic⁹, seu (qđ potius crediderim) nūq̄; fuit. Cūq; oīs virtus imortalis sit oīs fictio ęui breuis. Nō fides est sublata, s; fictio. Do. Infidos ex pior amicos. Ra. Amici falso habiti, si nūc primū infidelis animi latebras pāduot erro ris tui finē lętus aspice, & caueto interím ne morbi ɔtagia in te serpāt, sed qcūq; illi fue rint tu amicitiæ fidē serua, & si nō pp meri tos, at pp te meritū aliena peste nō infici, qđ libétius facies, si q̄;cū tibi displiceat illoꝝ ꝑfi dia, ípe tecū acriter excusseris. Sępe vitij odi uз calcar ad virtutē fuit. Do. Immerit⁹ ami corū odia ɔtraxi. Ra. Odiosi dues, odiosi so cij, odiosi cognati, odiosi ɔiuges, odiosi fra tres, odiosus demū patri filius, & filio pr. Et ad summam, nulla necessitudo est, q̄ nō odijs esse possit infecta. Sola quidem ami citia sincera mali huius ignara est. Interq; hanc, & reliquas, hoc interesse diffiniunt, ꝙ illę omnes adiuncto odio durant, no menq; suum retinent. Huic vni nō modo, si odium accesserit, sed si amor abscesser't, amicitia iam non est, neq; vero magis odio sus amicus eē potest q̄; amor etiā odiosus. Do. Perfidos patior amicos. Ra. Si qd spē

reliquum perfer, dum in fidem redeat, et ardêter ama. Multi.n.tepido amore amicitias extinxerunt, aut parũ fidendo perfidias docuere. Si nec ita proficis, spesq; ois interiit, vtere cõsilio Catonis, q amicitias q̃ nõ placent, sensim dissuendas censuit nõ subito discindendas, ne geminũ graue dãnum simulq; & amici pditi videantur, & q̃siti hostes, nisi forte acrior casus ac morę ĩpatiens maturo cõsilio vti vetet, qui si incidat inter erũnas amicitiarũ vltimas numerãdus erit, ferẽdus tñ alto aĩo, vt reliqua, cedendumq; necessitati, & parẽdũ tẽpori, sed hic casus veræ vix amicitiæ tunc notus est.

De ingratis. Dialogus. XXVIII.

DOL.

Multos experior ingratus, graue vitium. Ra. Ingratitudinez vitupare supuacuum, oium nempe mortalium, hanc sermo cõdemnat. Nõ est laborãdum, vt suadeas, qd̃ oibus persuasuz est, & inextirpabiliter in sitũ. Est q summũ, Est q solum in virtute bonum locet. Est qui neutrum, sed in voluptate virtutis hoste ponat oĩa. Sunt qui castitatem pulcherrimũ ornamẽtum vitæ dicant. Sunt qui hanc ipsaz in se spernãt, in alijs vero vel ridiculã, vel difficilem certe, longeq;, laboriosam putẽt, qd̃ Augustinus tãtus vir futurus in se sensit vbi Ambrosij cęlibatũ laboriosum sibi visum ait, qui alijs non laboriosus mõ sed dãna-

bilis vitæ status visus erat. Vnde illud Platõ nis. Qui cũ cęlibẽ, castãq; vitã diu tenuisset ad extremũ sacrificasse legitur naturę, vt si bi illam placcaret, quã sic viuendo violasset, & in qua grauiter peccasse videretur. Mirũ id tam docto hoi videri potuisset, sed visus esse nõ est dubium. Erunt quoq; qui fortitu dinem eminẽtissimam, clarissimamq; vir tutem ducãt. Vulnera aduersis excepisse pe ctoribus cãpum rutilo sanguine cruẽtasse, intrepidisq; demum aĩs mortem opetijsse. Erũt qui hęc oĩa summę tribuant insaniæ. Et nil melius securo atque imbecilli ducant ocio. Veniẽt deniq; qui iustitiã gubernatri cem rerũ humanarũ, & virtutũ matrẽ cen seant. Qui religionem iter ad ęternam vitã credãt, & ad cœlum scalã. Venient, cõtra q iustitiã ignauię. Religionem amentię, ac su perstitioni ascribãt. Hi sunt de qbus scriptũ est, qd vis habent in viribus, qui oĩa virorũ fortium esse cõfirmẽt, neq; solum ex hoc ge nere violentorũ hoĩu;, raptorumq;, sed ex ipsa doctorũ acie, q̃stos oppugnatores hẽat iustitia facile est in libris reipub. Ciceronis aduertere. Sunt qui fidem, & ꝓmissorũ ob seruantiã magnis & meritis laudibus effe rãt. Sunt qui fidem frangere nõ fallere, di cant esse, sed plus scire, & esse ingenij melio ris. Quę licet vulgo multorũ hodie sit opi nio, & multorũ vox, apud Lactantiũ nomĩ natim, Mercurio tribuitur dicenti, sicut illẽ

ait. Nō fraudis esse decipere, sed astutię. Pulcher. n. ingenij deus & eloquij. Et ad summam. Nulla virtus tam laudata est quin vituperatores inueniat. Gratitudinē nulla barbaries gētium, nulla morū immanitas nō laudabit, nemo vsquā nō vituperabit ingratitudinem sit fur, sit siccarius, sit proditor sit ingratus, vitium tuum excusare nō audebit sed negare. Quę quāuis ita sint, nihilominus tñ numerabiles sunt ingrati. Nec est fere vitium aliud, qđ tam multis verbo dānatum, tum multi rebus ipsis amplectātur ac teneant, quid cōcludam? dānandū vtiq; nō solū verbo sꝫ aio maxime atq; iudicio, & in se, cuiq; bono fugiendum ac vitandū, In altero tolerādū, sicut cętera, quibus humanum scatet genus quibus mali abūdāt, boni exercētur. Perfer igit, & gaude potius ingratū ferre, q̄ ingratus fieri. Do. Ingratos multos inuenio. Ra. Vide ne quid in te culpę sit. Multi. n. dum benefici dici volunt iactatores sūt, atq; exprobratores. Onerosum genus, quoꝝ bñficia plus offensę pferunt q̄ grãe. Idq; nihil est aliud, q̄ pcio odium parere. Mercimonium insanum. Do. bñ meritus, multos male memores, & ingratos patior. Ra. Tu ne hoc illis inuides, tuaq; cum illorū sorte cōmutatam cupis? Noli obsecro (cuiuscūq; sit vitiū) virtus tua veniat in partē. Do. Multos habeo ingratos. Ra. Quid expectas audire, bñfacere vt desinas, deq; alię

rius culpa, tuum ipse dānum facias. Quin tu potius ɔtrariū fac, & qui multos habes, cura nūc ēt vt habeas plures. Habebis aūt, si multis bñfeceris. Multi.n.semp ingrati. Sz plures hodie, vereorq́;, ne cōfestim gratum esse portentum sit. Ita in dies retro eūt oīa. Ea petentiū improbitas, & ea debētiū obliuio atq; superbia est, neq; ideo desistendus, neq; cœcoꝝ ęmulatione eruēdi oculi, quos potius facere debet aliena cœcitas cariores. Do. Mihi multi sunt īgrati. Ra. An tu multis idē fueris recordare. Vna.n. ingratitudo aliā punit, sicut in reliquis. Vnum sępe peccatum alterius pœna est. Do. Multis ingratis profuit. Ra. Multis indignis profuisse satius, q̄ vni digno defuisse. Proinde pge, ne tu maloꝝ odio bonos mores exuas, nec ꝓdesse alijs cesses, ꝙ ab alijs male sit cognitum. Cognoscēt hi fortasse melius, si ne id qdē, nosce deū, nosce te satis est. Non est vera virtus cui conscientię ꝑmium non sufficit. Do. Profuisse multis infeliciter cessit. Ra. Caue ne vnius crimen obsit alteri, quodq; est grauius tibi, Experire alios cedet forte felicius. Quidam ꝑterea diu ingrati vrgente aliunde pudore, tādē fuere gratissimi, magnoq́; cū fœnore spes amissa rediit. Ad hęc sępe ꝙ requisitus debitor negauit vltro non debitor obtulit. Nullus bonū opus, vnq̄ perijt. Qui bñ agit ante alios se cogitet. Vna quidē virtus multis ꝓdest, sed prima & maxima ꝓ

virtutis in agentem redit. Itaq; vt mali omnes, & igrati sint, nõ icirco vir bonus bñficio cessabit. Nam q̃ in multos spargit in se cumulat, sibi ipse bñficus vni saltem nõ ingrato. Do. Proieci bñficia in ingratos. Ra. Atqui gratis dare, nec auarus metuat. Eo ãt liberalitas maior, quo spes p̃mij minor est.

De seruis malis. Dialogus. XXIX.

DOL.

Malis seruis obsideor. Ra. Nũc recte ais, obsideor. olim tibi circunsultus videbare sed obsessus eras, nõ familiari solum exercitu: sed hostili. Do. Indomãtis seruis p̃mor. Ra. Tuæ acies ꝯtra te militant infuaue negociũ. Do. Supbis seruis obsessus sum. Ra. Eosq; q te obsident pascere cogeris, inamęna necessitas. Do. Seruis obsideor pessimis, voracibus, furibus, mendacibus, impudicis. Ra. Qui seruorũ Epithetis affluere est opus? Seruos dic, oĩa dixeris. Do. Seruis obsideor, quid ꝯsulis? Ra. Quid cõsulam, seu quid dicam, nisi Terentianus illud. Quę res in se neq; modum, neq; consilium habet vllum, eam consilio regere nõ potes. Nota sunt tñ: hac in re Senecæ consilia, viuendum cum seruis familiariter, comiter, cleméter, familiarem esse iubet at q̃bus? nempe his quorũ familiaritas ꝯtéptus est genitrix. Addit. Nõ verberũ, sed verborũ castigatione vtendum erga surdos. s. turpe esse q̃, dñicamq; mansuetudinem duro pede

calcantes. Admittendos pterea in sermonē, in consiliū, in conuiciū. Et quos q̄so? vtiq; procaces, stultos, ebrios, perfidos, insolētes, qui neq; sermonem teneant, neq; cōsiliū habeant, & conuiciū fœdent, salutis vitęq; dñi, & patrimonij & famæ segnes, gulę autem proprię atq; libidinis vigilantissimi curatores. Verum ille ideo fortassis, hoc cōsuluit, quia in seruo verum opinatur, qđ iam ante de amico dixerat. Fideles si credideris facies, Credo nō cogitas ex optimo genere hominū amicos esse solitos, seruos ex pessimo. Equidē nō si mille annis, lupū agnus credideris, agnus fiet. Do. Obsideor, et seruis Quid cōsilij affers? Ra. Nun q̄; aliunde q̄ęris, qđ in te est non obsideberis, nisi dū voles, neq; vero nunc obsiderent, nisi ꝙ in orbibus male paccatis accidit, vna pars animi quasi factio seditiosorū ciuiū, obsidētibus faueret. Vis hoc malo liberari, purga aīi tui statum. Seruos. n. castigare, neq; his Senecę consilijs. neq; alijs potes. Te si velis cōponere nemo vetuerit, Pōpas abijce, pelle superbiā. Ita. n. vel fugabis seruorū inimicā aciē, vel imminues, Do. Multis seruis obsideor. Ra. Bene, si strepitus, vel inanis queritur iactantia, sin obsequiū, aut iucunditas, nil peius, Serui & si boni sint, qđ inter pdigia numerē, nūq̄; tñ multi bene seruiunt. Inter se. n. diffident, murmurant, altercantur. Alter ad alterius respiciens manus ipse interis

ociosus, cõplosisq; suis sedens manib' dñi habitum induisse, suum decus existimat, & nil censet honestius, q̃; nihil agere cũcta pollicitus, de his, nãq; nunc loquimur, qui falsa professione ventris ignaui negociũ agentes, seruitio humili nõ tm̃ volũtarie, sz importune sese offerunt. innumerabilis turba sed vilis, qui cum tot pateãt artes abiectissima elegerunt. Nempe illoꝝ quos non volũtas propria, sed aliena vis, & sua sors, et seruitiũ traxit, vt numerus rarior, Ita crebrior virtus, & notior fides. Nimirũ aliud seruire velle aliud cogi. Hi ergo fortunę memores, vt eosdez se in omni statu præbeãt, neu virtutem cum libertate perdiderint, qđ inuiti faciunt aliquando fideliter faciunt, cum id nequeant, quos volentes somnus, vẽter, gula, cui cupiditas mali duces in seruitium perduxere, in quo mirum non est si ducibus suis studẽt, atq; id agunt qđ sequuti falsum simul, atq; humilem titulum seruitutis assumpserant. Contra hi qui tale nihil, qđ sequerentur habuere, naturaz sequuti ac fortunã, sępe qđ liberi fuerãt serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit, possum inoffensis auribus Senecam audire. Do. Multi domum serui occupãt. Ra. Multę igitur lites, multa bella, de re q̃libet pugna erit. Noua cotidie crimina proferantur ac purgentur, & tu medius inter partes sedeas oportet. Iud ex factus ex dño, nõ potes li

rigium domo expellere litigātes potes. Do. Obsideor famulis, sine quibus viuere neq̄o quid agam? Ra. Si eo vsq; peruētum est, vt sine hostibus tuis esse nō audeas. Paucitate illo℞, ac vilitate tibi cōsule. Pelle formosos, pelle comptos, ac calidos, pelle vel facie, si/bi placentes, vel ingenio, vel genere. Inter paucos, eosq; hebetes, atq; incultos tutius ages, nō quia meliores, sed quia minus au/suri, quos velut hyeme serpentes, coacta vis veneni, atq; vtilis inertię torpor obstrinxe/rit. Deniq; hic summa est, vt in seruo sola quidem, aut certe prima fides ęstimāda sit. Si quid hac in parte prætuleris, crede mihi magno cum fœnore vitio℞, qualiscūq; illa breuis tibi veniet voluptas, quia sane perra/ra est fides, proximum remedij genus, ipsa quā dixi paucitas vilitasq;, non plus habēs boni, sed minus audaciæ.

De seruis fugitiuis. Dialog. XXX.

DOL.

D Iscesserunt serui. Ra. Quorū mole/sta pñtia erat, gratus debet esse di/scessus. Nihil ferme displicet, cuius contrarium non delectet. Do. Abierunt ser/ui. Ra. O si redeant, videasq; oculis, qd ani/mo iam vidisti, quot illos vitia circūstent, quot nequitiæ, quot doli, quot mendacio℞ artes, quot scelerū spēs, quot furtorū? Quid ni horreas comitatū, limenq; redeuntibus obstruas, meritoq; gaudeas tuā domū ma

Iis exhaustam, leuatamq; ponderibus. Do. Serui simul oẽs abiere. Ra. Simulq; cũ illis curę graues, molestęq; solicitudines, metusque perpetui. Cogita, quot implẽdi vẽtres, quot tegendi humori, quot armandi, strin/gẽdiq; pedes vagi, quot acuti vngues obser/uãdi duro te negocio liberatũ dices. Do. Fugierunt serui. Ra. Et cum his odia in dñm, & ꝯtemptus, & murmura, & q̃relæ quin et execrationes, tacitæq; deuotiones immeri/ti capitis, q̃bus immerito seruitio caruisse quis tam ambitiosus, vt nesciat ascribendũ lucro. Do. Diffugierũt serui. Ra. Quis vnq; de fuga hostiũ q̃stus est. Iulio Cæsari tribui tur superbię ꝙ hostem, quẽ intercipere cogi tabat fugientem mœstus aspexerit. At mo/destis victoribus terga hostium vidisse satis est, quin & idem ipse alibi fugiẽtibus parci iubet sola hostium contentus fuga, Id est fa cito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent fugisse sufficiat, atq; illoꝝ fuga tuam metire victoriã, ablatãq; tibi necessitaẽ vin/dictę seuerioris intellige. Do. Serui fugiẽre. Ra. Sponte igitur fecere, q̃d cogendi erant gratiam habeto, d'pellẽdi immanes beluas tibi demptus est labor, hinc quæreris fugie runt, qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Fugierunt, qui aut fugiendi erant, aut fu/gandi. Nunc tu liber, nunc securus, nunc domus tuæ dominus remansisti. Do. Fu/gierunt serui. Ra. Fugitiuos iudicandi ius

est domino, tu te dominum dissimula, ne me hoc iure vtere. Si boni essent non fugissent, malos amisisse non iactura, sed quaestus est. Venenosa animalia tutius est vitare q̃ capere. Do. Serui me solum reliquerunt. Ra. Vere solum, vereq; inopē, si ne solus sis seruili egeas comitatu, ita nec amicū habes, nec te ipm. Quid aūt serui ne igitur tui sine te esse cupiunt tu sine illis esse non potes? Vide ne hoc ipso, seruis tuis ipse miserior sis. Q̃d si forte nō seruos cogitas sed p̃cíū, nō desiderium inane, sed turpis auaricia castiganda est, de quo satis est dictum, dum de ammissa pecunia loqueremur.

De vicinis importunis. Dialo. XXXI.

DO L.

VIcini importuni sunt mihi. Ra. Vide ne tu illis importunior. Do. Graues vicinos pfero. Ra. Multū cunctis in reb' valet opinio leues finge aio, leues erunt. Do. Vicinos malos habeo. Ra. Multi suam culpam proximis imputant. Acutius aliena cernuntur, discutiuntur exactius, seuerius iudicant, suaꝝ reꝝ nemo nō & mitis arbiter, & pius est iudex. Do. Acres amarosq; patior vicinos. Ra. Ne fortassis in gustu, sit vitium non in re, fastidiosis etias dulcia amarescūt. Do. Vicinos duros, ac superbos q̃ror. Ra. Multum sibi quisq; pmittit nihil alteri, hinc ĩ iudicio rerū multiplex obliquitas, & iuges offensionum cãs. Et se

vnde culpa est, inde primum oritur querela. Quid nunc scimus, an tu illis, qui tam duri tibi videntur, durus & tetricus, et intractabilis videare? Do. Asperos patior vicinos. Ra. Duplex est remediũ Patiẽtia & fuga. Primũ probo, ferendi artificio omnis mitescit aspitas. Do. Vicinos pessimos ferre nõ valeo. Ra. Si nec ita proficis qs te teneret? migra illico nõ vt procaces, ita & sequaces erunt, qđ ferre non potes, pondus excute, & quem pugnando hostem pati nequis, fugiẽdo euade, qd refert quo te tramite in tutum eripias. Nullum iter ad trãquillitaté animi difficile iudicandũ est, ꝙ si sępe idem feceris nec profeceris scito culpã tuam esse, nec minus forsitã alienam. Magna pars litium vulgarium duos fontes, & si forte nocẽtiorẽ alterũ nullum habet innoxium, q̃uis nẽpe politicum & sociabile aĩal dicatur hõ si verũ cũ inspicitur, nullum minus. Verũq; est illud satyricum. Maiorẽ esse serpentum, ferarũq; concordiam q̃ hoĩum. Siqdem vrsi, apri tigres, ac leões. Deniq; viperę, aspides, cocodrili, & ad summam oẽ aĩal, ꝑter hominem vtcunq; in sua specię quiescit interdũ, homo aũt nunq̃. Homo hoĩem ꝑmit semp atq; atterit, perpetuis bellis, ac litibus, inquietam vitam sibi ꝑstat, ac ꝓximo. Sic.n. se res habet, vt vbi maior est locorũ vicinitas, ibi videas maiorem distãtiã aĩorũ. Rara sine iurgijs, ac rancore vicinia est. Nemo vestrũ (ni fallor)

fallor) Arabũ, aut Indorũ regibus inuidet, lippus est liuor, longinqua non aspicit. Do. Vicinis obsideor infestis. Ra. Si penitus ab hac peste vis absolui, i solitudinē te recōde.

De Inimicitiis. Dialo. XXXII.

DOL.

Nimicitias habeo. Ra. Fac vt Iusti-tiæ sis amicus nullum certius præsi-dium. Vera virtus fortunę minas calcat, ac despicit. Do. Inimicitiæ mihi sunt. Ra. Et cautior eris, & notior. Multos inimi citiæ illustrarunt, qui obscuri mansissent, si hostibus caruissent. Do. Hostes vndiq; mihi sunt. Ra. Obstabunt, ne inuisibiles aiorũ hostes subeant voluptates. Non tã hostes tibi sors obtulit q̃; custodes, malo malũ maius arcebit. Do. Hinc illinc hostibus p̄mor. Ra. Illi quoq; suis p̄mũtur affectibus, estq; apud illos vltor tuus, isq; non vnus pro te partes faciunt ira, metus, odium, inquietudo, nec dum peracti pœnam criminis exigunt, sic interdum vltio preter offensam, & fortasse nõ sequuturã. Armabũtur laborabũt suda bunt, ęstuabũt, anhelabũt, trepidabũt & for tassis hoꝝ nihil ad te. Multi sæpe grauibus odijs sibi non alijs nocuere. Do. Est mihi pu gna cum hostibus. Ra. Et illis tecum & tuũs aliquanto cum hostibus q̃; cum vitijs pu gnatur. Quisquis alium odit, primum ani-mæ suæ vulnus infligit, proximũ nõnũq; suo corpori. Nimia nempe cupiditas ferieus

di nocendiq; multos incautos, nudatosq; dedit hostibus, sic semper prima pars malo/rũ in suum authorem vertit, interdũq; nõ/uissima, Cũ sæpe interim sit illesus, in quẽ pernicies parabatur. Do. Vndiq; mihi bella consurgunt. Ra. Nũq̃ clarior sanctiorq; fuit Po. Ro. q̃ dũ multis ac grauibus bellis oc/cupabatur. Pax initium mali fuit, secũ nãq; subiit libido blanda hostis, ac pestilens. Do. Graues inimicitię mihi sunt. Ra. Magnæ inimicitiæ plerũq; magnarũ amicitiarũ fue/re principiũ. Do. Habeo inimicos. Ra. Ha/beto fidem, simul & clementiam, de reli/quo quicquid euenerit, cura saltem, vt hũa/nitate sis, ac virtute superior. Sunt & sua iu/ra cum hostibus, cum quibus ita rem gere vt amicos fieri posse non dubites. Atq; hoc sanius consilium scito, q̃ Biãtis, qui sic amĩ cos diligi iubet, vt inimicos fieri posse me/mineris qđ dictũ q̃uis ab aliis laudatum, nec mihi certe, nec Tullio probatur. Est enĩ verũ amicitię venenum. In odio ergo cogitã dus amor, non odium in amore, longeq; Aristotelicum illud in rhetoricis Bianteo cõ silio pferendum non oportet (vt aiunt) ama re tanq̃ oditurũ, sed magis odisse, tãq̃ ama turũ qđ profecto scribens Aristoteles Biã/tem ipsum. calidamq; eius, & maliuolã sen tẽtiam notabat. Do. Inimicitias habeo. Ra. Sed inuitus habe, & armato semper in pe/ctore cor amicum pacis habites, atq; ita bel

lum exerceas vt coactus videare, neu fortè odio succumbat humanitas, neu tam vindictæ studeas q̃ gloriæ, aut, saluti. Scis vt Romanis inuisior est Hannibal q̃ Pyrrhus? cũ vterq; hostis, & prior Pyrrhus Italiam inuaserit, at nõ delẽdi aĩo, vt Hãnibal, sed vincendi. Omnibus euitandum modis, vt in actu quolibet vera virtus emineat, sic vt nihil bello quæri aliud q̃ pax honesta videatur.

De prępta facultate vindictæ. Dia. XXXIII.

DOL.

O Ptate facultas eripitur vltioni. Ra. Cui peccatum eripitur, nihil eripitur, multumq; tribuitur, q̃dam habentibus eripi lucrum est, ea ne habeantur obstare lucrum maius. Do. Facultatem vltionis perdidi. Ra. Felix iactura, qđ noceat amisisse. Do. Ab optata, et sperata vltione prohibeor. Ra. Primũ erat nolle male agere proximum prohiberi. Do. Necesse est occasionem vltionis omittere. Ra. Si pulcherrimum vindictæ genus est nolle vlcisci pulcherrima est necessitas non sini. vltro virtutem amplecti optimum, proximum est cõpelli. Do. Ereptam mihi vindictam doleo. Ra. Veniet tp̃s (cito forte) quo gaudeas, neque aliter accidisse vllo velis modo. Quidã ad quæ coacti veniunt velle incipiũt & amare, & de necessitate consensus oritur, dũq; voluntas fieri incipit desinit esse necessitas. Do. Videbar vlcisci posse, nec potui. Ra. Nõ pos

virtutis in agentem redit. Itaq; vt mali om nes, & igrati sint, nō iccirco vir bonus bñficio cessabit. Nam q̄ in multos spargit in se cumulat, sibi ipse bñficus vni saltem nō in grato. Do. Proieci bñficia in ingratos. Ra. Atqui gratis dare, nec auarus metuat. Eo āt liberalitas maior, quo spes p̄mij minor est.

De seruis malis. Dialogus. XXIX.

DOL.

Malis seruis obsideor. Ra. Nūc recte ais, obsideor. olim tibi circunsultus videbare sed obsessus eras, nō famiiliari solum exercitu: sed hostili. Do. Indomitis seruis p̄mor. Ra. Tuæ acies ꝯtra te militant infuaue negociū. Do. Supbis seruis obsessus sum. Ra. Eosq; q te obsident pascere cogeris, inamęna necessitas. Do. Seruis obsideor pessimis, voracibus, furibus, mendacibus, impudicis. Ra. Qui seruorū Epithetis affluere est opus? Seruos dic, oīa dixeris. Do. Seruis obsideor, quid ꝯsulis? Ra. Quid cōsulam, seu quid dicam, nisi Terentianus illud. Quę res in se neq; modum, neq; consilium habet vllum, eam consilio regere nō potes. Nota sunt tñ: hac in re Senecæ consilia, viuendum cum seruis familiariter, comiter, clemēter, familiarem esse iubet atq; bus? nempe his quorū familiaritas ꝯtēptus est genitrix. Addit. Nō verberū, sed verborū castigatione vtendum erga surdos. si turpē esseq; dñicanteq; mansuetudinē duro pede

talcantes. Admittendos p̄terea in sermonē, in consiliū, in conuiciū. Et quos q̄so? vtiq; procaces, stultos, ebrios, perfidos, insolētes, qui neq; sermonem teneant, neq; cōsiliu; habeant, & conuiciū fœdent, salutis vitęq; dn̄i, & patrimonij & famæ segnes, gulę autem proprię atq; libidinis vigilantissimi curatores. Verum ille ideo fortassis, hoc cōsuluit, quia in seruo verum opinatur, qđ iam ante de amico dixerat. Fideles si credideris facies, Credo nō cogitas ex optimo genere hominu; amicos esse solitos, seruos es pessimo. Equidē nō si mille annis, lupū agnus credideris, agnus fiet. Do. Obsideor, et seruis Quid cōsilij affers? Ra. Nunq̄; aliunde q̄ſieris, qđ in te est non obsideberis, nisi dū voles, neq; vero nunc obsiderent, nisi ꝙ in orbibus male paccatis accidit, vna pars animi quasi factio seditiosorū ciuiu;, obsidētibus faueret. Vis hoc malo liberari, purga aī tui statum. Seruos.n. castigare, neq; his Senecę consilijs. neq; alijs potes. Te si velis cōponere nemo vetuerit, Pōpas abijce, pelle superbiā. Ita.n. vel fugabis seruorū inimicā aciē, vel imminues, Do. Multis seruis obsideor. Ra. Bene, si strepitus, vel inanis queritur iactantia, sin obsequiu;, aut iucunditas, nil peius, Serui & si boni sint, qđ inter p̄digia numerē, nūq̄; tn̄ multi bene seruiunt. Inter se.n. diffident, murmurant, altercantur. Alter ad alterius respiciens manus ipse interis

ociosus, cōplosisq; suis sedens manib⁹ dñi habitum induisse, suum decus existimat, & nil censet honestius, q̄; nihil agere cūcta pollicitus, de his, nāq; nunc loquimur, qui falsa professione ventris ignaui negociū agentes, seruitio humili nō tm̄ volūtarie, sȝ importune sese offerunt. innumerabilis turba sed vilis, qui cum tot pateāt artes abiectissima elegerunt. Nempe illoꝝ quos non volūtas propria, sed aliena vis, & sua sors, et seruitiū traxit, vt numerus rarior, Ita crebrior virtus, & notior fides. Nimirū aliud seruire velle aliud cogi. Hi ergo fortunę memores, vt eosdeȝ se in omni statu præbeāt, neu virtutem cum libertate perdiderint, qđ inuiti faciunt aliquando fideliter faciunt, cum id nequeant, quos volentes somnus, vēter, gula, cui cupiditas mali duces in seruitium perduxere, in quo mirum non est si ducibus suis studēt, atq; id agunt qđ sequuti falsum simul, atq; humilem titulum seruitutis assumpserant. Contra hi qui tale nihil, qđ sequerentur habuere, naturaȝ sequuti ac fortunā, sępe qđ liberi fuerant serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit, possum inoffensis auribus Senecam audire.
Do. Multi domum serui occupāt. Ra. Multę igitur lites, multa bella, de re q̄libet pugna erit. Noua cotidie crimina proferantur ac purgentur, & tu medius inter partes sedeas oportet. Iud ex factuȝ ex dño, nō potes ꝗ

rgum domo expellere litigātes potes. Do. Obsideor famulis, sine quibus viuere neqo quid agam? Ra. Si eo vsq; peruētum est, vt sine hostibus tuis esse nō audeas. Paucitate illorū, ac vilitate tibi cōsule. Pelle formosos, pelle comptos, ac calidos, pelle vel facie, si bi placentes, vel ingenio, vel genere. Inter paucos, eosq; hebetes, atq; incultos tutius ages, nō quia meliores, sed quia minus au suri, quos velut hyeme serpentes, coacta vis veneni, atq; vtilis inertię torpor obstrinxe rit. Deniq; hic summa est, vt in seruo sola quidem, aut certe prima fides ęstimāda sit. Si quid hac in parte prætuleris, crede mihi magno cum fœnore vitiorū, qualiscūq; illa breuis tibi veniet voluptas, quia sane perra ra est fides, proximum remedij genus, ipsa quā dixi paucitas vilitasq;, non plus habēs boni, sed minus audaciæ.

De seruis fugitiuis. Dialog. XXX.

DOL.

D Isceſſerunt serui. Ra. Quorū mole sta pñtia erat, gratus debet esse di scessus. Nihil ferme displicet, cuius contrarium non delectet. Do. Abierunt ser ui. Ra. O si redeant, videasq; oculis, qđ ani mo iam vidisti, quot illos vitia circūstent, quot nequitiæ, quot doli, quot mendaciorū artes, quot scelerū spēs, quot furtorū? Quid ni horreas comitatū, limenq; redeuntibus obstruas, meritoq; gaudeas tuā domū ma

ftis exhaustam, leuatamq; ponderibus. Do. Serui simul oēs abiere. Ra. Simulq; cū illis curę graues, molestęq; solicitudines, metusque perpetui. Cogita, quot implēdi ventres, quot tegendi humori, quot armandi, strin/gēdiq; pedes vagi, quot acuti vngues obser/uādi duro te negocio liberatū dices. Do. Fugierunt serui. Ra. Et cum his odia in dnm, & ɔtemptus, & murmura, & q̄relæ quin et execrationes, tacitæq; deuotiones immeri/ti capitis, qbus immerito seruitio caruisse quis tam ambitiosus, vt nesciat ascribendū lucro. Do. Diffugierūt serui. Ra. Quis vnq; de fuga hostiū q̄stus est. Iulio Cæsari tribui tur superbię ꝙ hostem, quē intercipere cogi tabat fugientem mœstus aspexerit. At mo/destis victoribus terga hostium vidisse satis est, quin & idem ipse alibi fugiētibus parci iubet sola hostium contentus fuga, Ideꝫ fa cito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent fugisse sufficiat, atq; illoꝝ fuga tuam metire victoriā, ablatāq; tibi necessitaē vin/dictę seuerioris intellige. Do. Serui fugiere. Ra. Sponte igitur fecere, qđ cogendi erant gratiam habeto, depellēdi immanes beluas tibi demptus est labor, hinc quæreris fugierunt, qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Fugierunt, qui aut fugiendi erant, aut fu/gandi. Nunc tu liber, nunc securus, nunc domus tuæ dominus remansisti. Do. Fu/gierunt serui. Ra. Fugitiuos iudicandi ius

est domino, tu te dominum dissimula, ne ue hoc iure vtere. Si boni essent non fugissent, malos amisisse non iactura, sed quaestus est. Venenosa animalia tutius est vitare q̄ capere. Do. Serui me solum reliquerunt. Ra. Vere solum, vereq; inopē, si ne solus sis seruili egeas comitatu, ita nec amicū habes, nec te ipm. Quid aūt serui ne igitur tui sine te esse cupiunt tu sine illis esse non potes? Vide ne hoc ipso, seruis tuis ipse miserior sis. Q̄d si forte nō seruos cogitas sed p̄cifi, nō desiderium inane, sed turpis auaricia castiganda est, de quo satis est dictum, dum de ammissa pecunia loqueremur.

De vicinis importunis. Dialo. XXXI.

DOL.

Vicini importuni sunt mihi. Ra. Vide ne tu illis importunior. Do. Graues vicinos p̄fero. Ra. Multū cunctis in reb⁹ valet opinio leues finge aio, leues erunt. Do. Vicinos malos habeo. Ra. Multi suam culpam proximis imputant. Acutius aliena cernuntur, discutiuntur exactius, seuerius iudicant, suarꝫ reꝝ nemo nō & mitis arbiter, & pius est iudex. Do. Acres amarosq; patior vicinos. Ra. Ne fortassis in gustu, sit vitium non in re, fastidiosis etiaȝ dulcia amarescūt. Do. Vicinos duros, ac superbos q̄ror. Ra. Multum sibi quisq; p̄mittit nihil alteri, hinc ī iudicio rerū multiplex obliquitas, & iuges offensionum cāe. Et se

pe vnde culpa est, inde primum oritur q̄rel/
la. Quid nunc scimus, an tu illis, qui tam
duri tibi videntur, durus & tetricus, et intra
ctabilis videare? Do. Asperos patior vici/
nos. Ra. Duplex est remediū Patiētia & fu/
ga. Primū probo, ferendi artificio omnis
mitescit aspitas. Do. Vicinos pessimos ferre
nō valeo. Ra. Si nec ita proficis qs te tenet?
migra illico nō vt procaces, ita & sequaces
erunt, qđ ferre non potes, pondus excute, &
quem pugnando hostem pati nequis, fugiē
do euade, qd refert quo te tramite in tutū
eripias. Nullum iter ad trāquillitatē animi
difficile iudicandū est, qꝛ si sępe idem fece/
ris nec profeceris scito culpā tuam esse, nec
minus forsitā alienam. Magna pars litium
vulgarium duos fontes, & si forte nocētiorē
alterū nullū habet innoxium, q̄uis nēpe
politicū & sociabile aīal dicatur hō si verū
tñ inspicitur, nullum minus. Verūq; est il/
lud satyricum. Maiorē esse serpentum, fera
rūq; concordiam q̄; hoīum. Siqdem vrsi,
apri tigres, ac leões. Deniq; viperę, aspides,
cocodrili, & ad summam oē aīal, pter homī
nem vtcunq; in sua specię quiescit interdū,
homo aūt nunq̄. Homo hoiē pmit semp
atq; atterit, perpetuis bellis, ac litibus, inqe/
tam vitam sibi pstat, ac pximo. Sic.n. se res
habet, vt vbi maior est locorū vicinitas, ibi
videas maiores distātiā aīorū. Rara sine iur
giis, ac rancore vicinia est. Nemo vestrū (ni
fallor)

fallor) Arabũ, aut Indorũ regibus inuidet, lippus est liuor, longinqua non aspicit. Do. Vicinis obsideor infestis. Ra. Si penitus ab hac peste vis absolui, ĩ solitudinẽ te recõde.

De Inimicitiis. Dialo. XXXII.

DOL.

INimicitias habeo. Ra. Fac vt iustitiæ sis amicus nullum certius præsidium. Vera virtus fortunę minas calcat, ac despicit. Do. Inimicitiæ mihi sunt. Ra. Et cautior eris, & notior. Multos inimicitiæ illustrarunt, qui obscuri mansissent, si hostibus caruissent. Do. Hostes vndiq; mihi sunt. Ra. Obstabunt, ne inuisibiles aĩorũ hostes subeant voluptates. Non tã hostes tibi sors obtulit q̃ custodes, malo malũ maius arcebit. Do. Hinc illinc hostibus p̃mor. Ra. Illi quoq; suis p̃mũtur affectibus, estq; apud illos vltor tuus, isq; non vnus pro te partes faciunt ira, metus, odium, inquietudo, nec dum peracti pœnam criminis exigunt, sic interdum vltio præter offensam, & fortasse nõ sequuturã. Armabũtur laborabũt sudabunt, ęstuabũt, anhelabũt, trepidabũt & fortassis ho⁊ nihil ad te. Multi sæpe grauibus odijs sibi non alijs nocuere. Do. Est mihi pugna cum hostibus. Ra. Et illis tecum & tuius aliquanto cum hostibus q̃ cum vitijs pugnatur. Quisquis alium odit, primum animæ suæ vulnus infligit, proximũ nõnũq̃ suo corpori. Nimia nempe cupiditas ferieu

di nocendiq; multos incautos, nudatosq; dedit hostibus, sic semper prima pars malorũ in suum authorem vertitur, interdũq; nouissima, Cũ sæpe interim sit illesus, in quẽ pernicies parabatur. Do. Vndiq; mihi bella consurgunt. Ra. Nũq; clarior sanctiorq; fuit Po. Ro. q̃ dũ multis ac grauibus bellis occupabatur. Pax initium mali fuit, secũ nãq; subiit libido blanda hostis, ac pestilens. Do. Graues inimicitię mihi sunt. Ra. Magnæ inimicitiæ plerũq; magnarũ amicitiarũ fuere principiũ. Do. Habeo inimicos. Ra. Habeto fidem, simul & clementiam, de reliquo quicquid euenerit, cura saltem, vt hũanitate sis, ac virtute superior. Sunt & sua iura cum hostibus, cum quibus ita rem gere vt amicos fieri posse non dubites. Atq; hoc sanius consilium scito, q̃ Biãtis, qui sic amicos diligi iubet, vt inimicos fieri posse memineris q̃d dictũ q̃uis ab aliis laudatum, nec mihi certe, nec Tullio probatur. Est enĩ verũ amicitię venenum. In odio ergo cogitãdus amor, non odium in amore, longeq; Aristotelicum illud in rhetoricis Bianteo cõsilio pferendum non oportet (vt aiunt) amare tanq̃ oditu℞, sed magis odisse, tãq̃ amaturũ q̃d profecto scribens Aristoteles Biãtem ipsum, calidamq; eius, & maliuolã sententiam notabat. Do. Inimicitias habeo. Ra. Sed inuitus habe, & armato semper in pectore cor amicum pacis habitet, utq; ita bel

lum exercitas vt coactus videare, neu forte odio succumbat humanitas, neu tam vindictæ studeas q̃ gloriæ, aut, saluti. Scis vt Romanis inuisior est Hannibal q̃ Pyrrhus? cũ vterq; hostis, & prior Pyrrhus Italiam inuaserit, at nõ delẽdi aĩo, vt Hãnibal, sed vincendi. Omnibus euitandum modis, vt in actu quolibet vera virtus emineat, sic vt nihil bello quæri aliud q̃ pax honesta videatur.

De prepta facultate vindictæ. Dia. XXXIII.

DOL.

O Ptate facultas eripitur vltioni. Ra. Cui peccatum eripitur, nihil eripitur, multumq; tribuitur, q̃dam habentibus eripi lucrum est, ea ne habeantur obstare lucrum maius. Do. Facultatem vltionis perdidi. Ra. Felix iactura, q̃d noceat amisisse. Do. Ab optata, et sperata vltione prohibeor. Ra. Primũ erat nolle male agere proximum prohiberi. Do. Necesse est occasionem vltionis omittere. Ra. Si pulcherrimum vindictæ genus est nolle vlcisci pulcherrima est necessitas non sini. vltro virtutem amplecti optimum, proximum est cõpelli. Do. Ereptam mihi vindictam doleo. Ra. Veniet tẽps (cito forte) quo gaudeas, neque aliter accidisse vllo velis modo. Quidã ad quæ coacti veniunt velle incipiũt & amare, & de necessitate consensus oritur, dũq; voluntas fieri incipit desinit esse necessitas. Do. Videbar vlcisci posse, nec potui. Ra. Nõ pos

se malum agere, potentia magna est, népe& oípotétis est ppria. Do. vindicta mihi pñs excidit. Ra. Colubrum tibi e manibus exci disse credito, vide ne iterum surrepat. Nihil homini tam contrarium, q̃ inhumanitas. Per hanc.n. homo esse desinit; Idq; sic esse ipm nomen indicio est. Nullus morbus tã contrarius, nec mors quidem illa fm natu/ ram accidit, hęc aũt contra. Sęuire in homi/ nem inhumanum est, q̃uis meritum, non oportet exulcerati animi motum sequi, & priuati memoria doloris naturæ cõis obli/ uisci. Do. Me vlcisci vetitum, in perpetuum dolebo. Ra. Forsan in ppetuũ gaudebis quo ties putas post inimicitias depositas, & in gratiam reditum, corruisse aliquos amicoꝝ in amplexibus cogitantes hunc ego perditũ volui, & interdum a successu impio parum abfui. O sors optima in quã piam parté cõ silium crudele vertisti. Do. Iustam iram exe qui non sinor. Ra. Iustam iram vix inueni/ as. Cum sit scriptum. Ira viri iustitiã dei nó operat, & rursus ab altero. Ira furor breuis est. Optimum igitur non irasci, proximum non vlcisci sed frenare iram, ne aíum rapi/ at quo non decet, tertium est vlcisci nó pos se etiã si velis. Do. Pulchra mihi pripitur vin dicta. Ra. Pulchrior venia relinquitur, & pulcherrima oium obliuio. Hæc inter oés principes, Iulium Cęsarem illustrauit. Innu mere & ingentes viri huius victorię, glorio

fflimi sunt triumphi, incõparabilis rei mi∣litaris excellentia, altissimum ingenium, Præclara eloquẽtia, nobilitas generis, forma corporis, & inuicti aĩ magnitudo. Cum cũ∣cta collegeris nil in eo clarius clementia, & offensaꝝ obliuione reperies, q̃ q̃; sibi ma∣teriam mortis attulerit, vt iure Pacuuianus illud in funere caneretur omen seruasse vt essent, qui me perderent. Ex quo tamen ne∣cessario moriendum erat ꝑtest quodãmo∣do, tali ex causa optabilis mors videri.

De odio populari. Dialo. XXXIIII.

DOL.

P Opulus me odit. Ra. Habes quem prædixeram popularis finem gra∣tiæ, pro dilectione odium. Do. Po∣pulus gratis odit me. Ra. Miraris ꝙ sine cã odit, q sine discretione dilexerat, consequẽs hoc illius, vnde modestia exulat, ibi regnare impetum est necesse. Do. Odit me populus. Ra. Hęc belua iniuriæ prõpta est segnis offi∣cio. Vulgi amor leuis, odium graue. Do. Po∣pulus mihi succenset. Ra. Ab amante plau∣sus ab irato populo pernicies, impar pericu∣lum, at spes. Do. Populo odiosus sum. Ra. Nihil impetuosius stultorũ turbis, vbi insa∣niam singulorũ publicus furor, & furorę pu∣blicus, singulorũ rabies impellit. Alterq; al∣terum trudit. Nihilq; periculosius, q̃; incide∣re in illorũ manus, quibus pro iustitia sit vo∣luntas, pro maturitate ꝑcipitatio. Do. Odit

fuit populus. Ra. Nõ amasset vtinã, nec nouisset qdé. Amor malorum odio finit. Vtrũq; anceps, sola ignorantia tuta est. Do. Populo sum inuisus. Ra. Populus odiosus, leniendus, aut linquendus.

De inuidia. Dialogus. XXXV.

DOL.

Inuidetur mihi a multis. Ra. Prestat inuidiosum esse, q; miserabilem. Do. Inuidia exerceor, æmulorũ. Ra. Et quis vnq; virtutis amicus, exercitio hoc caruit? Percurre animo oẽs terras omnia sæcula, cunctas historias euolue, vix insignẽ virum hac immunem peste repeties. Nolo nunc narrationem ingredi, quæ nos longe nimis a proposito distrahat, sed si aliqd meministi oĩum quæ legisti non possunt ignoti tibi esse q; plurimi, quorũ comitatu, non tm̃ consoleris, sed et glorieris. Do. Inuidetur mihi. Ra. Linque honores & officia publica, desine incessu elato, & superbo comitatu pora ciuium volitare. Seq̃stra te ipm̃ quãtũ potes ab oculis multorũ inuidorum, nec vultu nec verbo, nec habitu, digito te notandum pbeas. Vulgus & liuor in plateis habitãt, sic & mala ferme oĩa. Quidã hostes nullo melius modo q; fuga vincũtur, ac latebris. Do. Et profugum & latentem liuor insequitur. Ra. Tolle mali materiam, malum oẽ sustuleris. Nimiis opibus modum pone, quicqd eximia specie inflammare aĩos potest, vel

abijce, vel abscondé, si quid est, quo carere nolis, aut nequeas, modeste vtere, inuidiam quã insolentia exasperat, humilitas lenit. Sunt quæ illam extinguant efficacia qdem, sed morbo ipso peiora remedia, miseria.s. & infamis vita de quorũ altero dictũ ẽ, miseriam solaȝ inuidia carere, de altero socraticũ illud, interrogãti.n. Alcibiadi qbus modis inuidiã declinaret, rñdit Socrates. Et viue inqt, vt Thersites, cuius vitã si nescires in Homerica leges illiade, ironicũ planeq; socraticũ rñsum. Nõ.n.est cõsiliũ vt inuidiam vites, vitare virtuté, satiusq; est Achillẽ esse cum inuidia. q̃ Thersitẽ sine, q̃uis illud cõstet magnos interdũ viros, vt securi viuerẽt, & virtuté ad tps & ingeniũ occultasse. Do. Inuident mihi multi. Ra. Inuidiam nisi vel ignauia vel miseria vix euades, quam si sic euaseris in cõtemptũ incides, vtroq; caruisse difficillimum. Do. Inuidia multorũ pmor. Ra. Est vt perhibent calcãdę aliud iter inuidiæ, per excellẽtem gloriam, sed perraro vestigio signatum, ita vt plures hoc cale gradientium in id quod fugiunt relabantur.

De contẽptu. Dialogus. XXXVI.

DOL.

Sed contẽnor. Ra. si iniuste quidem est (nõ inficior) quod doleas, feras tñ alioqui est quod rideas. Nihil est enim ridiculosius, sed nil crebius. q̃ cõtemni sapienté ab insanis. Do. Spernor, Ra. Cir

ta hoc verbum vnum, quatuor bona esse di xere aliqui. Spernere mundũ. Spernere nullus. Spernere sese spernere. Se sperni, Hoc tibi vltimo opus. Do. Spernor a multis. Ra. Si a maioribus fer, si paribus patere. Illi suo iure vtuntur. Fere nãq3 conteptui sunt minora maioribus. Hi se cõtemptui offerunt, & maiores fieri qñ aliter non possunt, hac tẽtant via, siue minorib⁹, siue illos insanire neq; magni facias contẽptum, qui illis infamię sit tibi glorię, Sspreuit Achillem Thersites, de quibus mõ diximus, Homerũ Zoilus. Augustum Antonius. Vergiliu3 Euãgelus. Ciceronem Caluus, Et (qđ ex euãgelio didicimus, quodq; est maximum) Herodes pessimus, miserrimusq; hoĩum Xp̃m spreuit. Quid vel cõtẽptis hoc nocuit, vel contemptorib⁹ ꝓfuit, Do. Spernor & irrideor. Ra. Irrisiuũ nescio quid & histrionicũ etiã esse aĩs solet, eoq; magis, quo minoribus, quid minus est opus. Alter alterꝰ ridet. Do. Spnor ab alĳs. Ra. Recordare an tu alios aut spernas aut spreueris. Hic ẽ mos humanus, spernere, & sperni mutuo vos vicissim odio mutuoq; p̃mitis cõtẽptu, & vultis alĳs esse venerabiles neminem venerantes, placere vultis deo, cuius operũ nullũ vobis placet eo quo placere debet modo, in quo p̃clare quidem noster Cicero, si p̃clarũ aliquid sub deorũ noie dici posset. Minime inquit pue nis, cum ipsi iter nos viles neglectiq; simus

postularē vt diis Imortalibus carissimus, & ab his diligamur. Illud ergo pclarius, Malachiæ pphetæ. Nunquid nō pater vnus oium nostrum? Nunquid non vnus deus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestrū fratrē suum. Do. Sperni grauiter fero. Ra. Et si nemo sperni velit multi cupiant timeri multo tñ est sperni securius, q̃; metui. Itaque qđ ait Annęus i epistola quadā. Nō minus cōtēni q̃; suspici nocet, nō admitto, Illud ab eodē alibi dici rectius estimo. Periculosius timeri eē q̃; despici. Proinde cū veteri Sapiētū edicto tria hæc vitāda didiceris de qbus totidē ptinuis tractatibus egimus, & sint mala oia, haud dubie tñ malū minus hoc vltimū q̃;uis ignobilius, nec deest suū cuiq; remediū. Odiū obsequio lenitur, liuor modestia cōtēptus amicitijs illustriū, & honestis artibus, ac virtute. Nemo primū Bruto contemptior Romæ fuit, Nemo minus postea. Age & tu bonum, magnumq; aliquid, quo contemni nequeas.

De pmissi muneris tarditate. Dia. XXXVII

DOL.

Sero promissa cōplentur. Ra. Quid singulariter de hoc q̃reris, qđ oibus est cōe? Nulla quidē res magis munus inquinat, q̃; dura frons, et lēta dilatatio sed hic est mos cito vultis accipere, tarde autem dare. ad illud alacres, ad hoc mœsti, ad illud pcipites, ad hoc segnes, Ingratitudinis

Duplex radix duplex materia querelarũ, dũ & illos mora & celeritas hos ɔstringat. Do. Multa mihi promissa sunt, nihil impletur. Ra. Magnis ꝓmissoribus minimum fidei eē debet. Nota vanitas, notæ blãditiæ, nota hominum mẽdacia. Multa tibi vnus aliqs promisit sufficit ꝓmisisse quære aliũ qui ꝓmissum impleat. Non ꝑt vnus oia facere, fecit hoc ꝓmissor vt eũ interim diligeres. Do. Quod mihi ꝓmittitur non fit. Ra. Duarum cupiditatum potẽtior est, quæ tenet, q̃ꝫ q̃ poscit. Do. O quot ille pollicitis abũdabat Ra. Aut irridebat, aut ad tp̃s diligi volebat. (vt dictum est) & forte dum tibi multa promitteret vnum aliquid a te poscebat, quod vel magni ꝑcio mẽdacij bñ partum æstimaret, sæpe aũt qui diuites sunt verborũ, esse inopes rerũ nosse debueras. Do. O q̃ꝫ multa mihi promissa sunt. Ra. A i mihi credideris, multa promittentibus nihil credes.

De repulsis. Dialogus. XXXVIII.

DOL.

Repulsam passus indignor. Ra. Visne igitur quæcũqꝫ poposceris adipisci, ita vt negari tibi nihil possit? vide ne intolerandæ superbiæ sit hoc velle. Meminisse magni Põpeij decuisset, quo nescio an maior vnq̃ꝫ fuit, de quo tñ scriptum est. Quæq; dari voluit, voluit sibi posse negari, q̃ꝫ multa Cęsaribus supra humanã magnitudinem, summo etiã imperio gloriosis

negata cognouimus, & tu grauiter vnã, aut alterã fers repulsã. Denique quam multa cotidie deus poscit ab hoïe nullius rei indigens, nec impetrat. Do. Non possum æquo aïo repulsam pati. Ra. Cur petendi tibi arrogas licentiam & negãdi alijs carpis libertatẽ? Quid quod sæpe indigna petitio dignam repulsę prębuit materiam. Quid quod sæpe etiã petenti repulsa vtilis fuit, cui qđ petierat. Impetrasse damnosum erat. Do. Iniustam patior repulsam. Ra. Si iniuste est repulsa, iusta ergo petitio, gaude cuiuscũq; potius culpam esse quam tuam. Do. Vnde non merui, repulsam tuli. Ra. Multi se magna meritos putant, vnde penitus nil merentur. Hinc repulsæ dolor, hinc q̃relæ istæ quibus orbis terræ, & oïs vita hoïum plena est. Do. Pudẽdam patior repulsam. Ra. Pudendũ nihil pter culpam, quem pudorẽ tibi inferre potuit, quod tui nõ erat arbitrii? Do. Repulsam patior, vnde nõ credidi. Ra. Credulitas incerta est, certa ãt res, non posse qđ petitur negare nõ est liberi, sed serui. Nõ posse repulsam pati non est ciuis, sed tyranni. Do. Optatæ speratæq; rei passus sum repulsam. Ra. Si quicqd sperãt cupiuntq; hoïes assequerentur, dij essent oẽs. Tu vero vt indignationes multas, ac dolorẽ fugias repulsarũ, disce optare possibilia & honesta, nõ assequi velle, qcqd inconsultus, & inexplebilis appetitus optauerit, quicquid spes vana suggesserit. Do. Nõ tm̃ repul

fui ego, sed indignus mihi antépositus fuit. Ra. Et quoties indigni dignissimis pferuntur, & quoties indignos indignissimi iudicant alienarũ seuerior suarũ quisq; fauorabilis rerũ iudex. Multi se indignos dicunt, pauci credunt. Do. Paruæ rei patior repulsam. Ra. Multis parua negata, magna vltro oblata vidimus. Si repulsis cõpésent munera fortunę, lãces eq̃buntur sed vos illas indignatione augetis. Hęc obliuione, atq; dissimulatione minuitis. Do. Dignus erã (vt arbitror) nõ repelli. Ra. Vt sit ita; an tu oia pro dignitate hoium dari existimas, ac negari? vtinã ita esset vt & plures bonos spes, pmii, & pauciores malos faceret metus pœnæ, sed non ita est. Amor odiũ spes cupiditas, affectus incõditi, cũcta permiscuere, in te vno fortunæ stilũ publicũ vis mutari, & non te potius ad cões cursuz humani moris inflecti? Do. Quãto indignior mihi anteponitur e õ petitor. Ra. Et Lucius Flaminius mox ob indignum facinus iudicãdus, & ordine senatorio amouendus. Scipioni Nasicæ platus fuit viro oium optimo senatus & populi sentẽtiis iudicato. Et Vatinius Catoni illaudatus laudatissimo, nõ solum populi amicorũ, atmulq; hostium iudicio, sed toto etiã Ciceroniano volumine, quid hic dicis vt sint grauia non sunt noua, q̃ pateris. Do. Multum sperabam modicũ nõ mereor. Ra. Vt multum quoq; merearis dixi iam non oia pro

meritis dari. Quid q͂ semel negatū eidē id ipm mox cōcessuʒ vidimus? Quod in ipo de quo loquor Scipione accidit, repulsarum duriciē sæpe pertinax virtus, infregit. Testes sunt Emilius Paulus, Metellus Macedōicus Lucius Mumius, consulatus repulsam passi oēs, iidem speciosissimis cōsulatibus, ac triūphis postmodū honestati suis ciuibus, q̄bus contēptui fuerāt spectaculo fuere, num q̄ꝫ ad id pueuturi si repulsas populi lamētis potius acerbare, q̄ꝫ virtutibus superare voluissent. Lucius Silla, q̄ꝫuis in finē ciuilibus discordijs irritatus famā suā nota crudelitas infecerit nobilitate tū & gloria insignis ciuis nō ꝯsulatus sed p̄turę tāto minoris rei repulsam cum tulisset summā reipub. post adeptus, & præturas, & cōsulatus, & imperia non tm̄ consequi potuit, sed donare. Nō debet repulsa spem auferre, sed afferre solicitudinē, ac virtutē acuere. quæ nil tā asperum. qd̄ non leniat. idq́ꝫ etiam, si qñ non fecerit, nō tn̄ ideo deserenda est, ne propter se ipsam suumq́ꝫ proprium finem, culta videatur. Deniq; hi repulsas suas forti animo tulere. At publius Rutilius repulsa fratris audita, quā erat passus ĩ petitiōe ꝯsulatus statī morte obijt repētina. Elige vtrū seq malis.

De iniusto domino. Dialo. XXXIX.

DOL.

Iniustū dn̄m patitur Respub. Ra. Sed fortassis id merita & id scelerū scelus est debitum, non solum apud

inferos. sed vbicq; fieri iudices, vbicq; iustitia suum opus exercet, etsi sępius cunctetur interdum properat. Verũcq; re ipsa fit, qđ scribitur, vtiq; est deus iudicãs eos in terra, Demones ex hoībus fieri, quidã opinati sunt perpetua criminum licentia, peccandicq; libidine, qđ vt forte tolerabiliter dictũ sit malarum voluntatum similitudo efficit, qua hõ malus, atq; in malis obstinatus pene demonem ęquat. Cui sententię si recipitur illud fortasse nõ dissonum fuerit, vt pmissu diuinę iustitię demonẽ demõ pmat, qua in re illud dũtaxat (vt vr̃) est mistũ: q̄ nõnũq̄ sceleratorũ supplicijs miscentur innoxii, & nimis verũ, crebrũcq; cõphenditur illud Flacci. Sæpe dies pariter neglectus incęsto addidit integrum, quod ipsum non sine certa, licet vobis occulta iustitia dei fieri indubitata fide creditur, Do. Crudelem dominum perpetimur. Ra. Crudelitas mala quidẽ, & naturę hominum aduersa, sed vtile vitijs & lasciuienti populo frenum, pauor, vndecũq; oriens. A mare inscijs expedit timere, quicquid id quidem sit, Nemo tam trux dominus, vt non truculentior sit voluptas prospęritatis comes ac filia. Male agentibus nihil peius q̄; securitas ac libertas, Qui nihil metuit proximus est ruinę. Do. Iniquũ dominũ infausta plebs patitur. Ra. Nullus mihi crede, misera in plebe miserior q̄; tyrannus quod si dubitas Dionysium cõtemplare, il

le vir improbus nec indoctus de seipso suá que tyrannide quid sentiret apertissime pendentis supra amici verticem gladii cuspide declarauit. Nota est historia. Timet plebs tyrannum, & tyrãnus plebem. Sic reciproco pauore se cruciant. Hoc refert q miseria plebis apparet, ac tyrãni latet, non minus tamē affligit purpureo velamine tectum vulnus neq; minus aureæ grauãt cōpedes q̃; ferreę. Est & sua vt in sordibus, vtq; ĩ fumo, sic lautitijs, ac splendore miseria. Aurea quidē tyranni vestis extrinsecus obuerte illam ardentibus intus aculeis plena est, Ita vt vides nō penitus, aut impune sæuiunt tyrãni, aut inulta plebs ꝑmitur. Do. Inclementissimus nobis est dominus. Ra. Non tot passim essent domini, nec tã late furerēt, nisi populi insanirent, & cuiq; ciuiũ pro se carior foret res priuata q̃; publica, voluptas q̃; gloria, pecunia q̃; libertas, vita q̃; virtus. Do. vnum dominum serua fert patria. Ra. At non vnum, sed triginta semel illa nobilis legum mater, gręciæq; lumen alterũ Athenæ. Do. Pr̃ia dominũ vnũ fert. Ra. Multos aũt Roma qui Caligulas nesciat, ac Nerones, & domitiãos ac Cōmodos, & Heliogabolos, & Bassiãos & Galienos, ac ne singula imperii probra exequar Maximinos & pietatis hostes Iulianos, ac Decios? Sardanapallum assyria ptulit, Cyrrum Persis, Alexãdrum Gręcia atq; Asia reges dictos, Vere aũt tyrannos acerrię

mos, & immites tulit e Dionysios Sicilliæ Phalaridē Agatoclē Lacędemon, Cleomenē, Nanidē'q; quem Argi, quoq; perpesi, foemineamq; vxoris auariciā, quę viro ipso rapatior in sexu suo tyrannidē miris modis exercuit, sed quo feror quis aūt veteres, aut nouos numeret tyrānos, qui tā multi hodie tamq; alte hinc suis opibus ac potentia populorū, illinc moribus, atq; dementia radicati sunt, vt nec numerari iam valeant, nec cōuelli, neq; minus apud vos q̄; apud Ægyptios, aut Medos libertate pessundata ac sepulta versa seruitus in naturā sit, sic vt pars maior populorū tyrannum si non habeat, q̄situra p̄cario, seu p̄cio eruptura videatur, vsq; adeo patres vestros esse, q̄ nati erāt' pu duit, vos. n. pene omnes in seruitio nati atq; educati, vt doloris antiquam, sic nouam querelę materiam non habetis. Do. Potētis domini graui p̄mimur iugo. Ra. Aristophanis poetę vtilis fabella, quæ monet non nutriendum in vrbibus leonem, tñ si nutritus fuerit obsequendū illi esse, nec tyrānidis naturale malum impatientia cumulandum, q̄; q; ipse feceris potentiam detractādū. Raro equidem tyrannus absq; culpa ciuiū surrexit in populo. Vetus est aūt verbū Ede qđ nutristi. Do. Dominum importunum patimur. Ra. si omnis potestas a deo est, seu ad bonorū exercitiū, seu ad malorū pœnā par est vt diuino imperio te subiectum sentics,

non

non humano. Cuius si minister immitior videtur, patientia fortassis efficiet, vt mitescat. Vix est nullum tam ferox ingenium, vt non obediētia, & obsequio leniatur, vel ferendum deniq; vel ponendū omne qđ ꝑmit. Nempe nihil est tertium ꝑter impatientiam, quæ (vt dixi) molesta non minuit, sꝫ aceruat. Do. Malus nobis est dn̄s. Ra. Oēs vos vnum habetis notuꝫ hostem. Vnus ille multos habet incognitos, ꝑiculosior status. Do. Dominus nobis est pessimus. Ra. Sed non erit diu, si bene philosophis visum est. Violentum nil esse diuturnum. Et sane, si vel vnum patria ciuem bonuꝫ habeat, malum dominum diutius non habebit.

De indocto ꝑceptore. Dialog. XL.

DOL.

E St mihi ꝑceptor indoctus. Ra. Et si doctum facere nō possit indoctus, verum q̄ꝫ sit cōe illud signum, scientis est posse docere. Sub idocto tn̄ ꝑceptore doctus aliquis fieri pōt, vel per seipm̄, vel (qđ est verius) influētia cœlesti, atq; inspiratione. Et vt Ciceronis vtar verbo Aliquo afflatu diuino sine quo nec doctū certe, nec bonū virum fieri posse credendum est. Hoc enim non solū vera religio sentit, sed gentilis quoq; philosophiæ consentiēt authoritas. Do. Indoctum ꝑceptorē nolens audio. Ra. Ad cœlestem ꝑceptorem audi libens, qui fecit aures tibi, non has tm̄, quas videmus, sꝫ

inuisibiles, alias intus in anima. Illū audi,
q docet hoīem sciam, sicut scriptū est, quo
insuper tacēte frustra pceptor quicūq; mor
talis, q̄uis doctissimus laboraret. Do. Prece
ptorem indoctuz egre fero. Ra. Vel ab illo
fugiens alium q̄re, vel ad te ipsum redi. Et
memento Epicurū sæpe a Cicerone licet ir
risum, visum tn̄ Senecæ magnū virū, nō in
doctū modo pceptorē habuisse sed nullū,
vt gloriabūdus idē ipse cōmemorat. Augu
stinū vero, qd̄ de se ipso testatur, cui nō oia
credere nefas est. Et Aristotelicas cathegori-
as, quæ inter difficillima numerantur, et ar
tes liberales, quis singulas in pceptoribus di
dicisse magnū dr̄ nullo hoīuz tradente, vt
idem ait oēs intellexisse. Nouissimūq; Ber-
nardum virū doctrina & sanctitate clarissi-
muz oēs suas literas, quarū inter cūctos sui
temporis abundantissimus fuit in syluis, &
in agris didicisse, non hoīum magisterio, s3
meditando, & orādo, nec vllos vnq̄; alios,
vt de se et ipe ait pceptores habuisse. q̄; quer
cus, & frigos. Hæc si facta sunt, cur nō iterū
fieri possint? Quod nisi sic esset, quid fecis-
sent primi hoīum, quibus nec pceptor vl-
lus erat nec reperti aliqui, mirādo ergo, co-
gitando, assurgendo, & ingenium acuēdo,
ea ipsa, quæ vos cū oībus pceptorib⁹ vestris
vix intelligitis inuertere. Aude & tu aliqd,
teq; magnis inserere ne diffidas. Si morta-
lis defuerit eternus aderit præceptor, a quo

sunt omnes, & omnia ille fecit ingenia, & scientias, & magistros.

De discipulo indocili, ac supbo. Dia. XLI.

DOL.

DIscipulum habeo indocilem. Ra. Perdis operam, littus aras semina proiicis, natura nõ vincitur. Do. Discipulũ indocilem sors dedit. Ra. Terræ aridæ colonus, solus boues, qd te torques? Illi parce, & tibi cu; tot sint labores necessarij, ineuitabiles, superuacuos q̃rere stulticia est. Do. Discipulũ habeo literarũ indocilẽ. Ra. Si docilis est virtutũ illic insta, melioribus illum artibus ornaueris. Quod si neutrum capit, vacuum sine, neve quid in pertusum vas effuderis, quod neq; ibi subsideat, teq; iugi tedio exhauriat, sic habeto etiam. Oẽs qui sunt, quiq; erunt, aut fuerũt virtutibus, aut doctrinis clari non posse vnu; ingeniũ accedere, nisi aliquæ intus in aio scintillæ sint, q̃ pceptoris spiritu excitatæ, & adiutæ generosum disciplinæ fomitem arripiant. Alioqui algidum in cinerem ne quicq̃; flabis. Do. Intractabilem discipulum, ac supbũ habeo. Ra. Superbia hostis ingeniiest, dũq; subesse dedignatur, & discere negligit discipulus insolẽs ęgre manum ferulę subiiciet, doctrinæ aĩum, reprehẽsionibus aurẽ, collum iugo. Do. Habeo prosperitate tumidum discipulũ. Ra. Sicut tumor oculoꝝ visui, ita tumor animi ingenio nocet, vt discẽ

plinis aditus fiat, cōprimēnda est ōmnis ela tio, Scis vt Alexander Macedo, cu3 aliquā do mathematicis aīum applicasset, & geo metrica sibi q̄dam obscuriuscula traderent difficultatibus offensus p̄ceptori imperat, vt id ipsum clarius tradat, & qd ille rn̄deat. Hæc inquit æque oībus difficilia sunt, vt.s. oēm illi spem regij fastus excuteret, sic est enim hercle. Nullæ sūt fortunæ partes in in genij rebus, quisquis doctus, ac sapiens fie ri vult obliuiscat interim se potentem. Do. Discipulum rudem elatūq; habeo. Ra. con tra ventum aduerso flumine nauigas cōtra hi carbasa, terrā pete. Do. Cótumacem ha beo discipulum proteruum q̄. Ra. Nō are nam tm̄ fodis, sed serpentē nutris, Acontiū excolis, Hostem doces. Do. Duræ discipulū ceruicis instruo Ra. Surdo canis, sed sic est, hos clamor, hos silentium delectat. Potētis sima semper in rebus oībus cōsuetudo est. Vide vt piscator tacitus, clamosus venator, ac clamosior aliquanto scholę arbiter, q̄; fiī nę. Do. Duri corde discipulu3 nactus sum. Ra. Sępe facilius vrsi caput mollias, q̄; hoīs quid vis aūt? Est in fabulis, lupum ac vul peculam literas didicisse. Nam elephātis stu diosi nō similis fabula est, sed naturalis hi storia. Et hic tu⁹ forsitan studio naturā leuī et. Apud me aūt vna fere pastoris, ac p̄cepto ris vita est. Mirū nisi vterq; tandē a ꝑuictu mores traxerit. Ille beluas regit, hic pueros.

DOL.

NOuercã habeo. Ra. Ergo & patrem, sic sunt ferme res humanæ vt Tristia lętis & amara dulcibus temperentur, atq; vtinam ex ęquo impermixtum hic dulce non habitat. Do. Iniusta mihi est nouerca. Ra. Non inepte Virgiliano epitheto vteris, quãto aũt illa iniustior tibi, tanto in illam vt sis iustior enitere. Do. Nouerca mihi superbissima est. Ra. Et fœminæ propriũ superbia & nouercę est, si geminæ causę vnum pariunt effectũ, nõ est qđ stupeas, est qđ feras, teq; priuignum simul, & filium bonũ probes. Do. Superbissima est nouerca. Ra. Nulla re, melius q̃; humilitate vincitur superbia. Do. Nouercam ferre nequeo. Ra. At fer patrem si hunc valde diligis, faciIe illam feres. Do. Nouerca impia, atq; importuna est mihi. Ra. Esto illi pius, ac patiens, pietatem patri debes, patientiam fœminę, reuerentiã nouercę. Do. Insolẽs est nouerca. Ra. Noli pati vt potentior sit illius insolẽtia q̃; pietas tua. Nihil durũ, nihil arduũ est pietati, hęc ad deum hoĩes erigit, deũq; ad homines ĩclinat, quoties nouerca sęuierit, nõ tu illam, sed patrem cogita. Do. Iniuriosa est nouerca. Ra. Muliebres iniurię, cõtẽptu melius q̃; vltione plectuntur. Do. Grauem patior nouercas. Ra. Bene ais patres. Succũbere enim & mulierculæ pati nõ posse nõ est vi

ti. Do. Odij me nouerca. Ra. Ipsam ama, Nam & inimicos diligere diuinum est pce-ptum, & amare, vt ameris philosophicū est consilium. Do. Nouerca me odit. Ra. Si pa-trem tuum amat satis est tibi, odisse patris amatricem filio non licet, sin & illū odit, que non oderit? Nam & si alte℞ plusq̄; virū amat, tu ille ne fueris. Do. Nimis odit me nouerca. Ra. Minus malū forsitan nouercę odiū, q̄; nimius amor. Phedrā nosti, et Hyp politū. Certe odiū qd vlcisci nefas leniēdū, aut fugiēdū, aut ferendū est. Nihil est quar-tum, querelę sępe odium exaggerant.

De duricie paterna. Dialog. XLIII.

DOL.

DVrum patior parentem. Ra. Duri-des patris sępe filio salubris, semp dānosa mollicies, non linguæ tan-tum, sed nec virgę parcendum docti consu-lunt his duobus aīorū iuuenilium ꝯstat in primis cura, quę si frustra sint, grauioribus morbis grauiora remedia adhibentur, abdi catio & carcer, qn & more veteri Romano ad extremum supplicia, & mors, qd nō cō-sules modo & duces, quibus imperiū in oēs publici consilij p̄staret authoritas, sed priua tos illos priscos, ac seueros patres, qbus so-la pr̄ia potestas ius in filios daret, sępe acer-rime obseruasse legimus, in qbus maxime Cassij Fuluij nobilitate seueritas. Itu nimis blandum patrem dic durū. Do. Patrem pa-

tior durũ. Ra. Qualem putas. Ille te passus est puerũ? qualem ve deinceps adolescẽtes. Difficile id quidem persuadere his sibi valde placentibus, sed crede mihi, nihil durius q̃ ętatis illius incõditos mores pati. Do. Patior durũ prẽs. Ra. Quid si durus es filius? Dura dures efficacius leniuntur, & sępe medici molliorís deformior ẽ cicatrix. Do. Patrem durũ habeo. Ra. Si pater, verus est diligit, & si diligit nõ quæ mulceant, sed quę psint cogitat. Do. Durissimus pater est mihi. Ra. Quę tibi durissima. Illi forsan vtilia videntur, cui & certius iudicium, & incorruptior est affectus. Adolescentia nõ nisi quæ sub oculis sunt metitur, ętas maturior multa circũspicit. Do. Pater est mihi durissim⁹. Ra. Vide ne tu illi durior, vt dum ille decori tuo obstat, tu illius vitam perditis moribus ingetes. Do. Perdurus pater est mihi. Ra. Qui salutem filij negligit ille demũ durus est pater, & si fronte mitissimus. At qui filium ad rectum iter trahit ope, consilioq́ adiuuans, & sæpe verborũ, sæpe rerũ stimulis impellẽs, sæpe vel tardũ increpitans vel inuitum cogens, q̃uis seuerior sit aspectu, durus ẽ minime. Fructuosior filio seueritas pr̃is solet esse q̃ comitas. Do. Durus est pr̃. Ra. Supercilium paternũ, zelus, dolor metus, ætas excusant. Do. Durũ patrez ægre fero. Ra. Quid sit qđ multis sic affectis iure accidit terre duriciẽ cogaris alterius? Quid

si ipse contumacis filij pater esse incipias, tunc intelliges q; suaue patris iugus, & q; iustum sit imperium. Nunc non nisi vnus intelligis qd delectat in q; hoc vno iudicium tuum habet, non delectatione animi, sed titillatione sensuum circunuentum. Do. Durus mihi pater est. Ra. Vt sit durus, illum tibi nō te sibi iudicem dat natura, quā sequuta lex ciuilis castigatores parētum filios erubescit. Pudeat te audere, qd vlli filio licere legem puduit, sine de te iudicet, qui te genuit aluitq;. Tu de illo iudicium linque alijs, patrem q;, si verę laudis, non est capax decoro saltem silencio venerare. Do. Duris pater est moribus. Ra. Non arguendi mores patrū, sed ferendi sunt. Nihil turpius in Alexādro sonat q; ꝙ non dicam patrem cōuitijs attētasse, sed paternis laudib⁹ inuidesse visus ē, de patre vel gloriose loquendum, vel tacendum. Do. Habeo durum patre;. Ra. Habes vbi amorem, vbi pudorem, vbi patientiā, vbi obedientiam tuam probes. Nullum in terris imperiū iustius q; patris, nulla honestior seruitus q; filij. Nil tam suū cuiq; est q; filius patri, nil cuiq; indignius eripitur. sed vos ꝑcipiti, atq; intēpestiuo desiderio sub esse nati. ꝑesse concupiscitis, sic & patribus vos aufertis, & patrum ante vobis imperiū vsurpatis. Duplex indignitas, Ita fit vt insolentia iuuenilis, vndiq; rerū turbet officia. Hinc forte prohibiti de patruȝ asperitate q;

timini, vestro digni iudicio, quibus omnia liceant, ob id vnum ꝙ nati estis, & placere vobis ad speculum didicistis, tum demum cum pesse cœperitis sensuri, q̄ id vobis turpiter ante tempus optatum esset. Do. Rigidus pater est mihi. Ra. Quid si pius est rigor. pater filio rigidam pietatem patri filius obsequium reuerens obediētiamq; humilē debet, de Manlio Torquato in historijs & apud Marcū Tulliū legisti, vt perindulgens in patrem, idem acerbe seuerus in filiū fuit vulgi forte iudicio rep̄hensus in altero, ab incorruptis ęstimatoribus in vtroq; laudatissimus, tāta diuersitas rerꝫ est. Do. Pater clarus est mihi. Ra. Sero bona vestra cognoscitis. O mortales. At cum nosce cœpistis nimis agnoscitis, hinc & p̄sentia fastiditis, & amissa lugetis. Alterꝫ superbe nimis, alterū nimis humiliter, & vbi agēd ę grates, et vbi habenda patientia, vtrobiq; quærimoniæ, nusq̄; ęquanimitas, sic in deum atq; homines grati estis. Do. Durus est pater mihi. Ra. Veniet tempus quando hunc ipsus patrem suspires, nec rn̄surum voces. Et qui tibi nunc videtur saxis durior, plumis mollior videatur. Do. Durum patrē habeo. Ra. Patrem dum habueris non agnosces.

De filio contumace. Dialog. XLIIII.

DOL.

H Abeo filium contumacem. Ra. Aequum est, vt qui patrem ferre non

poteras filium feras, vtiq; sarcinam grauio rē, magis aīum p̄mit. pūgitq; acrius superbi filij verbū vnū irreuerenter ꝓlatum, q̄; seue ri pr̄is q̄cunq; duricies. Ille.n.Iniuriam fa/ cit, hic iure suo vtitur. Do. Filium habeo re bellantē. Ra. Impudēer de minorū rebellio ne cōqueritur, q maiorū iusta cōtēpserit im peria. Do. Filius cōtumax est mihi. Ra. Tan dē fortassis intelligis, qd tuus ille taȝ durus pater visus est tibi. Do. Filium patior inso/ lētem. Ra. Si ętatis est vitium cum ętate trā sibit. Multorū ferox adolescētia progressu temporis ad virtutē mirificis ꝓuectibus fle xa est. Do. Rebellem filium habeo. Ra. Nō solus. Et Dauid & Mithridates pōti rex et Se uerus imperator Romanus rebellantes fi/ lios habuere, & multis post sęculis Britāni/ ci pacē regni (vt fama loqtur (turbauit re gij adolescentis in patrem cōcitata rebellio. sed quisq; sua deflet incōmoda, nullus alie na vel publica. Do. impius ac rebellis est fili us. Ra. Magna tibi portio paternę molestię dempta est, mortem filij timere. Do. Habeo ignauū, & inertē filium. Ra. Nescis vt Afri/ canus ille vir magnus dissimillimū filium sibi longeq; degenerē amauit vnice. Et ꝓfe/ cto maior non dicā amor, sed miseratio de betur ei, quē minus adiuuat natura. Nullus rei eget, qui virtutū diues est, quarū indigē tia vere miseros, ac ꝑinde misericordię egē tissimos facit, tu i filio & si nō virtutē, ama

q filius, sine id quidẽ, at q hõ est. Postremũ si nihil est qđ ames, miserere. Propriũ pris vt seueritas, sic misericordia est. Do. Perditæ filius est vitę. Ra. Pondus infaustum, eoq; grauius, qđ dũ ferri põt, nequit abijci, pferet qua datur corrige. sic.n. aut filiũ curaueris, aut certe patrẽ egeris, hoc tibi debitũ, illud optabile. Do. Impi⁹, inhũanus, intractabilis est filius. Ra. Siqdẽ mollicies, ac voluptas in pfidiã ac scelus erupint venenosum aĩa: exigendum est domo, neq; vbi, sed qã natum ęstimãdũ, & in siluis ortas auiculas pascius, & domi natos scorpiões occiditis. Do. Impius filius est mihi. Ra. Periculosa se ponere antequam noceant sapientis est. Noli te pietatis vmbra decipiat. Nulla impio debetur pietas. Est vbi sit crudelitatis species pium esse, sed dum aliqd vel minimũ spei est, semp ad misericordiam inclina, memẽto q; te prẽm esse non iudicẽ, neq; hic tibi Terentianum illud excidat, pro peccato magno paululum supplicij satis est patri.

De discordi fratre. Dialogus. XLV.

DOL.

Habeo discordem fratrẽ. Ra. Quid aũt ille, ne igitur te cõcordem habet, vnanimitas fraterna q̃ vnũ ex duobus facere debuit in duo nõ iam diuersa, sed contraria penitusq; pugnantia scissa est. Graue sed antiquum malum, qđ & mũdus, & mundi caput ab initio habuere, si

quidem vetus vrbis Romę, sed vetustior oř bis infamia est fraterno sãguine maduisse tu qđ in singulis paribus fratrum vides, & altero qn etiã adhuc solo in vno tot millib quid stupeas nõ habes. Do. Est mihi discors domi frater. Ra. An & hoc miraris esse magna in domo, qđ in ipsis materni vteri fuit angustijs, vbi olis, & si maioris mysterij vel lamẽtu; esset certe nõ discordes tm̃ fratres legimus sed bellãtes. Est ne igitur nouum, si armati faciunt, qđ nõ nati solẽt. Do. Nulla mihi apud fratrem gratia est. Ra. Multo pri⁹ hoc in schol s edoctus, q̃; domi expertus esse debueras, prouisa vero nec q̃rimur, nec miramur. Do. Odiosum fratrem habeo, & discordẽ. Ra. Vt ferme nullus amor ęquior fraterno, sic nullum vbi incœperit iniquius odium, nulla acrior inuidia. Sic paritas incitat aĩos, atq; incendit cum cedẽdi pudor, & amor excellẽtię ardẽtior, quo incunabulo℞ recordatio, & q̃cunq; beneuolẽtiã paritura viderentur, vbi semel a recto calle deflexus est odium, & ꝯtemptũ pariunt, hic natura rebellantis ardor animi optime qdem pro obsequio, atq; humanitate placabitur. Vix est.n. Tam immite vllum, tãq̃; aspe℞ igeniũm, qđ non tandẽ molliat vera ac iugis humilitas verbo℞, & rerũ oius leuis, & nõ ficta retractatio. Sin id sce℞, atq; inualidũ deprehendas seu forte huc tu cogere tuũ ipse aĩum nõ potes quo honeste quidẽ atq; vtili

ter cogetur. Tūc anteq; in perniciem res erū-
pat vltimo remedio vtendum erit, Extirpā-
da mali radix, & discordiarū mater ꝓpellē-
da cōio in quo i.a te facilem ꝑbebis, vt quā-
tum iuri tuo demptum, tm̄ virtuti fameq;
additum inuentas. Impię ac supbę cupiditā-
tis aculei nulla re melius, q̄; pia & mite libe-
ralitate frangant. Bonū aurū, quo pax do-
mus, & charitas fraterna redimitur. Vetus
valde, nec verū minus est verbū, Magnam
discordiarū, bellorūq; materiā duo hæc eē
ꝑ noīa meum, & tuum, q̄ si de vita hoīum
tollerētur, haud dubie tranqllius viuerētur.

De amisso patre. Dialog. XLVI.

DOL.

Patrem amisi. Ra. Iustum est, vt quem pātrem q̄rebaris ab̄ n̄sem q̄ras, nec inuenias. Nihil ęquius q̄; fastidia imperia frustra optari. Do. Pium patrem amisi. Ra. Pium ille filium dimiserit. Gratulare aūt seni tuo, illud tandem illi accidit, qd̄ semp optauerat re incolumi rebus humanis abijt. Do. Pīum pr̄em ꝑdidi. Ra. Pius filius, nullam magis qd̄ cām fortuitos casus timet, q̄ sine qua sibi incidens calamitas, pr̄is aīum mœrorē cōficiat, tuo iā tm̄ periculo securior virtus, nō erit. quę rumores de te impugnent, quē tua frangat aduersitas, quem tua debilitet ægritudo, quē tua mors perimat. Do. Pr̄em amantissimum amisi. Ra. Incipias de alijs curare, qui de

te cură amplius nō erit. Pietatem ab altero tibi exhibitam repende alteri, raro illi repẽditur cui debetur. Do. Piũ prẽm miser perdidi. Ra. Si pietatis ratio tibi ꝯstat solare fortunam tuã recordatione ꝑteriȷ̃t tpis. Coluisti parentem, & dum licuit pia sẽp in illũ officia congessisti. Pater obijt. Pietas viuit, alioqui est fateor, vnde ꝑpetuo mœstus sis? Do. Pater me moriens destituit. Ra. Fer naturæ ordinem prior exijt, qui prior intrauerat, nec te ille destituit, sed ꝓcessit. Do. Amisi patrem. Ra. Nescis quid sit patrem perdere, nisi filium habuisti.

De amissa matre. Dialog. XLVII.

DOL.

MAtrem perdidi. Ra. Altera tibi superest mater, quam nõ perdes, & si velis, ex illa veniens in hanc pergis. Illa tibi paucoꝝ mẽsium domũ dedit, hęc multorũ dabit annorũ: Illa tibi dedit corpꝰ hęc aufert. Do. Mater obijt mitissima. Ra. Mater subsistit durissima, quæ te, & mẽes quã requiris, in vno gremio seruabit, cuius in vtero tecum erit, te & illũ, vt credimus die vltio parituræ. Do. Pia me deseruit mater. Ra. Deseri metuens festinauit, gratamꝗ; illi suam mortem fuisse credibile est, tuam nõ visura amplius, atq; vnde maxime metuebat securitate paria. Do. Defuncta est mater optima. Ra. Feliciter hęc excessit, te superstite quo ꝓmisso, & fœminei sunt affectus

flebiliter abijsset. Do. obijt mater. Ra. obeũ dum erat, idq; ambobus, nec de morte que ei potes nec ordine.

De amisso filio. Dialog. XLVIII.

DOL.

Carcere clausus sum. Ra. Quis non carcerē clauditur: aut quis inde digreditur nisi dum moritur? Vetus hec tua omniūq; sors est: vnde proprie: vnde noue igitur querele. Ita enim scito: ex quo die natus es & anteq̄; nascceris: in carcerē atq; in vincula missum te illius imperio cui omnis celi ambitus exigua domus est: Et si quid summo creditur poete: tenebrosus veriq; carcerē & cecū. Illius carceris exitū si felicē cupis huius angustias nō horrebis: sicut nec supplicia: nec mortem nec humani aliquid: ad quorū patientiā & contemplus nisi preparatus armatusq; erit animus in quacūq; fortuna calle gradiē ancipiti. Do. Turpi carcere claudor atq; angusto. Ra. Nullus carcer turpior & angustior nullus: q̄; iste corporeus quousq; adeo delectaris: atq; vnde tātopere solui times. Do. Carcere detineor importuno. Ra. Multos periculo instāti atq; hostiū manibus carcer eripuit. Multis limē carceris pro clypeo fuit: & quod intrasse profuerat: exisse nocuit: vt exitu admoniti quod horruerāt: vtile: quod optauerāt miserū faterētur. Do. Carceri mācipatus sum. Ra. Quid scis an fortasse nō carcer: sed vt diciē custodia sit? quotiēs vinculis explicitos hostilis mucro: siue hoste seuior paupertas inuasit quotiēs euasisse penituit: & carcerē que diuturnū queri ceperāt: nō fuisse ppetuū q̄sti sunt? Vidimus in carcere quosdā laute viuētes mox inde digressos tenuē

ac difficilē vitā mesto fine clausisse. Do. Mi/
seram in carcere vitam dego. Rs. Quidam
libros in carcere texuerunt: tu querelas texis
inutiles. Quidā litteras in carcere didicere: tu
patientiam didicis. Do. Carcerali custodia
vinctus teneor. Ra. Pleriq; cauernis ac spe/
luncis: alij se murorū angustijs inclusere car/
cerē spontaneū vel dei amore vel mūdi odio
vulgiq; fastidio eligentes. Tu si hoc animo
non es, tuiq; carceris finem cupis expecta.
Aut te hinc homo eruet, aut mors, quæ cla/
uem carceris alteram habet, vnus quidē in
troitus, exitus multi sunt. Alium misericor/
dia, alium ius eruit, alius innocentia sua, ali/
us custodum negligentia euasit, alius prædio
alius ingenio, & vel sub terraneis cuniculis,
vel per tenebras amicæ noctis elapsus est,
quibusdam patrum memoria terræ motus
& ruina, carceris viam fecit. Ad postremum
quos nihil emiserit mors absoluit. Nec mi/
nus varii euadentium euentus Marium cō
sulatui carcer dedit, Iulium Cæsarem Pyrata
rum custodia summum misit ad imperium,
hac ætate quidā de limine carceris ad domi
nium transiuere, & catenā sibi excussam in
iecere alijs, Deniq; Regulū, & Socratē mul
tos alios nō tā carcer extinxit, vt visus est quā
carceri clarus finis eripuit. Et ad summāquo
sdam carcer ad insignē gloriā, ad eximiā for
tunā, ad regnū alios, multos ad cęlū misit ad
sepulchrū oēs, nullū cępit, quē nō redderet.

DOL.

I Niuste torqueor. Ra. Quid nunc dices, si iuste? Nullum nempe tormentum conscientia maius est, illa incolumi hæc externa despicito, intra te est consolator tuus. Do. Torqueor prorsus ingne. Ra. Tortoris miserere tui, ille te grauius torquetur q̃uis enim mundus obstrepat minus mali est pati iniuriã, q̃ inferre. Do. Torqueor. Ra. Nouũ mali veteris lamentũ nunquid. n. non antea torquebaris, inter tormenta natus, inter tormenta vixisti, inter tormenta moriturus, quid nunc noui accidit, mutãtur tormentorũ spẽs, tormenta nõ desinunt, excute totũ tp̃s ętatis, quẽ sine tormẽtis diẽ egeris recordare. Aliqua falsis forsan gaudijs adũbrata repies, veris aũt plena tormentis, quibus si acriter ęstimes, nullam vitæ partẽ vacare fateberis, vnde non imerito qbusdã omnis vita suppliciũ visa est. sed vos nihilominus, q̃ hæ philosophicę voces tangunt, hærent qdẽ aurius vestibulo, mentis claustra nõ subeunt. hic ad omnẽ corporis offensiũculã ingemiscitis, ai iuge morti ferumq; supplicium nõ sentitis, illic impatientes, hic ebetes. Do. In equuleum leuor. Ra. Quid refert in equuleũ, an in lectulum torquendus ascenderis, te carnificis nodus p̃met. At hunc febris, hũc podagra, hũc vxor hunc filius, hunc amica, hunc diuitiæ, hunc

paupertas, hunc Infinita cupiditas, spesq; anhelat, hoc tortore quolibet peior metus. Perquire mortalium status, vix vllum inuenies non in equuleo pendentē. Sed cū mille sint equulei, nisi ligneum non timetis. Do. Torqueor. Ra. Aut innocentia in tormentis aut iustitia te ipsū cōsolare. Nā si iniuste torqueris gaudendum est, experimentum tibi atq; aliis, & fulgor quidā tuæ virtutis accesserit, attractati, ac sublati fragrātior, ac notior fama erit, vt bene oleant teruntur aromata, & pulcherrima rerū, ne lateant attolluntur. Sin id iuste pateris acquiesce remedio, & concretæ sordes flāmis aut asperitatibus eluuntur, & magni mali medicina tristior fit oportet, quā morborū tędet amara non respuat, quē scelerū pœnitet, supplicia non recuset. Do. In equuleū tollor. Ra. Si immeritus vnde ex alio sæuitiam alienā despicias. At si meritus vnde a terra diuulsus ipse tuū clarius aspicias crimen, quodq; cōmissum doles, non doleas plecti. Do. Torqueor. Ra. Aut tentatur virtus, aut punitur vitium, alterum sępe vtile, alterum semper expediens. Bona exercitatio iusti, est pessima nocentis impunitas. Do. Torqueor. Ra. Disce iter ad patientiam & ad mortem.

De iniustu iudicio. Dialo. LXVI.

DOL.

INiusto iudicio damnatus sum. Ra. Vnius iudicis aut paucorū voce te sti

um damnatus, populi vocibus, aut tacito iu dicio, quodq; est melius conscientia ipsa tua quodq; est optimum diuina sententia absol uendus. Siquidē ad tribunal æternum iudi/ cis iusti prouocatio salua est. Solet is perpe/ rā iudicata rescindere. Do. Iniuste iudicor. Ra. Vt iustitia iniustos, sic iniustitia iustos premit. Vbi igitur iniusta dānatio ibi iustus est reus. Nemo autē tā demens, nisi insani at vt hęc peruerit seq; iniusto iudicio premi velit. Nemo tam pauidus, nisi sit pessimus, vt non potius dānari eligat iniusto iudicio, q̄; absolui. Tanto.n. id satius, quanto est me lior oppressa iustitia, q̄; imperiosa nequitia quātoq; est optabilior mens bona, q̄; propi cia fortuna, q̄uis illa laboribus, hęc delicii affluat. Plus dicā tanto est melius iuste etiā dānari, q̄; iniuste absolui. Quanto est peius impunitum q̄; punitū crimen, in hoc.n. sce lieri iuncta iustitia est. Malo quidē magnos bonū ingens. In illo aūt scelus, & impuni, tas, q̄ nescio, an scelere ipso peior sit. Vna ce/ te, & iustitię hostis, & multorū radix est scee lerū. Do. Iudicio grauor iniq̄ssimo. Ra. Mēs in solido fundata, & bene sibi cōscia hume ros h; inexpugnabiles, superimpōe q̄;tus libet dāni, infamię, supplicii, nullo fasce cur uabitur, & viribus suis, & multo maxime cœlesti ope consistet. Erunt prętereà, quorus sese paribus soletur euentibus, haud spernē di cōites. Romę Furius Camillus, ac Liuius

Salinator. Athenis Aristides, atq; Miltiades multiq; alii, inter quos qdé (quod mireris) Cicero & Socrates, an te horũ alicui, an Publio Clodio similem fieri malis? atq; horũ quisq; ciuis optimus, & in sua vrbe clarissimus, sed iudicio damnatus, & vel in exiliũ, vel in carcerem, vel in morté actus. Ille vero sceleftissimus, & inter multa flagitia notissimi quoq; conuictus adulterii, violentarumq; religionum concordibus oium iudicum scotentijs absolutus est, quisq; ne adeo false metuens infamiæ est, qui non illius absolutioni Ciceronis hostis sui dãnationem, atq; exiliũ antepóat? Sed humana hęc atq; cõia, sin altius aspicis videbis pressus falso iudicio cœli regē, familiãq; eius electissimã tãtis vestigijs hærentē ducis, & qui hunc postea sequuti sunt, tãta innocẽtia, tãtisq; virtutibus in hos ipsos iudiciarii turbinis incursus, ac scopulos incidisse. Do. Falso iudicio offendor. Ra. Est qui te iudicet, is qui facit iudicium iniuriã patiẽtibus, quiq; ait, Mea est vltio & ego retribuã eis in tpe. Est & vbi non cogitas, ipso iudicis, aut testis in pectore, magni ibi habitant vltores. Nullius beluę morsus est acrior q̃ cóscientiæ. Do. Iniusto iudicio lęsus sum. Ra. Illatis iniurijs bñ vti, ars nó vltima est, quã instructo sæpe ꝓfuit iniquitas aliena, cuꝫ sua cuiq; semper nocet, ac prosit nonnunq̃. Do. Innocés damnatus sum. Ra. Quid igitur nocés malles? Sit, qua

Xantippę coniugi Socrates moriens rñdet muliebriter lamẽtanti, quod is innocẽs moreretur, Atqui, & si aliqui cõtrarium opinati sint, longe tñ est innocentẽ cõdemnari tolerabilius q̃ꝫ nocentẽ. Hic.n. solum supplicium graue est, illic, & cũ supplicio. Do. Iniusto populi iudicio damnatus sum. Ra. Expectas vt populus in te rectũ videat, quod nec in se, nec in alio vnq̃ꝫ vidit. Magnũ tuę innocentiæ argumentũ fuerit a nocentibus condemnari. Do. Populus immeritum me condemnat. Ra. Idem hercle nõ immeritũ, sed multa & magna promeritum Camillũ de quo nũc loquebar. & Liuium ipsum, deniqꝫ Scipionem Africanum, aliosq́ꝫ Cornelios tales viros iniustis iudicijs agitatos, ad voluntarium coegit exilium. Do. A rege innocens cõdemnor. Ra. Et regũ plerũqꝫ sententię nõ iustitię, sed vindictę, sunt, quisquis liberius verbuꝫ cõtra licentias regias emiserit, cuicũqꝫ in interitu libertatis frons obdurctior fuerit, is lesæ reus erit maiestatis. Do. Sed cõdemnor a iudicibus. Ra. Iniquo iudice nulluꝫ venenosius est animal, a serpẽte lesos se dolẽt qdẽ hoĩes, nõ querũtur. Fecit.n. serpens qđ suum erat, q̃uis non qđ placitũ patienti. Certe iudices erant, qui eos ẽt de q̃bus dixi Socratem cõdemnarunt, Clodiuꝫ absoluerunt, quorum vtrum esset iniquius dubitari potest. Proinde in populis, aut sub regibus, atqꝫ iudicibus degenti, propositus

Salinator. Athenis Aristides, atqȝ Milciades multiq; alii, inter quos q̃dẽ (quod mireris) Cicero & Socrates, an te horũ alicui, an Pu-blio Clodio similem fieri malis? atqȝ horũ quisqȝ ciuis optimus, & in sua vrbe clarissi-mus, sed iudicio damnatus, & vel in exiliũ, vel in carcerem, vel in mortẽ actus. Ille ve-ros sceleſtiſſimus, & inter multa flagitia no-tiſſimi quoqȝ conuictus adulterii, violenta-rum q; religionum concordibus oĩum iudi-cum sententijs absolutus est, quisq; ne adeo falſe metuens infamiæ est, qui non illius ab-solutioni Ciceronis hostis sui dãnationem, atqȝ exiliũ antepõat? Sed humana hęc atqȝ tõia, sin altius aspicis videbis preſſuȝ falso iudicio cœli regẽ, familiãq; eius electiſſimã tãti s vestigijs hærentẽ ducis, & qui hunc po-stea sequuti sunt, tãta innocẽtia, tãtisq; virtu-tibus in hos ipsos iudiciarii turbinis incur-sus, ac scopulos incidiſſe. Do. Falso iudicio offendor. Ra. Est qui te iudicet, is qui facit iudicium iniuriã patiẽtibus, quiq; ait, Mea est vltio & ego retribuã eis in tp̃e. Est & vbi non cogitas, ipso iudicis, aut testis in pecto-re, magni ibi habitant vltores. Nullius beluę morsus est acrior q̃ cõscientiæ. Do. Iniusto iudicio lęsus sum. Ra. Illatis iniurijs bñ vti, ars nõ vltima est, quã instructo sæpe pfuit iniquitas aliena, cuȝ sua cuiq; semper noce-at, prosit nonnunq̃. Do. Innocẽs damnatus sum. Ra. Quid igitur nocẽs malles? sic...

Xantippe coniugi Socrates moriens ridet muliebriter lamétanti, quod is innocés moreretur, Atqui, & si aliqui cótrarium opinati sint, longe tñ est innocenté cõdemnari tolerabilius q̃ nocenté. Hic.n. solum supplicium graue est, illic, & cũ supplicio. Do. Iniusto populi iudicio damnatus sum. Ra. Expectas vt populus in te rectũ videat. quod nec in se, nec in alio vnq̃ vidit. Magnũ tuę innocentiæ argumentũ fuerit a nocentibus condemnari. Do. Populus immeritum me condemnat. Ra. Idem hercle nõ immeritũ, sed multa & magna promeritum Camillũ de quo nũc loquebar. & Liuium ipsum, deniq; Scipionem Africanum, aliosq; Cornelios tales viros iniustis iudicijs agitatos, ad voluntarium coegit exilium. Do. A rege innocens cõdemnor. Ra. Et regũ plerũq; sententię nõ iustitię, sed vindictę, sunt, quisquis liberius verbus cõtra licentias regias emiserit, cuicũq; in interitu libertatis frons obdurctior fuerit, is lesæ reus erit maiestatis. Do. Sed cõdemnor a iudicibus. Ra. Iniquo iudice nullus venenosius est animal, a serpẽte lesos se dolẽt qdẽ hoies, nõ querũtur. Fecit.n. serpens qđ suum erat, q̃uis non qđ placitũ patienti. Certe iudices erant, qui eos ẽt de q̄bus dixi Socratem cõdemnarunt, Clodius absoluerunt, quorum vtrum esset iniquius dubitari potest. Proinde in populis, aut sub regibus, atq; iudicibus degenti, propositus

animo esse debet aspera quęlibet & iniusta patienda, si veniant, non deflenda cum venerint.

De exilio. Dialo. LXVII.

DOL.

Exilio pellor iniusto. Ra. Quid tu igitur iusto pelli malles exilio? Nempe quod ad iniurię cumulum ais in diuersum trahitur. habes. n. iniusti exilii solacium comitem iustitiā, quę iniustos ciues destituens, te sequuta, tecum exulat. Do. Iniusto exilio pulsus sum. Ra. An te rex expulit, an tyrānus, an populus, an hostis, an tu ipse. Nam si rex, aut iniustum exilium non erit, aut ipse non iustus. Atq; ita nec rex quidem. Si tyrannus ab illo te pulsum gaude, sub quo boni exulant fures imperant. Si populus moribus ille suis vtitur, bonos odit, & his quoq; multiceps tyrannus nunq̄ sui similem pepulisset. Non te igitur patria, sed malorū coetibus arceri, neq; in exilium, sed in partem bonorū ciuium cogi putes. At si hostis agnosce iniuriæ leuitatem, non hostiliter sæuit, qui oīa cum posset patriā abstulit, spem reliquit. Sin tu ipse, mores populi perosus, aut tyrāni abitum elegisti non modo ne doleas, sed ēt gloriare virtutē patriæ prætulisse, nō tu flebilē, sed honestā, & prorsus inuidiosam, bonis atq; optabilem, non tam exilii, sed absentiæ cām habes. Spōte Pythagoras Samō liquit. Athenas Solon. Romā

Scipio. Do. Exilio dānatus sum. Ra. Multos exilium honestauit, multos acrior aliqua fortunę vis, atq; iniuria, notos reddidit & illustres, quid te vetat illis inseri, qui quasi ignē, de silice clarā famam collisionibus quæsiere. Do. In exilium agor. Ra. Habes in historiis magnos rei huius socios, quorū speciosissimus comitatus, nō sensum mō doloris imminuat sed obliuionem afferat. Nō minor in exilio Camillus fuit, q̄; fuisset domi quātus ciuis, quantus exul, qui victorias ac triumphos nō iustitia minus, q̄; prosperitate cōspicuos in capitolium duxit, mox hinc pulsos, pro accepta iniuria, ingratę salutē patriæ rependit. Nō facile aliud tam clari exulis exemplum fateor. Sed Rutilius & Metellus, tā nihil exilio fracti sunt, vt Rutilius reuocatus ab illo, cuius nutui non parere capitale erat, exilium amplexus, reditū contempserit, seu ne vlla in parte senatui iniustisq; licet legibus patrię obstaret, seu ne forte exul iterū fieri posset. At metellus eodē, quo in exilio pfectus erat, vultu atq; animo remaneret. His Marcellus accedat. Hic vltimus, q in belli ciuilis tp̄s incidit pulsus nempe non solitam modo constantiā, honestarumq; artium studium non omisit, sed strinxit arctius, & publicis liber curis vni excolendo animo tā ardenter incubuit, vt ad scholas missus honestissimas, nō ad exilium videretur, quod quidē in Cicerone conspectius operū

splēdor, & literarū copia maior facit, nō exi
lii modo sed carceris dulce solaciū. Do. Exi
lium patior. Ra. Exiliū breue cito te patriæ
tuæ reddet, Longum vero aliam tibi patriā
dabit, vnde exulent, qui te exulem voluere,
dedissetq; nunc si ad naturam rerū, non ad
opiniones hominu3 aspiceres. Valde.n. an
gustus est animus, qui sic ad vnū terræ an
gulum se applicat, vt quicquid extra sit exi
lium putet. Multum abest exilii deplorator
ab illa animi magnitudine cui totus orbis
carcer exiguus vr. Interrogatus Socrates cu
ias esset, mūdanus inquit sum. Vere Socra
ticum rñsum. Atheniēsem se alius rñdisset.
Socrati aūt patria oīum mundus erat, non
hic solum, quē vulgo mundum dicitis, cum
pars vltima mundi sit, sed cœlūipsu3, quod
hac rectius appellatione cōphēditur, illi pa
triæ destinati estis, ad quā si suspirat animus
qualibet in parte terrarū peregrinum, atq;
exulem se nouerit. Nā quis patriā vocet vbi
non habitet, nisi ad breue tps? Illa verecu
iusq; patria dicēda est, vbi quisq; perpetuo
securus, ac trāquillus deget. Quære hanc in
terris, puto irrita erit inquisitio. Vt naturæ
aūt lex est data mortalibus, ac pscripti fines,
dū hic viuitur terra omnis patria vestra est,
intra quā, qui se exulem facit, non tam rei,
q; aī vitio labor t. Nō habemus hic manētē
ciuitatē dixit Paulus. Oē solum forti patria
est, Inquit Naso. Omne hoī natale solu3 ait

Statius. His te vocibus armatum velim, quibus vbiq; vnus, & vel nunq̃, vel semper in patria tua sis. Do. Ire in exilium iubeor. Ra. I sponte peregrinatio erit, non exilium, & in emeto, quibusdam reditum pro exilio fore. Sunt quibus nunq̃ peius q̃ in patria sua sit. Do. In exilium cogor. Ra. Cupiendo qđ cogeris, efficies ne cogaris. Oẽ violentũ patientia vincitur, & desinit esse violẽtũ, qđ volẽti fit. Do. Ire in exilium est necesse. Ra. Tu fac volens, qđ vel nolens faceres, fac lætus oĩa, ne quid mœstus patiaris. Ita oẽm vim necessitatis, oẽs clauos quos adamãtinos illi tribuunt, cathenasq;, oẽ tediũ, molestiamq; discusseris, sed vos impossibilia cupitis, necessaria fugĩtis, vtrũq; nequicq̃. Do. In exilium eo. Ra. Immo forsan in requiem sub obtentu falsę miserię vera felicitas, iã saltem ab inuidia cuius eris propera, mixtãq; cum gloria securitatẽ arripe. Tutis, & honestis latebris nihil est dulcius. Nullę his cõferri pñt vrbium plateę. Do. pellor e patria. Ra. Pulsum te pessimis, optimis insere, neq; te pñia, sed patriam te indignã rebus proba. sentiat illa quid perdidit, tu nihil perdidisse te sentias, mali ciues tui, tędio simulq; pñtis odio ac suspicione careãt, boni aũt amore absentis, ac desiderio teneantur sequãturq; oculis, atq; ais abeuntẽ, illi se solos linqui doleant tu te comitatũ gaudeas proficisci neq; in tergum respicias, neq; reditũ cogites, neq; cus

illis esse cupias, q te cupiunt abesse, neq; demum, quod a te fieri debuit, ab alio factum egreferas. Debuisti cedere ciuiũ inuidię, vtq; illã fugere sultro in exiliũ ire. Huius ego consilii dux erã, nec exempli duces deerant clarissimi. Nam in primis tres magnos Scipiadas id fecisse noueras tãq; perseueranter, vt patriã sua pręsencia, qua nil clarius habebat spoliatã indignã quoq; cineribus defunctorum, quidã insup famoso dignã epygrãmate iudicarent. Nomina sunt immortali memoria, que tibi p famã, perq; oĩs historię fidem ignota esse nõ poterãt. Africanus Nasica Lẽtulus. Do. Mittor in exiliũ. Ra. Immo in experimentũ tui, videris quẽ te in exilio prębeas, si succũbis exul verus, si cõsistis exilio clarus, vt multi olim, q inuicti & fulgidi p asperitates incesserũt, vt sequẽtibus rectũ iter ostẽderent. Sine tyrannos sęuire, sine populũ furere, sine hostes, ac fortunã fremere. Pelli potes, capi, cedi perimi, vinci aũt nisi manũ extuleris nõ potes, neq; ornamentis tuis spoliari, cũ qbus quocũq; ieris, & ciuis & patrię principũ vnus eris. Do. Exulatũ pergo. Ra. Perge alacer. I securus, nescis q̃; longa sint brachia tui regis. Nihil illi longe est. Vbiq; te proteget, q protexit in patria.

De patria obsessa. Dialo. LXVIII.

DOL.

OBsessa est patria. Ra. Obsessa fuit Troia, obsessa Tyrus, obsessa Carthago,

thago, obsessa Hierosolima; obsessa Numātia, & Corinthus, euersæq; omnes, quem iam pudeat obsideri? Ipsa vrbiū caput. Roma, obsidione tentata est, sed cum iam Roma esse desijsset. Quid Capuā? Quid Tarētū? Quid Syracusas? Quid Athenas? Quid velos minores vt alias loquar? Sunt & sua vrbib⁹ fata, & paucę fatū obsidionis euasere Sed longitudo tempoꝝ notitię reruȝ obstat, vt ipsis ē ciuibus suarū fata vrbiū sint ĩgnota, tu p̄ñtem sentis obsidionem, nec futuras p̄uides, nec p̄teritas meministi. Sic est vsus quod te p̄mit defles. Valde sensibus de diti estis beluaꝝ more. Do. In patria suȝ obsessus. Ra. Dicebam te incōmodum tuū flere iam obtabile videri posse exilium, eo q̄ minus officiat libertati, neutrū tñ officit, si libertas animi vera est. Ille & inclusus egredi, & exclusus regredi, & vbi voluerit eē potest. Do. Obsessus in p̄ria mea sum. Ra. Obsessus, & Priamus nō ciuis sed rex in patria sua fuit, cū tota illa famosa magis q̄; fortunata familia, Obsessus Argis Antigon⁹ Macedum Rex, & Eumenes Pergami, obsessus hac ætate intra vrbem Genuæ Rex Siciliæ Robertus, nullo veterum regum minor. Si quę veros reges facit, vera virtus attenditur, tu homuncio sortem regiam lamentaris? Obsessus Ambrosius, Obsessus Augustin⁹ ambo simul intra Mediolani ambitum. Obsessus ad vltimum Augustinus idem in

tra episcopij sui muros, quo tépore miser, tus lachrymas suas, deus a terrena illũ obsi dione ad cœleste regnum trãstulit. Do. Ob sideor. Ra. Et quis oro, nõ obsidetur? Hos peccata obsident, illos morbi. Hos inimici tię, illos curæ. Hos negocia, illos ocia, illos diuitiæ. Hos pauptas illos infamia. Hos la boriosa celebritas. Oés corpus qđ tantope. colitis & amatis ille vos carcer arctissimus circũcingit atq; obsidet obsidione ppetua. Ipse orbis terrę vbi fremitis, & bellis assidu is isanitis, vbi impiorũ terminos, ac regno, rũ tãto studio placatis, qua a vobis incolit, quid est aliud, q̃; qđ ait Cicero quasi q̃dam parua ĩsula circũfuso illo mari, qđ magnũ. quod oceanum, qđ Atlhanticum appellat in terris? quod tñ tãto nomine q̃; sit paruũ vides. Vndiq; obsessi estis omnes, tu te ob/ sessum, vt rem nouã narras? Vide potius si quid in te opis, aut consilij est, quod possis ad tutelam patriæ cõferre. Hoc fac potius, & meméto Syracusij Archimedis oposã se ois, q̃r clar. n. nec tibi, nec patrię profuerint. Do. Obsideor intra patrias meã. Ra. Quid tu igitur, an alibi malles obsideri? Posses id fateor malle, & quidé pie, quo. s. te obsesso illa esset immunis. Cęterũ quod ad te att', net an solamen exiguũ videtur, qcqd sit in patria tua pati, vt quãtum ledit aduersitas, tãtus leniat locus ipse. Do. Intra muros pa trios coarctatus sum. Ra. Ita hoc dicis, q̃

nullæ maiores vobis sint angustię, q̃; muro/
rum, Quã multi ex ijs qui in vrbibus ha/
bitant, sic assidui in curia, atq; in foro sunt,
vt vix toto q̃; longus est anno semel portas
vrbis aspiciant. Adde nomẽ obsidionis erũ
pere gestient, & vincti sibi compedib⁹ vide
bũtur arctissimis, non hoc facit obsidio sz
opinio, qua nihil est in vestrę mortalis vitæ
fluctatione potentius, fabulam locus po/
scit. Decrepitum quendam senem fuisse nu
per Aretij fama est, qui nunq̃; patrium li/
men excesserat, id cum ad aures p̃sidentius
venisset ludendi studio hominem ad se vo
cant, & sibi compertum dicunt illum clam
vrbem egredi solitum occulta cum hostib⁹
habere colloquia. Ille autem per sanctos iu
rare se non solum tunc præsentis belli tem
pore, sed nec vnquã vlla pace per omnem
quãuis longam vitam muros vrbis egres/
sum. Contra illi incredulitatem fingere. &
suspectuz eum Reipu. dicere. Quid multa.
Graui ni pareat pœna imposita, ne egredia
tur imperant. Illum ferunt impatiẽtia pro/
hibitionis irritatum die postero, q̃d nunq̃
antea visum erat extra muros patrię depre/
hensum. Sic in vetitum semper peruicatia
animos vrgente nitimini, & tu nunc te ar/
ctatum dicis, & tibi vrbs tota non sufficit,
cui nisi obsidereris, forte pars minima do/
mus, forsitan vna sufficeret, quod maximẽ
studiosis euenire solet. Quid q̃ fere omnis

ōbsidio, breuis est. Adest loci solamen, ac temporis æquanimitas sola deest, vt lugeatis, & queramini non natura rerū, sed mollicies vestra est.

De patria euersa. Dialog. LXIX.

DOL.

Q Vid q̄ euersa funditus est patria? Ra. An non fortunas quarūdam ex his quas paulo ante nominabam, & similes aliarū inumerabilium audiuisti? Tyrum et Thebas, & Persepolim Persici regni caput euertit Alexāder Macedo (qđ mireris) ad suggestū scorti vnius magnę vrbis tenuis fortuna est. Troiam euertit Agamēnon. Sagūtum Hānibal. Carthaginem, atq; Numantiam Africanus minor. Hierosolimam Titus. Aliasq; alij. Romam nullus in totum dirruit, sed senectus attriuit, ciuilibus adiuta discordis, & qđ refert, quis euerterit, quā cōstet euersas, ruinæ Mediolanensis recētior fama est sub Federico Imperatore barbaro, & imani. Quid tu ergo tuas patriam rebaris exēptam imperio fortunæ cui vrbes maximæ atq; impia subsūnt? An vsq; adeo te fefellit amor, vt vrbę vnam, q̄ tu tibi natus esses, fingeres imortalem, cum sit mūdus ipse mortalis? Cœlū ruet, ac terra, mōtes, & maria mouebunt, & creata de nihilo in nihilum redigetur, tu fuisse tuam patriā, aut miraris, aut q̄reris? Sunt q̄ paulo ante dicebam, vt hoibus, sic

vrbibus mortes suę. Nō tam crebrę illæ quidem, qꝫ & pauciores, vrbes, & diuturnioris qui sunt morti tñ obnoxię, non sunt.n.soli hoīes s3 pter aīos, humana cūcta mortalia. Do. Pria ruit. Ra. Resurget forsitan. Na3 & aliquæ surrexerūt, & qbusda3 cecidisse materia fuit felicius resurgendi. Nēpe hodie saguntum, & Mediolanu3 sedibus suis stant. At Mediolano pxima laudum Pōpei, vltima (vt aiunt) mutauit locum ijsde3 barbaricis manibus, & sub idē tps euersa. Similiter, & Hierosolima, et Carthago. Spera ergo si spes cecidit, & de patria actum reris. Caue tu succubuisse fortunę. Peior est.n.animorū deiectio, qꝫ muroꝝ. virilis nō fœminea viꝝ decet pietas, qꝫuis doleas patriā cecidisse nō li tñ simul occūbere. qñ tua nil iam ruina reipub. collatura est quin te ipm, et si q̄ sunt ciuiu3 reliquiæ ad feliciora tpa reseruare satage, factis prius nō lamētis opus est, vbi sic etiā ipsa fuga laudabilis. Audisti vt Terētio Varroni, cui⁹ culpa, ac temeritate pene ruerat impium Romanū publice ab oib⁹ gratiæ lactæ sunt, qꝫ de. R. P. nō desperasset, qd facile collega eius vir clarissimus, & culpæ oīs illius expers videbatur, si aliud nihil est reliqui. At tu saltem cum Biante bona tua tecu3 portans, qꝫuis nudus, muros prię tuæ cadentis egredere, & ad illam patriā aspira, cuius regni non erit finis, quo cum tande3 deo te vocante cōscenderis non obsidione3

metuas, nec ruinam, nec eorum aliquid q̃ vestris in vrbibus metuuntur.

De metu perdendi in bello. Dialo. LXX.

METVS.

BEllo vinci metuo. Ra. Pacem q̃re. Met. Valde vinci metuo. Ra. Timor modestus cautioné, vehemẽs vero desperationé parit, quarũ altera nil in bello melius. Altera peius nihil in reb⁹ omnibus. Met. Magno p̃lij quatior terrore. Ra. Quid bellantiũ timor mal. ferat, atq; ex timore oriés mœstitia, Flaminius ad Trasimenũ, Crassus apud Carras, Pompeius in Thessalia expertus est, q̃bus in locis, & sæpe alibi verũ poeticũ illud apparuerit. Pessim⁹ in dubijs augur, timor. Met. Euentũ pugnę nimis horreo. Ra. Differ interim, dum spes redit, male pergitur vnde abstinédũ mens terrorq; denunciant, solent in esse aĩs p̃saga q̃dam vis, cui q; obstare fortassis nõ sit vsq; quaq; cõsiliũ. Non est exemplorũ numerus seu veterũ, seu nouorũ clarissimus trib⁹ vnũ satis habui. Met. Instãtis pugnę casum metuo. Excute res tuas q̃s te melius nemo est qui nouerit. Vide ne nõ rei natura vel iuriũ defectus, sed p̃sagiuz sibi fingat ignauia, cui nihil vsq; nõ formidolosus. ac difficile est. Hæc si libertati igitur, si gloriæ, si saluti tuę officit, virtuti auxilio cõprimenda est, excitandusq; aĩus, & monstrãdũ illis sæpe pauciora esse, & leuiora pericula, q̃ pauores, vbi

conflictari sæpe oculis falsas imagines rerum terribilium, quibus consternati quidam sine ferro, paratam sibi victoriam tradidere hosti. Non est enim falsus, atq; inanis metus vero lentior, sed eo sæpe vehementior, quo pauentem maiora omnia sibi fingens terror quoq; præcipitat, atq; ita q poeta idẽ ait. Male cuncta ministrat impetus. Si nec his attoller e iacentem animum potes, campo abstine. Vix bene geritur, quod pauide geritur, sic affectus in aciem si descendas te cum erit, qui contra te dimicet, tui enim ipsius aduersus te melior pars repellat. Malus semper hospes animi, pessimus in bellum comes metus.

De stulto, & temerario collega. Dia. LXXI.

DOL.

Stultum habeo, ac temerarium collegã. Ra. Est aliquid causæ fateor, vt timeas, si ex diuerso aliquid est vt speres, hoc enim vt qbusdã calamitatis, sic aliis gloriæ pbuit materiam, Temeritas Terentij Varronis Emilio Paulo morte pe perit. At L. Furij, & Minutij temeritas. M. Furio Camillo, &. Qu. Fabio Maximo singularem gloriam q̃suit, notæ sunt historię. Do. Est mihi collega pceps, & incõstãs. Ra. Esto tu pstãs, & modestus. Nusq̃ virtus clarior eminet, q̃; suo admota ptrario. Cur nõ tu potius illum regas, q̃; te ille pcipitet? Do. Est insolẽtissimus collega. Ra. An tibi exci

dit, vt ipsi de quo nūc diximus Camillo tri
buni militum cōsulari ptāte, quinq; simul
collegę imperio pares vltro se submitterent.
Habet hoc virtus excellens possessorib⁹ suis
authoritatē, miratorib⁹ reuerentiā, ac pudo
rem cōfert, nullo melius modo collegę in
solentiā represseris, q̄; industria, ac virtute.
Sic efficies vt illum tibi parem dici pudeat,
sicut puduit Minutium, & aut se spōte sub
jiciat honestiore suffragio, q̄; si eu; tibi po
pulus subiecisset, aut oēs intelligant illū ti
bi pares noīe, rebus imparē, & quicquid be
ne gesseritis, tuū esse, quicquid secus illius.
Do. Collega mihi stultus obtigit, ac peruer
sus. Ra. Quædam per cōtrarium discūtur.
Solēt magistri tardiusculis discipulis incer
tum aliquid ꝓponere, qđ cum respuerit di
scentis ingeniū, ad vera facilius retrahatur,
Redit ad memoriā obscuri hoīs clarū ver
bū. Aн non magnū tp̄s cū Florētia ciuitas
statum mutasset, qđ crebro nimis, ac libēter
facit, atq; ad imā plebē frena reipub. perue
nissent. Vnus ex insolēti grege, qui diu te
nuerat illam, & mœstus amiserat vicini in
opis mechanici humilitatē spernens. Et tu
inquit, qui neq; lr̄as noueris, neq; vnq̄; pa
trios fines excesseris vili semp artificio vitā
trahēs cum paribus tuis, qualiter hanc tan
tam & tam nobilem vrbem reges? Ille a ūt
nihil motus. Et quid negocij inquid est?
Quid vos egeritis nullus ignorat, Si p oīa

contrarium agimus, aberrare non possu/mus. O verbum dignum docti hominis ex ingenio prodijsse. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi statuas exemplar, cui dissimillimus fieri velis.

De inconsulto & pcipiti magistro militiæ. Dialogus. LXXII.

DOL.

Est mihi magister militiæ incõsul/tus, ac pceps. Ra. Hoc aliquãto pi/culosius nõ negem. Legiones nr̃as interroga iacentes ad Trebias, ad Trasime num, & ad Cannas, multisq; alijs in locis. Si remedium vis dubiam linque militiã. Si id forte non datur at tu fortiter, atq; idu strie ministerium tuum age, vt inter tui du/cis errores tua virtus emineat, nec te ruina opprimat aliena, sz tu potius, si qua est, via publicę humeros subicias ruinæ, rez difficl lem, sed neq; impossibilem, neq; insuetam iubeo, vt enim sæpe multis militib' obfuit vnius ducis ignauia, sic interdum vnius vi/ri virtus, & exercitũ seruauit, & ducẽ. Neu/sim longior, q̃; oportet. Tu res suis in locis q̃res mihi noius & tporũ cõmemoratio so la sufficiet. P. Decius bello sammitico. Cal/phurni' Flamina bello punico pmo, A fri canus minor bello punico tertio tribũi oẽs militum, ducũq; & exercituum seruatores, tãta esse tua virtus, ac felicitas põt, vt aliena infamia eximiam in gloriã tuam vergat.

Anceps sane negocium sed extrema in ne
cessitate vnicũ. Proinde vtcũq; alios fortu
na rotauerit, Tu virtutis gubernaculũ si mi
hi obsequi volueris, nec in pace, nec in bel
lo, nec in vita destitues, nec in morte.

De infausto ꝓlio. Dialogus. LXVIII.

DOL.

AT ꝓlio victus sum. Ra. Iam timor euanuit, sperare incipies, hæc est horum series affectuum. Nam cũ spes & metus de futuro sint, tam vt futurũ pót esse qđ speres, sic futurũ esse desijt qđ timebas. Do. Magno ꝓlio victus sum. Ra. Tãtõ ne aio victus sis. Nempe ille si cecidit actus est. Meministi vt Marcellus ꝓlio victus die primo in aciem redit, victorem q; suum, maiore q; ab illo pridie victus erat, ꝓlio vicit. Et Iulius Cæsar ad durachium inferior, ad phasaliam mox ingẽti ꝓlio victor fuit. Multi ꝓlio victi, bello fuere victores. Nó cadunt animi viroꝝ fortium vnius lucis euẽtu, nó magnanimi enĩ, sed lóganimes sũt. Victus hodie cras pugnabis cautius, Ducis arté in fausta ꝓlia quasi tristes fidicq; edocent magistri. Atq; vbi sit erratum plagis admonẽt. Sic agricolã sterilitas, architectũ lapsus ędium. Equité casus crebri, nautam graues acuunt procellę. Errãdo discitur. Do. Victus sum. Ra. Nó est victus nisi qui se victũ credit, cuius spes obruta, & extincta est, cuius alus amare deposuit, Aspice Romãos alog

cũ semp tum ꝑsertim bello punico secũdo. Non tã defectione socioꝝ non ↄspiratione regum, ac gentiũ, non tot infelicibus ꝑliis, ac ruinis pene vltimis victi sunt. Nulla vnq̃ apud illos mẽtio pacis, nullum diffidẽtiæ vestigium. Nulla deniq; nisi alta prorsus & inuicta ↄsilia. Hoc sane quid est aliud q̃; virtute animi fortunę duriciem mollire, atq; illam in pudorẽ sui, & amorẽ tui cogere. Tãdem igitur vt dignum erat emersere, & millies strati surrexere altius, vt non hostes tm̃ suos modo tam formidabiles, sed totũ mox ex ordine terraꝝ orbem virtus illis ac fortuna subijceret. Do. Victus sum fateor. Ra. Nunc demũ incipis nosse fortunaꝫ, & hoc saltẽ boni fugiens inuenisti. Nemo fer me res magnas gratis discit. Multos docet experiẽtia, quos schola nõ docuit, & ꝑcepto ribus surdum caput hausit oculis q̃d aurib⁹ nõ valebit. Nulla reꝝ humanaꝝ certior ma gistra q̃; aduersitas. Nulla discutiẽdis errori bus aptior. Do. Magno fortunę vulnere cor rui. Ra. Surge ne iaceas. Nusq̃; clarius, q̃; in ter fortunæ vulnera ꝓminet animi magni tudo. Nunc nosce te ipm̃, quantarũq; sis vi riuꝫ valde ictus intellige. Do. Speratã victo riam amisi. Ra. Si insperatam prudentiam ↄsuisti, nõ spernẽda reꝝ permutatio videri debet. Do. Victus suꝫ bello. Ra. Bello vict⁹ libertateꝫ retinet ac vitam. Vitio ãc victus vtrãq; amittit, quisquis igitur illis succũbit

vere vincit. Do. Victus sum. Ra. Quid scis
an illud magno Pópeio Thesalico dictum
dicere & tibi ꝯueniat, vincere peius erat, vt
damni plus, sic peccati minus solet habere
qui vincitur. Lucrum ingés qd optátes qui
dam, nõ vinci modo ſȝ mori etiã elegerũt.
Et ꝑfecto mercãtur egregie, qui morte cor
poris, q̃rũt aię salutẽ, sed plerîqȝ malis suis
gaudẽt, bonis anguntur. Tanta hoium mẽ
tes habet cœcitas. Do. Victus sum. Ra. Põt
id quidẽ tibi nõ sciẽtiæ militaris inopia, ſȝ
fortuito ꝯtigisse. Nusq̃. n. fortunatior (vt ita
dixerim) fortuna, q̃ in ꝓlio, cũ multa ali
bi, illic oĩa posse illas perhibẽt. Do. Prælio
victus excessi. Ra. At non cõtinuo nudus.
Possunt arma victis auferri. Vera aũt bona
quæ sunt arma animi etiã qui vidẽtur vi
cti retinẽt. Ea. n. vt ex incendio, ac naufra
gio, sic aduerso ex ꝓlio efferuntur, nec illa
tm̃, quæ in aïs abdita ferro tãgi nequeunt,
sed illa quoqȝ quæ maxime ꝑclitari ĩ pre
lijs, ac ferro exposita videntur. Itaqȝ nõ q̄s
quis bello vincitur bellicis simul spoliatur
laudibus, licet armis amissis ex acie fugiẽ
tem, quodqȝ est malus in acie pereũtẽ secũ
ducis eximij nomẽ ferre. Nam & ad Ther
mophylas Leonidã non tã victũ q̃ vincẽ
do fatigatũ inter ingentes stratorũ hosti ũ
cumulos occidisse cũ suis grecæ memorãt
historiæ, quã Deiphobo famam Maro ap
plicat, & in cãpis Emathijs (si Lucano credã

tur) ftetit ordine certo infelix acies, & no/uissimo ꝑlio, qđ in Africa cū Hānibale gestum est, nec melius instrui aciē, nec acrius potuisse pugnari, vt de victore victus, sic & de victo idē victor ipse ꝯfessus est. Vterq; ingēs rerum talium æstimator. Quid ami sit autem, qui veram artis suæ gloriam, & bene gestæ re' conscientiam non amisit?

De bello ciuili. Dialogus. LXXIIII.

DOL.

Bello quatimur ciuili. Ra. Nomen hoc a ciuibus tractū, & tu vnus es ciuiū. Vide ergo, ne & tu vnus sis huic malo fomēta ꝑbentiū, & virili parte culpæ nō careas. Hic.n.est mos alter alterū inflamant, donec singuli furorez publicū exciuerint. Tum demū furor publicus singulos vrget, ac ꝑcipitat, nec vnq̄; publicum malū a se incipit, q̄uis accessione auctū totam infecerit, siue etiā euerterit ciuitatez, si primā tñ q̄ris originē singulorū in errori/bus radicatum est, hoc est aūt qđ cauēdum moneo, ne tu quoq; vnus fueris ex his q vel materia, vel flatu ciuile incendiū alue/rint. Multi.n.faciūt vnde mox q̄rantur, & quasi ab altero inflictuz vulnus suis mani bus factum lugēt. Multi iam suo incēdio periere. Quod si tibi nihil es ꝯscius pius est dolor boni ciuis in calamitate publica sed quem soletur innocentia. Humanis.n.ma lis, nullum flebilius culpa est, immo q̄dē,

vt quibusdam maximis viris placet, nullū aliud est malum. Do. Ciuili vexamur bello. Ra. In furore ciuium te sequestrum pacis exhibe, si id frustra est, at tu saltē pro libertate, vel solus ꝓ iustitia partes fac, qd & si patriæ fortasis inutile, at ibi certe laudabile, vtriusq; rei exēplum, vna tibi vrbs dabit. Menenium Agrippā, & Portium Catonē hūc nouissimum. Do. Implacabile ciuibus bellū est. Ra. Si nil opis in te est, ambi alios increpa, deprecare, obsta, castiga, obsecra, ingere qbus potes publicā ruinā, q̄ priuatas in se ꝯtinet, & cum nullius ꝓpria videatur, est oium. Deniq3 hinc pietate, hinc terroribus aīos placa. Si nil apud hoies ꝓficis, deū ora. Opta ciuium resipiscentiam, & salutē pātriæ, modisq; oibus boni ciuis officiū imple. Do. Bello ciuili respub. in extremo est. Ra. Ne qd vel ciuilibus, vel externis bellis inopinum accidat, ne quis imperatū casus opprimat semp hoc vnum volue aīo, non hoies modo, sꝫ p̄ter aīos humana oīa esse mortalia & vt hoibus, sic vrbibus, & magnis iperijs suos morbos nunc extrinsecus obrepētes, nūc ipm itra corpus exortos, in qbus sūt seccessiōes & simultates, & discordiæ, & bella ciuilia esse oibus ꝯstitutum terminū, qui p̄teriri non poterit, suū fine cū ctis q̄ videntur instare, & si paululum differatur, affutu᷑ tñ, vbi sūt vrbes clarissime, fuisse syluas asperrimas, & futuras eē. Stul

te de se sperare vrbē aliquā quā assequi regi/na vrbiū Roma nequiuerit. Hoc inter fata hoium, atq; vrbiū interesse, pp innumera/bilem, infinitāq; frequētiā, & vite breuitatem cotidie in oculis sunt. Hec pp raritatē atq; æuū lōgius vix semel multis in sæcu/lis, & cū stupore cernunt. Hec te cogitatio firmiorem ptra oēs casus tam publicos, q̃ priuatos faciet. Hec tibi demum, & si non amenam, at vtcunq; tolerabilem vitā ster/net ad inopiam, ad exilium & ad mortem, docebitq; hoc proprium patriæ tue malū, quod omnibus est commune.

De discordia ai fluctuantis. Dia. LXXV.

DOL.

ANimi discordia laboro. Ra. Nullū hoc bellū peius, ne ciuile qdem. Illud. n. ciuibus īter se, hoc homi/ni secū est. Illud inter partes populi, in plateis vrbium, hoc intus in aīa, interq; ipsas partes aīæ gerit. Itaq; cū sit belli q̃dā spes, q̃ plus q̃ ciuile bellum dicitur, vbi nō solū ciues, sed cognati ēt inter se pugnant, quale inter Cesarē & Pōpeiū fuit, de quo dictū est. Ille locus fratres habuit locus ille parē/tes, quāto hoc bellū iustius nomē id vindicat, vbi non pr̄ ptra filium, nec frater aduersus fratres, sed homo ipse contra se litigat, quo durante litigio nulla qes aio, nulla pe cē securitas. Do. Discordat aius, & diuersis secum pugnat affectibus. Ra. Diuersitatem

illam abiice. Vnum velle incipe, tunc cōpo sita erit & immota pax animi, cū discordes affectus quasi seditiosi ciues in vnam cōue nerint voluntatē. Alioqui vt cōtrarij, & cor rupti humores, febrem corporū, sic cōtrarij affectus febrē pariunt aīorū, q̄ tāto est peri culosior, q̄to & aīus corpore ē nobilior, & æterna mors terribilior tpali. Vtrobiq; tñ ad hibitum tēperamentū & æqualitas q̄dam ad salutē est via. Do. Pugnat aius, nec quid velit eligit. Ra. Malum simul, maliq; cām stringis quia nēpe non eligit ideo pugnat. Eligat, & cōfestī pugna cessabit. Eligat dico bonū velle. Nam si malum magis magisq; certabitur. Vitia. n. inter sese pugnāt, semp virtutum cōcordia summa est. Do. Aius in partes scissus dissidet. Ra. Aium in tres par tes distribuxere philosophi, quarū primā in ar ce, hoc est in capite locauere, moderatricem vitæ humanæ cœlestē serenā semp deo ꝓ ximam, vbi tranqllę honestęq; voluntates habitant. Duarū reliq̄rū, alterā in pectore, vbi irę æstuāt, atq; impetus. Alterā subter ꝓ cordia, vbi ꝯcupiscentię, atq; libidines. Du plex huius pelagi tēpestas, quid agendū igi tur tibi sit vides. Fac q̄d Menenius ille cui paulo añ memini, persuasit plebi, vt subesse patricijs in aīum induceret, quo impetrato vrbem scissā in duas ad vnitatē salubri cō silio reduxit. Et tu coge, vel consilio, vel vi, partes ignobiles parere nobilibus, tum de

murū

mum & nõ aliter animi pacẽ ſpera, qua ſublata, qd aliud, q̃; vaga ſemp & ꝓpoſiti inſcia & fluctuãs & incõſtãs vita hoium eſt & cœca prorſus, & miſera? Multi prius ex hac vita abeunt q̃; quid velint ſciant. Do. Fluctuo in cõſilijs, nec quid velim ſcio. Ra. Iam dixi multis hoc accidere, non vno aliquo tm̃ in tpe, ſed in oĩ vita, & vſq; poſt vitę finem, & ꝑfecto ex oibus q̃ dixiſti, dicturus ve es, vix hoc malo peius aliqd inuenies. Do. Fluctuo, & in diuerſum agor. Ra. Maximũ argumẽtum male ſe habentis animi fluctuatio eſt, vt. n. corpus ęgrum ſępe thoro voluitur, ſic æger aius cõſilijs agitatur, de quo vix vlla mihi ſpes ſalutis. Parrump abeſt quin melius ſperem de hoie vitijs ptinaciter inhęrente, qui ſi cõuerſus fuerit ad virtutes in his forſitan cõſtans erit, q̃; de hoie vario, nullis ſe conſilijs applicante, qui etſi boni aliquid incœperit non cõſiſtet neq; perſeuerabit in docilis ſtare, & fieri põt, vt de hoc intelligere liceat senecę illud obſcurũ, qđ tota vita elabitur aliud agentibus, modo. n. hoc mõ illud agentes nunq̃; idem, ſemp aliud agere ſunt dicẽdi, q̃uis & alios ſenſus loc⁹ ille recipiat. Do. Inter varias curas iactor. Ra. Quaſi inter tumidos fluctus vitæ tuę puppis conſilij inops & magiſtro deſtituta concutitur naufragio ꝓxima ni tu illam, dum nõdũ manu clauus excidit, tuto aliquo, & ſalubri ſiſtas ĩ portu, iactiſq; anchoris cõquieſcas, pri

lis q; te animi tēpestas oppresserit. Do. Flu, Ctuo ꝑposici incertus. Ra. Hinc pter animę picula, q; innumerabilia, & imēsa sunt. ipse quoq; oris habitus ꝑdiit, varius, & incōstās similisq; aio, a quo vultus fingitur, vt ait Cicero, dūq; hoc in statu fueris, nūc lætus, nūc tristis, nunc pauidus nunc securus, nunc celer, nunc tardus incedes insigni varietate cōspicuus, quale aliquid traditur de lucio Catilina, at vbi te primū composueris atq; ad vnum aliqd dirrexeris vnū velle cæperis, qđ bonum vtiq; sit oportet, qm̄ natura maiorū semp varia est, vbi hoc inq; feceris pter animi quietem rerū optimā vniformitas quoq; vultus, ac tranquillitas ꝯsequetur, nec spe vlla, nec metu, nec mœrore mutanda, nec gaudio, res quidem venerabilis, & paucorū solus, quæ apud veteres Græcos in Socrate, apud vestros in Lælio laudata est. Postremo vero in principibus vestris Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

De Ambiguo statu. Dialo. LXXVI.

DOL.

Ambiguo in statu sum. Ra. Quid est qso de quo ambigis? Moriēdus ne mortalibus, an spernenda q̄ fugiūt, & nullam in ꝓsperis spem habendā an inæuitabiles casus rerū esse, sed tolerabiles, nec flecti qdem, sed frangi posse fortunam? At hęc oia certa sunt. Do. Ambiguo in statu positus, quid de me futuꝝ nescio. Ra. Vbi, q̄si

qualiter, moriaris ambigere quidē potes, mori aūt oportere, nec male mori posse quē vsq; in finem bñ vixerit, nec cito mori quē huiuis in spacijs vitę viri boni munus im/pleuit, vel si id nō licuit, at spem dedit, nec alibi q̄; in patria, qui mūdum oēm sibi pa/triam fecit, nec alibi, q̄; in exilio, qui veram suspirat ad p̄riam, dubitare (ni desipis) nul/lo potes modo. Vnde igit istę ambages? de fortuna fortītā? an tibi fidē, qā vix vlli vnq̄; fecit, an suos potius mores seruet, tanq̄; pela gus ꝓcellosum, nūc ficta trāquillitate fallax nunc fluctibus altis minax, nunc horrenda naufragijs. Ne de hoc quidē ipso, si qua tibi experientia rerū est dubitatio vlla supererit. Q̄uis.n. euentus ambigui, ipsa tñ ambigui/tas, ipsa & virtus, quę te inter certa certū fa/ciet, certa est, cui cum te totū dederis. prouï/sa oia, nihil erit ambigui. Do. Ambiguus status est mihi. Ra. At non ambiguus deo. Id sat est, illi te ipsum fidēs crede, & dic ei in manibus tuus sortes meę. Id cū pie feceris, pone metum, pone ambiguitatē, pone solli citudinē. Ille scit quid de te acturus sit, nul/lius rei dubius, parua quidem, se l firma in nauicula, magnuȝ sulcas mare. Fidus tuęq̄; salutis amantissimus gubernator est.

Quid refert an viam vector igno ret, si magistro nauigij nota est?

DOL.

Vlneribus crucior grauissimis. Ra. O si aiæ tuæ vulnus aspicias, q; tibi hæc leuia videãtur, sed vos delicatissima corpora insensibiles pene aias habetis. Altera vestri parte nihil. Altera pati oia parati, quodq; est funestius, nõ sentire. Do. Vulneribus inflictis afficior. Ra. Hostilis mucro loricã penetrat, non aium. Ille nisi vltro suis sese armis spoliet inuiolabilis ferro est. Disputatum habes a magno quodam viro paruo quidẽ, sed arguto volumine, neminẽ ledi posse, nisi ledatur a seipso, cui sententiæ q;uis ab opinione hoiuz vehemẽter abhorreat, pro veritate subscripserim. Do. Grauissimis multisq; vulneribus laniatus sum. Ra. Nullum vulnus grauius esse põt q; ad mortẽ, talia vero vno in corpore multa esse nõ possunt, si vnũ ergo grauissimũ, reliqua oĩa leuia sint oportet. Tribus & viginti vulneribus cõfixus Cęsar, vnum nõ amplius letale habuit, vt sane fuerint cũcta letalia, plus neq; semel mori potuit multa licet, ac ꝓfunda sunt vulnera, vnus est vulnerũ effectus, quorũ sępe ẽt in corpus extinctũ inhumana repetitio nõ vulnerati pœnã, sed sęuitiã vulnerãtis exaggerat. D. Vulnerib⁹ debilitat⁹ sũ. Ra. Sit vtinã simul debilitata supbia cũ sororibus suis & accesserit vulnerũ comes humilitas ne, de nihilo scriptũ sit. Humiliasti

sicut vulneratū supbum, bonum vulnus, & vtile, qđ plurium ac maiorꝫ vulnerū medicina est. Do. Vulneribus deformatus sū. Ra. An adolescentis illius obliuisceris, cuius mētio bis in hoc sermone incidit? sero quidem sponte faceres, qđ ab alio factū gemis. Do. Transuerso vulnere facies exarata est. Ra. Non vulnus, sed cām vulneris attēdo. Iusto cicatrix bello parta miseris modis honestat faciem. Viri fortis speciosum ꝓ iustitia suscēptū vulnus multoq; speciosior ē mors. Do. Vulnere accepto claudus sum. Ra. Dictū te nes Horatii coclitis, q cū die illo, quo mirabili magis q̄; credibili fortitudine, atq; ꝯstātia solus Thusci Regis exercitū sublicio ī pōte sustinuit testitudine suorū manibus a tergo fracta, & collapsa, hostibus clausum iter sentiēs, vtq; erat armatus & mile hinc, atq; hinc missilibus circūuentus, ex alto se in tyberim ꝓiecisset, vnoq; cū vulnere vñ claudus māsit interuēdū accepto, nādo ad suos corpore reliquo incolumis ꝑuenisset, idq; vitiū sibi post tps in petitōe honoris obijceretur, sic elusit aduersariū. Minime.n. in qt claudico, sed ita dij imortales voluere, vt ꝑ singulos passus meminerim triumphi mei ꝑclarū plane, factisq; par dictisq; par dictū. Do. Manum vulnere ꝑdidi. Ra. Si leuā dānum leuius. At si dexterā Marci Sergij viri fortissimi remedio vti licet, qui hac manu bello punico amissa sibi ferream fabrefecit

ellum quā multis, ac trucibus plus, nō odō sius bellator interfuit. Id si parum successerit dextræ officium in sinistrā transfer. Nosti ut Cæsareus miles Attilius bello Massiliensi cum iniectā puppi hostili dextrā amisisset leua præhensam tenuit, donec pelago mergeretur. Do. Vtraq; manus ferro abscissa est. Ra. Vbi plus licētiæ fortuna, ibi plus negocij virtus habet, fortunæ, tñ ois aculeus, virtute cōtunditur, hac armatus etiam sine manibus fortis erit. Memēto Cinigeri Athenlēsis, qui post marathoniam pugnā, opus immortale Milciadis hostib' ad naues pfugientibus obtruncata manu dextra, qua vna nauium fugę plenā strinxerat sinistrā mox adhibuit, qua rursus obscissa fere in morem morsu post affixo sic tenuit quos aliter nō valebat, nec tibi miles ille Cannensis exciderit, qui vulneribus vsu manuū priuatus contra suis intētum spolijs victorem, qd vnum sibi supererat dentibus quidē pro manibus vsus est, ceruicēq; eius arreptam vlnis impleuit, nec laxauit prius q̄; auribus truncis, ac naribus, os hostis lacerū tuens, seq; vltus moriēs iā lætior expiraret, ferocia, hæc illa sua uiora mitibusq; aīs aptiora remedia vt semper ceu rem fragilem, caducāq;, teq; velociter deserturā corpus aspicias, vt cum id euenerit, nec cōcidas, nec mireris qdem. Sed exteriore mēbro॰ ministerio amisso, in ipsos aīę sinus intimos te conuertas, vbi inuenies

aliqd magnifice loquēdū, agēdūq;, nec lin gua opus esse, nec manibus. Do. Vulneribus deformatus sum. Ra. Dixi iam immo si cā vulnerū pulchra ē, honestatus, ac insignitus viri qdem fortis pro iustitia, magnū aliqd aggressi, durūq; aliquid perpessi, non fœdis frons sulcata vulneribus videri debet, s; ro tis stellata fulgētibus, neq; vero cicatrices, aut vulnera, sed virtutis sunt dicenda vestigia, & preclaris affixa frontibus signa meritorū. Proinde si Cæsareum illum quoq; Cēturio nem Cesium Sceuam miræ virū fortitudi nis, sed iustitię nullius, mille lacerū perfo sum q; vulneribus hostes quoq; venerati, e pp vnius virtutis admiratione vulnera ipsa deosculantes armo℞ fragmina, & sagittas, tepenti cadauere eductas deorū templis ceu sacrū aliquid affigebant, quid de fortis iu stiq; viri pciosis vulneribus sentiendū sic in telligis? Do. Vulneribus multis infirmus ac deformis su;. Ra. Curate miseri vulnera nī si nunc sanentur hęsura perpetuo. De his. n. terra viderit, quæ illa cōteget, cōsumetq; ci catricosaq; corpora excipiēs plana restituet. Do. Inflicto vulnere hac aut illa parte cor poris truncus sum. Ra. De partibus litigas totum illico relicturus.

De rege sine filio. Dialogus. LXXXVIII.

DOL.

Regnum est mihi non filius. Ra. Pa rum ne tibi igitur solicitudinum,

ter descendissent, cœpit adolescens tremere, & frigus magna dentiū collisiōe testari, vbi subiectis ignibus cœpit aqua feruescere ille lamentis ac gemitu impatientiā caloris exprimere. Cōtra imotus ad vtrunq; & toruo illum vultu respiciens senex, Vilissimæ inquit meretricis fili nec frigus igitur, nec calorem pati potes? Verbū mali forsitan, sed pstātis, solidiq; animi dignū, q̄ quo ille ssus e vase mortifero prosiliret. Cęterum vestris nunc adolescentibus cōuenientissimū, quibus nihil effœminatius, nihil eneruatius ē, æ tate solem execrantibus, vt athlātes solēt, hyeme ignem adorantibus vt Caldei. Do. Nix me tędio afficit. Ra. Delicati etiam iucunda fastidiunt. Atqui niuē sine ventis descendentē qdam inter pulcherrima ponūt. Porro si quid est niue pulchrius, nil certe cādidius. Do. Nunc æstibus, nunc frigoribus nimis, nunc siccitate, nunc imbribus angimur. Ra. Impatientissimū caloris Alexandrum ferūt, nempe qui, & diræ, & psperæ fuit impatiens fortunæ. Cōtra vero caloris ac frigoris patientiā parē dant Hannibali. Cur non tu aliquā tibi vel dissimilis partes laudis arripis? ęque ille vtrunq; potuit ferre, tu neutrū, hoc vobis primū tribuit voluptas quę emollit, eneruatq;, & vt vere dicā castrat aīos, vt nō hostiles tm̄ gladios, aut mortē, sed impressiones aereas formidetis. Clamo aūt, & sæpe, frustra qdem, qm̄ sur-

dis clamo, linquitè suum officium naturæ? nihil sine æternis agit illa consilijs. Stulti et ignari, ne vna prorsus aquę stillula, plus mīnusue q̄ expedit in terrā cadit, & si non singulorū libidini, & saluti oium ɔsulitur. Do. Hic luto, hic puluere, hic nubibus, hic ventis, ac tonitu turbor. Ra. Atqui terræ varietas, cœli varietatem sequitur. Vdus aer lutū parit, siccus puluerem, sic de motu aeris vēti, de vaporibus nubes, de ventis ac nubib⁹ tēpestates ac fulmina ꝓdeunt. Qui rerū cāsas nouit, & naturæ se ꝓbuit obsequentē cōsequentiā defectuū non deflebit. Et de ventis licet apud quosdā magna sit q̄stio, nōne tñ tibi aer oi carens vento pene semianimis videatur? vt non inepte quidam vētum aiam dicāt siue spm̄. Puluerē certe apud multos viris fortibus dulcem vides, id q; vt de luto ē credi possit diuersorū operū vna virtus efficiet. Tonitrua vero & ɔcitatores cœli mot⁹, quid nisi cōminationes et monitus & misērātis dei sunt, q certe nō minaret, nisi amaret hoiem, sed feriret quuȝ multę, & graues nunq̄ desint feriendi causæ. Ad terrores vero hæc formidineq; mortaliuȝ spectare, sed ante alios illorū qui rebellant deo nō solū naturę gnarus meminit poeta, sed vates illa etiā diuini conscia consilij, quę ait dñm formidabūt, aduersari eius, & sup ipsos in cœlis tonabit. Formidate verū tonātem aduersarij, enitimini in gratiam redire, vt amici

ðei effecti,nihil oīno nisi eius offensionē
timeatis. Hoc poti⁹ agite, & q̄relas mittite.
Do. Fusco & nubilo ꝯtristor aere. Ra. Nul/
la tēpestas durat, & sereno nubes succedūt,
& serenū nubibus, frequēs imo iugis alter
natio, & ferendum sine q̄stibus qđ tam bre
ue est. Do. Offendor nubibus. Ra. Offensio
admonitio quædā est, vt iam hinc tibi ꝓui
deas, ne tenebras, quas momētaneas ægre
fers aliq̄n ꝑpetuas patiaris. Do. Igne cœle/
sti turbor & grādine, & ꝓcellis. Ra. Hec &
his similia ad timorē salutiferū, vel si sper/
nitis ad vindictā sunt. Audi vnū ignis, sul/
phur, & spiritus ꝓcellarū pars calicis eorū.
Audi alterū ignis, grādo, fames, & mors,
hæc omnia ad vindictā. Do. Tēpestatibus
turbor æquoreis. Ra. Noli hic nām, sꝫ tuā
vel stultitiam, vel auaritiam accusare, quis
huc te coegit? Do. Tenebrosis nubib⁹, & cō
trariis vētis afficior. Ra. In tenebris natus,
& in tenebris moriturus īter rerū ꝯtrarios
ventos viuis. Disce qđ semper pateris tandē
pati. Do. Tonitru, ac fulmine quatior, Ra.
Plus hic aliquid q̄ꝫ tediū est. In primo equi
dem metus ingēs nisi stillus quibusdā con
tēptoribus. In secūdo aūt mors. Ita qꝫ qbus
dam visū est de fulmine nō nisi in expert/
tum q̄ri. At quis oro, nisi Amens hæc non
metuat? cuꝫ cautū apud fortissimos hoīuꝫ
Romanos videat veteri statuto vt Comi/
tia populi Ioue tonāte nō teneāt. Cæterum

metus hic nisi ad emẽdationẽ vitæ ſpectet inutilis eſt. Quid ꝓdeſſe.n.poteſt timor, vbi nullum eſt remediũ formidatę rei. Huc vertẽda res igitur vt licet naturalibus cauſis tonet ac fulminet, nihilominus cõmonitoriũ exiſtimetur illius, qui nullis obſtructus cauſis ipſe fons oĩum cauſarũ eſt. Ille quidẽ ideo tonat in cœlis vt tu i terris bñ viuas, & oblitiõe diſcuſſa iraſcẽtem dñm recognoſcas, quodq; amore debueras ſaltẽ metu facias. Nolite q̃ri, oia ęque bona, & mala expedit vobis (mihi credite) vt ſæpius tonet, & q̃ ſæpe tonuiſſe memoriæ traditũ eſt, eo anno, quo verus dei aduerſari⁹ ac pietatis hoſtis Domitianus interijt, non vt exclametis ſicut ille, feriat iã quẽ volet, ſed vt iram dei pijs lachrimis ac humili ꝑce vincatis. Do. Ebriorum congreſſibus lætitiaq; cõtriſtor. Ra. Vinum lætificare cor hoĩs, & Bacchũ lætitiæ datorem, etſi Dauid Vergiliusq; nõ diceret notum eſt. Et q̃uis illud quoq; verum ſit, quod horum facũdior ſed ſanctior Vates ait, Fluminis ĩpetus lætificat ciuitates, plus tñ feruidi gaudij, ſeu lætitiæ geſtiẽtis, vt philoſophi vocãt, pauca potẽtis vini dolia, q̃ multa nitẽtis aquæ flumina cõtinẽt. Fateorq; ebrio ꝑ lætitia nil triſti⁹. Nihil opificibus & tabernarijs, quos merito ciuitatum fecẽ Cicero vocat ineptius, vel ferẽdum tñ, vel vrbibus abeũdus, vel foro ſaltem ac plateis & tabernarũ ſcænis, tãq; ſco

pulsis abstinendum. Do. Turbis premor frequentiaq; ciuium importuna. Ra. Trux & inhumanum votum est, optare patriæ solitudinem, quo ipse sis laxior, ab hoc enim illa olim vt nosti soror Apij Claudij mulctata & illa inocēs vltimo apud scriptores celebrata est, vt vero istud iniquū & supplicio dignum, sic vitandi studio fastidij se turbis eripere & si res poscat, vrbi cedere modestis ac sapientibus vsitatum est. Do. Lōgo et segni iudicio laboro. Ra. Ad quid inuēta trāsactio est nisi vt litem finiat, & tarditatem iudicij añcedat? Do. Mœsto et turbido atteror litigio. Ra. Pro te aptis epithetis vsus es, vbi enim lis, ibi nec gaudium, nec trāquillitas esse pōt. Tu si litibus vis carere, litium cōtēne materiā. Auaritia lites parit, & partˀ alit.

De terræmotu. Dialog. XCI.

METVS.

TErræmotum timeo. Ra. Magnū fateor naturæ parentis incōmodum, nec immerito a parentibus segregatum, nempe cunctis grauius sed rarius, idq; remedij loco fit. Sæpe qdem instans fulmē tonitu cœli facies mœsta pnunciat, terræmotus psagium nullum est. Etsi eum Pherecides aqua putei hausta pdixisse feratur. Adde q aduersus cœli minas aliquod fortasse refugium subterraneæ offerūt cauernæ, q́le illud legitur Augusti Cæsaris fulgura metuētis, quod adhuc Romæ via cernitur fla

minia, & nomē seruat authoris. Cōtra terræmotū nullæ sūt latebræ, nulla fuga, quo enim extra terrā fugiat terrenus homūtio? aut quid fiet si & supra verticē cœlū tonat, & sub pedibus terra tremit, nisi forte qs in pelagus fugiendum dicat, qđ & cœlestis, & terrestris varietatis est particeps, & suis insuper motibus inquietum. Me. Nō tu mihi remedium das vt soles, sed piculum exaggeras. Ra. Sentiebaʒ. Ita tibi visuʒ iri, & sic haud dubie se res habet. Sunt q̄ dissimulari queūt & verbis extenuari, vt q̄ fama terribilia visa erant re ipsa nunc tolerabilia, nunc & cōtēptibilia videantur. Id sane de quo agitur tale est, vt sua q̄daʒ inhumani eloquij argumēta discutiat vnum est solamē vt dicebaʒ raritas. Vidisti ætatē pene integrā terræmotibus vacanteʒ? quo in spacio innumerabiles obijsse. Nō est dubium, qui in vita soluʒ rei terribilis nomē audierit, nulluʒ res visa terruerit, alioqui quē non cōspecta promoueant, vel antiqua illa, vel hæc noua, quorū vel in libris, vel in aīs hoīum qui viderunt memoria recens est, qñ ei olim vno eodēq̧ die motu horrifico & ꝯcussa Rhodus et nouæ insulæ ꝓfundo maris emerserūt & vetustæ vrbes Asię duodecim corruerūt, nōnullæ etiaʒ terræ hyatibus haustæ sunt. Dehinc eadē pestis in Achaia Macedoniaq; desæuit. Demū in cāpania illa pulcherrima non Italiæ tm̄ sed totius etiaʒ mundi parte circa

Senecę ætates, qui inter q̄stiones naturales rei huius meminit, qñ & Herculanū, & Pōpeios, vrbes tractus illius nobilissimas ipāq̄ quoq; Parthenopē ea peste vexatā legis. Atq̄ ne cūcta sequar, q̄ infinita materia est, nuper alpes aereas, q̄ Italos a Germanis separant, quarū motus insolitos Maro ait, & motas et multis in locis disiectas cernere potuisti. Et ꝯfestim postea ipsam vrbiū reginā grauiter agitatā, vsq; ad ruinam turrium, ac templorū, aliquot alias humi stratas, moxq̄ velut ꝑpetuo maloꝝ ordine. Germaniæ partē illam q̄ nobilior habetur totam. s. rheni vallem tremuisse, atq; in ripis Basileam vrbē funditus, & octoginta, eoq̄; amplius castella, vno simul tp̄is momēto corruisse notū est, Horrendū plane negociū, nisi arcem terribilium mors teneret. Hanc qui temere didicerit, nil timebit, vtq̄ elegāter ait Flaccus, si fractus illabatur orbis in pauidū ferient ruinæ, Nā quid refert an in te lapis exiguus. sic descendat vt perimat, an te ingēs obruat Apeninus, seu potius fractus orbis, vt est dictus. si vtrobiq; nil amplius est q̄ mori, nisi quia qbusdam fortasse mors clarior videri pōt, quo maiore infligitur istrumēto. Hęc tandē nostri cōsilij sūma est, qñ & aduersus fulmē aliqd diximus esse remediū, & vtrūq; vel obstando, vel cadendo reliquis malis occurritur ꝯtra hoc vnum nec fuga valet, nec ingenium, nec vis vlla, hunc qui vnus hor-

Abstia cũcta facit, ponẽdum aũ oĩa metus mortis. A liquãto nõ inficior factu difficili⁹ q̃ dictu, sed nequaq̃; impossibile. Et qm̃ ab hac peste, nec tp̃s vllum nec locus immunis est, oibus locis atq; tp̄ibus ad oĩa, quæ vel naturaliter, vel fortuito euenire possint tollerantiã p̄parandum, armandũq; aĩum qđ nisi virtutis amor, vitijsq; odium accesserit vtiq; fieri nequit. Deniq; qñ non cœlũ mõ, qđ in cõtinuo motu est, et elemẽta, vndiq; cominantur, sed & terra cui insistitis, & quæ piculo℞ olim firmissimum p̄sidium sperabatur, ipsa quoq; cõcutitur, incolasq; suos fallit, ac ferritat, ad cœlum animi volatibus ascendendũ. Interq; hos re℞ motus, atq; hominum, oẽm in illo spem hñdam, qui respicit terrã, & facit eã tremere, de quo scriptum est. Ego dñs & nõ mutor. Quisqs in illo vestigia deuote mẽtis affixerit iam in solido, & in tuto erit, neq; amplius, aut ipse mouebitur, aut vllos metuet terræmot⁹. Met. Nõ possum terrẽmotib⁹ nõ moueri. Ra. Potes autem a terra oẽm spẽ, atq; omne desideriũ remouere. Hoc fac vt securus viuas eaq; vel tremente, vel ruente cõsistas. Stultum est firmam in re tremula spem habere.

De peste latissime sequente. Dialo. XCII.

METVS.

Pestẽ latissime sequẽtẽ horreo. Ra. Et hic quoq; nil amplius q̃; mortis est metus, quo deposito plena securitas

parta erit, quũ non is magnis aĩs nõ depo-
situs mõ, sed ne admissus qdẽ esse debeat.
Nã qd minus viri est, q̃ horrere cõia. Met.
Pestem timeo. Ra. At quid aliud tibi si mo-
rieris ad vsitatum genus moriẽdi pestis ad/
diderit, q̃ vt comitatior moriare, sin euase/
ris, vt dulcior vita sit, tot circunfusis, erepta
p̃iculis si mori p̃iculũ nõ natura est, neq̃.n.
oẽs pestis perimit. Alioqui ex hac peste no/
uissima cui par a seculis non fuit, nullus ho
minũ euasisset. Euaserũt multi, qui melius
obijssent, huic vt vides fece solita, nũc etiã
mundus exuberat, quam nulla vnquam
pestis, nulla mortis manus exhauriet tam
concreta est. Met. Pestem metuo. Ra. Dic
(quod est verius) mori times, de quo no/
bis, vt te video in quærelas pronum, ante
q̃ res desinat disceptandum reor, præter
hoc enim quid est q̃ pestis nomen exhor/
reas cum potius (vt est dictum) sollatii ge/
nus sit perire cum plurimis? Met. Pestem
horreo. Ra. Si ad hoc te humani generis
charitas quædam trahit, est quod laudem.
Nihil est magis hominis q̃ humana incõ/
moda miserari, sin tui tantum, est quod ar/
guam. Nam quid pestis nocitura mortali, ni
si vt facias, quod facturus es, nisi illud inter
damna cõnumeres non lugeri, quod in ta/
libus accidit, & feliciores censes, qui multũ
fleti ad superos apud Virgilium memo/
rantur.

DOL.

Tristis sum. Ra. Refert qua ex cã. tristis sis, aut lætus. Ista enim vt alia multi indifferentia dixerim q̃ leui momento possunt esse bona, vel mala. Tristitia nempe de peccato vtilis, modo ne desperationi surrepenti clanculum manũ det. At gaudiũ de virtute deq; memoria bonorum opeꝝ honestum, modo ne ingeréti se superbiæ fores pandat, Haꝝ igitur passionũ ꝑmittentur causę vituperatio illic locũ laudis inuaserit, nunc tñ quid sis tristis cogita. Do. Huius vitę miseria mœstus sum. Ra. Felicitas te lętificet alterius vitę. Neq;.n. tam hæc misera etsi ꝑfecto miserrima sit q̃; illa est felix. Do. Mœstus sum. Ra. Mali huius tot radices, quot sunt quę vno noïe, Aduerse dicitis, de quibus & multa iam diximus, Et vt te pronum in q̃relas video multa nũc etiã sunt dicenda. Est aũt qñ nulla prorsus apparens cã, non morbi, nõ dãni, nõ iniuriæ, non ignominiæ, nõ erroꝝ mores, neq; vllus oïno reꝝ taliũ & inopinus rumor, sed dolendi voluptas q̃dam quæ mœstam aïaꝫ facit. Pestis eo funestior, quo ignotior causa, atq; ita difficilior cura esto. Itaq; hãc ceu aïæ scopulũ, omni belloꝝ vt dici solet ac remorum auxilio fugiẽdam censet Cicero. Cui in hoc quidẽ vt in multis assentior. Do. Pñtis me miseriæ cogitatio mœstuꝫ facit. Ra. Mi

teriam cōditionis humanę magnam multi/plicemq́ nō nego, quā quidam integris vo/luminibus defleuere. Sed in diuersum aspi/cias, multa itidem quæ felicem vitā ac iu/cūdam faciant videbis. Et si de hoc. Nemo hactenus (nisi fallor) scripserit aggressiq́ alij qui desstiterint, q̄ difficilem & cōtrariā scri/bentibus, steriliorem longeq́ imparem ma teriam se sortitos intelligerent, eo q̄ huma na miseria nimis multa prorsus euidenter emineat. Felicitas parua & latēs stilo altius fodienda sit vt ostendi possit incredulis. An aūt vt ex multis summā deliberem parua vobis gaudij cā est? Imago illa similitudo dei creatoris, humana intus in aīa ingenium memoria prouidentia eloquium, tot inuen ta, tot artes huic aīo famulantes, huic corpo ri quibus necessitas vestrę oēs diuino bn̄fi/cio cōprehensę sunt, tantę quoq́ opportuni tates necessitates & tam varię rerū spēs non necessitati tm̄ vestrę, sed oblectationi seruiē tium miris & ineffabilibus modis, tanta vis radicum, tot herbarū succi, tot florū, tā iucun da varietas, tot odorꝝ, & colorū, & saporum & sonorū, ex cōtrarijs orta ꝯcordia, tot aia/lia cœlo terris ac pelago, nō nisi vestris vsi/bus dedita, hoisq́ solius ad obsequiū creata. Nisi.n. peccati iugum sponte subijssetis, o/mniū q̄ sub cœlo sunt dn̄ium haberetis. Ad de collum ꝓspectus, Aprications vallium Vmbrosus saltus algētesq́ alpes, & tepētia

littora. Adde tot salubres scatebras aquarũ, tot sulphureos fumantesq́, tot nitidos & gelidos fõtes, tot infusa & circũfusa terris maria, tot amnes assidue mobiles, & immobili stabilitate certissimos regnoꝝ fines. Adde lacus maris ęmulos & stagna iacentia & riuos inter montiũ cõuexa pꝛ̃cipites, & floreas ripas, riparũq́ thoros & prata recentia riuis vt Vergilius ait. Quid sonoris littoribus spumantes scopulos antraq́ rosida, & flauescentes agros, & vineta gémantia, & cõmoditates vrbium, & rurisotia, & solitudinũ libertatẽ. Quid spectaculorũ oĩum lucidissimum, & augustissimum stellãtis cœli ambitum incõprehensibili celeritate volubilẽ, Inq; illo fixas errantes quas dicitis seu vagantes stellas, solem in primis, ac lunã clarissima mũdi lumina (vt Maro ait) seu lucidum cœli decus (vt Flaccus ait) hinc terrę fruges, hinc vigor aĩantium, hinc varietas tẽpestatum, hinc nos annum, hinc mẽses & dies & noctes & momenta metimur, sine quibus vita fastidio non careret. His accedit corpus licet caducum & fragile imperiosum tñ aspectu serenumq; & erectũ aptũq́ cœlestibus cõtẽplandis. Accedit immortalitas alę, & ad cœlum iter ac pꝛ̃tio exiguo merces inextimabilis, & quæ in finem sciẽs distuli, quia tam magna erant, vt per me illa non capere nisi fidei magisterio didicissem & resurgendi spes & hoc ipm corpus post interi

tum A gl̄le quidem lucidumq̄ & inuolabil/ e multa cum gloria reasumendi, & qđ oēm nō humanam mō sed angelicā dignitatem supereminet, Ipsa humanitas sic coniuncta diuinitati, vt qui deus erat hō fieret, idemq̄ vnus numero pfecte duas in se vniens natu ras inciperet deus & homo, vt hoiem deus faceret factus hō, ineffabilis dei pietas atq̄ humilitas summa hois felicitas ac gloria, al tu m vndiq̄ occultumq̄ mysterium, mirū & salutare cōmerciū qđ nescio an cœlestis, sed pfecto mortalis lingua non æquat. Pa/ rū ne tibi āt vel hoc vno nobilitata cōditio hu mana, parūq̄ expurgata miseria videtur? seu quid oro altius nō dicā sperare sed opta re, sed cogitare hō potuit quam vt esset deus ecce iam deus est. Quid iam restat oro quo vota vestra suspirent? nedum reperire qui/ dem sed nec fingere mauis aliquid relictū ē Certe cum ad salutē vestram se diuinitas in clinaret nō aliud cum posset nisi humanus corpus humanāq; aīas assumpsit, nec ange licæ specie et ascribi voluit sed humanę, vt sic q̄tū te dn̄s tuus amet agnoscas & gaudeas. Ita.n. vt pclare ait Augustinus demōstrauit carnalibus & non valentibus intueri mēte virtutem, corporeisq̄ sensibus deditis quā excelsum locum inter creaturas habeat hu/ mana natura. Quid cū idē ipse vos qui hac sua dignatione tam mirifica angelis quorū ptulerat ipsos vobis angelos custodes adhi

bule, vt modis oíbus vestras inter creaturas excellẽtiam demõstraret. Ait nempe Hiero nymus tãtam dignitatem esse aĩarũ, vt vna quæq3 ab ortu suo habeat angelum sibi ad custodiam deputatũ. Paterna vere & plusq̃ p̃rna de vobis deo cura est. Et vt dictum Sa tyrici parumper inflectam. Vera carior est illi homo q̃ sibi. Quis hæc inter tristitiæ lo cus aut querele? non natura egitur vestra, si culpa mœstos vos, & q̃rulos facit. Do. Mœ stum me originis vilitas & naturæ fragili tas nuditasq; & inopia, & fortunę asperitas & vitæ breuitas, & finis incertus facit. Ra. Multa studio cõquiris vt mœstus sis, contra rio instandum erat, vt honesto gaudio lętus esses. Noui aũt mores, cupide malis vestris incumbitis. Proinde q̃d ad vtilitatẽ originis attinet, aut corporis fœditatem, quicq̃d quo rũlibet ingenijs aceruatum est, non solũ ad mota resurrectione ista, quã vera mortaliũ fides sperat, & glorificando ꝑ corporũ nobi litate deliniẽ, sed p̃nti & decore minuitur, in ter que oĩa diuinæ manus opera singulari quadã hoĩs maiestate, Nã quid ortus obscœ nitas humanæ detrahit dignitati? nõne fœ da e radice procere, frondẽtesq; arbores, her bosum solum gratis vmbris vestiunt? Nõne fœdissimo fimo segetes læte fiũt? nec fasti diẽ origo villissima rei optime, vos segetes dei estis in area iudicij ventilandæ summiq; patrisfamilias in horreo reponẽdę, terrestris

tum A gl'le quidem lucidumq; & inuolabil/ e multa cum gloria reasumendi, & qd oem lnō humanam mō sed angelicā dignitatem supereminet, ipsa humanitas sic coniuncta diuinitati, vt qui deus erat hō fieret, idemq; vnus numero pfecte duas in se vniens natu ras inciperet deus & homo, vt hoiem deus faceret factus hō, ineffabilis dei pietas atq; humilitas summa hois felicitas ac gloria; al tu m vndiq; occultumq; mysterium, mirū & salutare cōmertiū qd nescio an coelestis, sed pfecto mortalis lingua non aequat. Pa/ rū ne tibi āt vel hoc vno nobilitata cōditio hu mana, parūq; expurgata miseria videtur? seu quid oro altius nō dicā sperare sed opta re, sed cogitare hō potuit quam vt esset deus ecce iam deus est. Quid iam restat oro quo vota vestra suspirent? nedum reperire qui/ dem sed nec fingere mauis aliquid relictū e. Certe cum ad salutē vestram se diuinitas in clinaret nō aliud cum posset nisi humanum corpus humanāq; aīas assumpsit, nec ange licae spectet ascribi voluit sed humanę, vt sic q̄tū te dñs tuus amet agnoscas & gaudeas. Ita.n. vt pclare ait Augustinus demōstrauit carnalibus & non valentibus intueri mēte virtutem, corporeisq; sensibus deditis quā excelsum locum inter creaturas habeat hu/ mana natura. Quid cū idē ipse vos qui hac sua dignatione tam mirifica angelis quorū ptulerat ipsos vobis angelos custodes adhi

buit, vt modis oībus vestrã inter creaturas excellētiam demostraret. Ait nempe Hieronymus tātam dignitatem esse aīarū, vt vnaquæq; ab ortu suo habeat angelum sibi ad custodiam deputatū. Paterna vere & plusq̄ pr̄na de vobis deo cura est. Et vt dictum Satyrici parumper inflectam. Vera carior est illi homo q̄ sibi. Quis hæc inter tristitiæ locus aut querele? non natura egitur vestra, si culpa mœstos vos, & q̄rulos facit. Do. Mœstum me originis vilitas & naturæ fragilitas nuditasq; & inopia, & fortunę asperitas & vitæ breuitas, & finis incertus facit. Ra. Multa studio cōquiris vt mœstus sis, contrario instandum erat, vt honesto gaudio lętus esses. Noui aūt mores, cupide malis vestris incumbitis. Proinde qđ ad vtilitatē originis attinet, aut corporis fœditatem, quicqd quo-rūlibet ingenijs aceruatum est, non solū ademota resurrectione ista, quā vera mortaliū fides sperat, & glorificando ꝑ corporū nobilitate delinit, sed pñti & decore minuitur, inter que oīa diuinæ manus opera singulari quadā hoīs maiestate. Nā quid ortus obscoenitas humanæ detrahit dignitati? nōne fœda e radice procere, frondētesq; arbores, herbosum solum gratis vmbris vestiunt? Nōne fœdissimo fimo segetes læte fiūt? nec fallit origo villissima rei optime, vos segetes dei estis in area iudicij ventilandæ summiq; patrisfamilias in horreo reponēdę, terrestris

fuerit origo, quam nobilis, ac cœlestis ex pte sit, sed fuerit qualiscunq; ortus quantũlibet difficile incrementũ, sedes vltima cœlum sit. Quid illa nuditas, imbecillitasq; corporea, multarũq; rer graui sindigentia quæ humanæ conditionis infamię ascribũtur? Variarum nonne artium, ac multiplici remediorum supplentur auxilio, vt magis ad gloriã hois q̃ miseriam trahi possit qꝫ animãtib° cęteris rõne carentibus ꝑualidam cutim vnguesq; & villos mater natura ꝓuiderit homini vnum repertoré oium cõtulerit intellectum, vt illa.s. alieno, hic suo quodã proprio & interno ꝑsidio tutus esset, cętera q̃tũ nascẽtib° obtigisset, & nõ amplius vnus hic tantum haberet, quantũ viuendo, meditandoq; sagaci assequi possit ingenio. Sic senis dñs, ac bulbucis si quid forte cibi nobilis largiat, suam cuiq; portiunculã assignat, vxori nihil aut filij, vt illi hoc tm̃ hi ꝑ eorũ captu plus minusue percipiant, sic illis frenum præponitur, his libera. Animantibus igitur quæ vel senio, vel scabie depilata, aut caligantia oculis, aut pede clauda conspicimus remedij nihil est, nisi ab homine constratur. Homo aũt per se nudus ingenio vestitur atq; ornatur. Et si res poscat armatur. Claudus, atq; debilitatus equo aut naui fertur, aut vehiculo, aut auxiliantibus bacillis innititur. Deniq; modis sese oĩbus adiuuat attollitq;, quin amissis artub° pedes ligneos,

Manus ferreas, nasos cęreos fabricari didi-
cit, & fortuitis casibus obstare. Valetudines
fatiscentē medicaminibus erigit, gustumq́
torpentē saporibus excitat, visum languidū
ocularibus refouet, qua in re maioribus ve
stris acutius cogitasti, qui vasculis vitreis
aqua plenis (vt Seneca meminit) vtebātur,
prope delectabilis naturę ludus, blanda pa
rens ac benigna, qđ hinc filio eripit, inde re-
stituit, & cum tristē fecerit consolatur. Quid
ꝙ equus, bos, elephas, camelus, leo, tigris,
pardus, & similia quantarūlibet virium cū
senuerint contēnuntur cū obierint nō sunt
cedunt senio, succūbunt morti solus hoies
virtute ꝑditum quę hominis solius est pro-
pria, & venerabilem senectus & inglorio-
sum ac felicem facit, transferens non extin-
guens. Et ad summā animalia quędam ro-
bustiora sunt hoie, quædam velociora, q̄dā
sensibus vegetiora, nullum dignitate ꝑstanti
us. Nullum cuius par cura creatori fuerit.
Dedit sphericā capitis figuram, effigieq́ syde
ream. Pronaq́ cum spectēt aīalia cętera ter-
ram, Os hoī sublime dedit, cœlumq́ vide-
re iussit, & rectos ad sydera tollere vultus
(vt ꝑclare ait Naso) licet dictum prius a Tul
lio. Dedit oculos, dedit frontem, in qbus se
creta aī relucerent, dedit rōnem, dedit orō-
nē dedit lachrimas, dedit risum, affectuū si-
gna latentium, quę q̄uis ad argumētū mise
riæ quidā trahat ꝙ fletus ꝑcos risus serus &

Ortus.n.statis flet, ante diẽ quadragesimũ non ridet, id vel maxime prudẽs aial argu it, venturiq; pſcium, nõ equidem finis, quẽ virtutis gubernaculo felicem dico, ſed diffi cilem ꝙ ingreſſus eſt ſtadij, atq; inſtãtiũ la/ borũ. Deniq; ꝙ quodcunq; robur eſt alijs, quęcũq; velocitas, q̃cũq; opportunitas, quę cunq; cõmoditas, tota hoi deſeruit. Ille ido mitos boues ad iugu3, & feroces equos ad frenum cogit. Vrſos vnguibus, apros denti bus, ceruos cornibus metuẽdos decus fecit ille mẽſarũ Lynces vulpes, & in finita id ge nus, quia eſui non erant, vſui pellis, ac corij reſeruauit, retibus maria, canibꝰ ſyluas, vo lucribus cœlum omne luſtrauit, & quibus cũ nullũ erat hoi cõmercium humanas vo ces itelligere, & humanis nutibus obſequi docuit, ſic ex omni naturæ parte partũ ali/ quid. Non eſt tibi bouis robur, at tibi bos arat. Nõ eſt tibi equi celeritas, tibi tñ equus ambulat. Non eſt tibi Herodij volatus, ſed Herodius tibi volat. Non eſt tibi elephãtis, aut cameli moles, ſed ille tibi turre3 vehit, hic ſarcinam. Non eſt tibi cerui corium, nõ agni pellis, aut vulpeculę, ſ3 illi hęc tuo no mine poſſident. An ne igitur his, q vos in opes talium dicunt, haud inelegans rñſu3 illud ſit Romani ducis habere iſta hominẽ nolle, ſed hæc hñtibus iperare? & hæc qdẽ mõ breuiter, partim philoſophice, partim catholice dixerim. Ad ægritudinẽ vero ani

mi (ita.n.hanc philosophi appellát) & depellendã, & tranquillitaté reuehédã proderit nosse, qd de primo Cicero in thusculano suo tertia luce differuit, qd de scdo Seneca in eo libro, qué de ai tranquillitate cõposuit. Festinat quidem ad alia, & spectãti metam nõ vacat vniuersa cõplecti. Pro tpe igitur alligatũ vulnus, ostensiq; medici animorum, qbus, si hæc non sufficiũtvti q̃as. Iã tria illa quæ vltimo q̃stus es ne rñso quides digna credidit, qñ & asperitas fortunę ipsa est de qua magna pars huius secũdi colloquij nostri fuit & futura est, & asperitates ipsam breuitas lenire debet, ac minuere, & incertum vitæ fines statuit natura, vt p̃sens semper, aut proximus crederetur.

De ægritudine dentium. Dialo. XCIIII.

DOL.

Dentiũ vexor ægritudine. Ra. Quã tũ fidas intestinis vide, ossa te ipsa destituunt. Do. Tremere dentes incipiũt. Ra. Quid mollibus spei est? duri & solidi nutant artus. Do. Dentibus ęger sũ. Ra. Inualidum, & caducũ animal est hõ, cui etiãm quæ p̃ualida videbãtur infirma sunt. Do. Magnus me dentiũ dolor habet. Ra. Et quæ ad decus p̃cipuumq; oris robur obtigerant, doloris in materiã verti vides, vt intelligas, q̃; mãsura sint hęc cui tam securus insides mortalis cõpago domicilij. Do. Iã mihi vnus, alterq; dens cecidit, Ra.

Iam ergo vel hinc existima quātum dēō de
beas, tot tantisq; muneribus, quorū paucis
simis, ac minimis caruisse supplicium, & fle
bile dānum ducas, digna igratitudinis pœ
na est seruus vt dñi largitatem quā psentem
spernit absentem lugeat, & quā lucris intel
ligere noluit damnis intelligat. Do. Iam den
tibus exarmatus sum. Ra. Iam inhermis cū
voluptate luctaberis, minus comedes, parci
us ridebis, letius mordebis alienā famam.
Loqui parantem fracta sepes dentium fre
nabit, si non castitas saltem pudor ab illici
tis osculis senilem petulantiam cohibebit.
Do. Iam mihi senectus dentes fregit. Ra. Iu
re suo illa vsa est. Tu naturæ gratias age, q̄ ti
bi hoc suo dono vti permisit in seniū, quod
a multis i iuuētute repetūt, qualis fuit apud
vos ille mō regum maximus, qui adhuc vi
renti euo pene dentibus caruit, etsi iuueni
lem hanc iacturā senili postmodū eximio,
oculorū (vt ipse aiebat, qđq; ipse tacebat) in
genii atq; ai vigore solabatur, exēplum vtile
oibus, aliquo vel naturę, vel etatis Incōmo
do affectis, ne singula defleant, ne ve oēm
solutum teporē munificentię cœlestis iniu
riam vocent, sed seruatis perdita mulceant,
aspera lenibus, dulcibus acria. Do. Dentes
mihi rapuit senectus. Ra. Hos si illa non ra
peret, raptura mors fuerat, plenā ossium se
pulturam inspice, testarū dentes arentium
primum quidem terrifice albicantes, mox

ruptis vultos radicibus, atq; effusos vides: non hic numerus non hic robur, decorq; valuerit. Filia Mithridatis pōti regis, vtroq; gemino ordine dentiū fuisse legitur. Prusiæ vero Bithiniæ regis filius ꝑ superno ordine dentium vnū inferioribus cunctis parē hoc est vnum os ab vna in alterā maxillā nec inuenuste, nec incommode protentum habuisse. At Zenobia Regina oriētis inter cæteras formæ laudes, tanto dentiū nitore describitur, vt interloquendū, ridendūq; nō dentibus, sed candidis Margaritis plenū os habere videretur. Horū quoq; nunc busta ꝑquire, singulari nihil inuenies, cuncta pridem ęqua oībus sparsit, & atriuit mors. Nimis corpus amatis, ac membra mortalia, nimis aīum immortalē, ac virtutem sperni tis. O cæci semper, & iniqui rerū æstimatores. Do. Iam sine dentibus sum. Ra. Iam ergo dentium dolor nullus, sed nullū quoq; ꝑdium, nullus vsus sine dentibus cum labore ꝓmolēdus cibus. Et nisi dissimulas cogitandū eo tibi iter instare, vbi nil editur, atq; vbi solo gaudio, cibisq; aīe viuitur.

De ægritudine tibiaꝝ Dialo. XCV.

DOL.

Tibiarū vexor ægritudine. Ra. In oī ædificio periculosissimū est illud vitium, qd fundamentis insidet. Cætera.n. vtcūq; corrigas, hoc ruinā trahit, qua instante, quid est reliquū nisi, vt q̄ primū e

satisfecit migretur hospitio? Do. Tibiarum ẽgritudine sua affectus. Ra. Huius ẽgritudinis, vt multarũ cã fere oĩs nõ aliunde q̃ ex vobis ipsis est. Iure igit̃ in vos, ex vobis orta reflectitur, obliti.n.illud ↄsilium Sapiẽtis, Palpebræ tuæ p̃cedãt gressus tuos, & illud alterius primum argumentũ, cõpositæ mẽtis existimo posse consistere, & secũ morari, neq; consistere potestis, neq; gressus vestros attẽdere, sed vt cœci p̃cipites, hac illac palpitando discurritis. Quid miri igitur, si nunc ad lapidem, nunc ad lignum offendi tis. Illud plane mirabile est, q̃ culpas vestras insonti tribuitis naturæ, quin etiã voluptas mira demẽtiæ, equoru3 vos frementũ tuc bis ingeritis, vnde sępe ferratorũ calciu3 vestigia reportatis. Nõne tibi vr̃, qd̃ apud Ciceronẽ3 vni dicitur pene oĩbus conuenire? Hęc mala inqt stultissime tota ĩpe tibi addidisti. Sic est hercle. Nolite vos fallere mala vestra magna ex parte vobis ipsi facitis? q̃ postea deploretis. Tu si domi p̃stitisses, hoc est tecum, neq; hanc forsan ægritudinem, neq; harũ q̃relaru3 mãm inuenisses. Vaga vita, & instabilis, q̃ varijs afficiatur incommodis non iniustum est. Do. Tibiæ dolori bus agitor. Ra. Si tu cã3 doloribus p̃buisti gaude culpam plecti, si minus exortem culpæ aium solare. Et si doles molestiã adesse at abesse culpam gaude. Vtcũq; se res hẽat doloꝝ cuspidi, patiẽtiæ clypeũ oppone per-

petuuȝ in omni anxietate documētū, quod nulla vnq̄; medicina salubrior reperit. Do. Tibiæ doloribus ꝑgrauatus sum. Ra. Cōsu lent medici vt iaceas, nec te lecto moueas, haud inepte illi quidem, vt post damnū fa cias qđ ante debueras. Ego aūt de illorū cō silijs nil amplius dicam, sed tu ipse quanti ea sint ꝑcij tuo disces impēdio. Idem tñ con sulam, qđ medici, sed respectu alio, illi. n. te iacētem fomētis adhibitis instaurari posse facilius opinantur, dum ad locum dolentē nec spiritus adeo confluunt, nec humores, stanti confluerent aut eunti. Ego te in tuo lectulo compositū, qcquid de salute corpo rea euēturū sit repositis interea curis oībus tranquillo tantisper accubitu mitigatis an goribus de sepulchro aliqd cogitare, quali terue ibi sis iaciturus & p̄ntis status tui con ditionē metiri velim, mortēq; ipsam antēq̄ veniat tā familiarem tibi efficere, vt nō hor reas veniētē. Mors. n. sola est q̄ possit mor tale corpusculū ab oī ægritudine liberare.

De cœcitate. Dialo. XCVI.

DOL.

O Culos ꝑdidi. Ra. O quot simul vi tæ fastidia ꝑdidisti, quot fœda spe ctaculorū ludibria nōvidebis. Do. Amisi oculos. Ra. Frontis fortasse, nō pe ctoris. Hi superāt, bene hȝ, salua res est. Do. Cœcus sum. Ra. Non videbis solem am plius, sed vidisti, & qualis sit animo tenes,

tat si non vidisti vt in parte fors durior, sit desiderium lectus ignotę rei. Do. Oculis careo. Ra. Cœlū terrāq; non aspicies, sed cœli, terręq; dn̄m spectādi facultas non eripitur. Multum illa clarior est visio. Do. Cœcitate perpetua damnatus sum. Ra. Nō videbis amodo frōdosas valles, aereos mōtes, floreos cespites, vmbrosos specus, lucidos fōtes, vaga flumina, prata virētia, qđq; pulcherrimum visu dicunt humani oris effigiem. Sed nec cœni cumulos, nec vndantes cloacas, nec laniata cadauera, & quicquid aspectu fœdo stomachū lædit. Do. Oculorum luce priuatus sum. Ra. Vt malo huic nil aliud boni insit q̄; q̄ hos ludos enormium penitusq; deformiū habituū nō spectabis, optāda cœcitas, quā etsi optabilē fuisse sępe olim fatear, ęque vnq̄; nego, q̄n quidem spes fugę nulla est, quocunq; terrarum vertens par insanię regnū, par virtutis exilium hoc in statu perdidisse oculos, fugę & solacij genus est. Do. visum perdidi. Ra. Et fœminei vultus aspectū. Gaude igitur clausę q̄ n̄ mors intrabat sunt fenestrę, multisq; vitijs obstructum iter, auaritia, gula, luxuria, pestesq; alię suos ministros, ac satelites amisere, q̄; tum aię tuę hostibus demptū est, tm̄ accreuisse tibi credito. Do. Perdidi oculos. Ra. Perdidisti duces malos, qui in pcipitium te ducebant. Mirū dictu, sępe quidē lucidissima pars corporis totā animā in te

nebras trahit tam vocantes ad meliora spiritum sequi incipe, & veritati pbe aure clamanti. Nolite qrere quę videntur. Quæ.n. videntur tpalia sunt, quę auté non vidētur æterna. Do. Luminib' careo. Ra. Culpis tu careres plurimis, si his perpetuo caruisses, nunc venturis malis occurrāt, virtus ac cœcitas, pterita deleāt dolor ac pœnitētia neu lugeas cœcitatem, mētis oculos aperturā, lugendum forsitā q dilata est. Do. Lumen oculorū pdidi. Ra. Lumē alię vex serua. Solent q alterum oculorū amiserunt (vt aiūt) acutius videre. Id si ita est, quid rear, nisi vt duobus pdicis duobus aliis acutissime videas, & tuum facias illud Tyresiæ cœci vatis, s famosi. Obruit ora deus totāq; in pectore lucem detulit. Infelicem te vereq; cœcus & prsus exoculatum, si hūc ēt perdidisti, qđ vt suspicer, tuæ si pergis, faciēt qrelæ pditur nempe flebilius, qđ vnicum est habēti. Do. Oculos mei capitis pdidi. Ra. Purga igitur, & absterge quos nō pdas, & externis pereūtibus ad interna reflectere. Illic mihi crede non in oculis habitat felicitas illa quā qris. Do. Lumen oculis nō video. Ra. Disce vel in tenebris gaudere. An tibi Antipatri Philosophi risum excidit lasciuum fortasse, sed pprium cuius cœcitatem cum amicæ mulierculæ deplorarēt iocans. Nulla ne ingt vobis vr voluptas esse nocturna. Facete ille quidem, breuiterq;. Multa.n. sunt

in obscuro gaudia, sicut & i luce dolor multus. Ogo autē tibi hōesti solius hortator sum Do. Amissos oculos qror. Ra. Si vsurus male gaudendum potius prepta tibi nequitiae instrumenta. Sin bene, nec sic quidē ē qđ hoc leas, rem decorē visu, sed pietati, ac sancto ꝓposito minime necessaria amisisti, non mēbra sed aīum qrit deus, Purū illi totumq; & offer, quē vbi acceperit, quicquid est reliquū acceptum feret, nil sibi retinuit, qui aīum dedit. Do. Corporeos amisi oculos. Ra. si ad coelū niteris cōsolare cum Didimo, quē coecum ab infantia, inq; hac coecitate vsq; ad exitum summo virtutum exercitio insignem sacer Antōius senem visens nihil moueri debere ait, eo ꝙ oculos amisisset cōes sibi cum muscis, & muribus, & lacertis, sed gaudere, ꝙ oculi cōes illi, cum angelis salui eēnt. Antonianū vere, coelestisq; magistri discipulo dignū verbum. Sin ad liberaliū studiorū decus aspiras, Homerū, ac Democritū contemplare, quorū alter (vt fama est) dum mira illa ac diuina dictaret oculis non videbat aīo lynceus. Alter sibi oculos eruit, ne videret multa, q̄ vt ipse arbitrabat veri visus eē impedirēt, cuius factū, q̄; vel laude, vel vituperio dignū fuerit nō disputo, sed inuenit imitatores. Quod si picturam forte, sculpturā ue, Apellis. aut Phydie artē tibi mente delegeras, amisisse te aliquid non negem nisi hoc ipm lucrū est, ab incoepto humili

retractum

retractus cogi altius. Do. Coecitate inops & Inutilis sum. Ra. Quid te ipm ecce deseris. Nā Tyresias de quo supra diximus, cœcus visu vaticiniis clar⁹ fuit. Nū Dyodorus stoycus, q̄ familiaritate Cice. q̄; secta notior sua visum pditū auditus solacio leniabat cū ei, vt Cice. ibidē ait libri p noctes & dies legerētur: quibus in studijs oculis non egebat. Hic et philosophiç simul & fidibus, qđ q; sine oculis fieri posse vix crederes, geometricis quoq; descriptionib⁹ operā dabat, et alienis manib⁹ lineas ptrahi iubēs suo de illis ingenio discerebat. Caius Drusus absq; oculis sed iuris ciuilis notitia tāta fuit, vt dom⁹ ei⁹ ꝯsultoꝝ frequētia cotidie repleretur. Et videbāt illi qua iretur ad forū recti⁹, q̄; iretur ad cāæ victoriā nō videbāt, atq; iō cœci ducis patrociniū iplorabāt. Sed clarissimus oium quos famosos cœcitas habuit Appi⁹ Claudius, & re cœcus, & nomine q cœcitate ꝑs sus ac senio, nō priuatis modo cōsilijs a populo noscebatur, quisquis in iure. vel in facto scrupulus incidisset, sed authoritate, ac sententia senatus regebat, vniuersam q̄ Rē pub. gubernabat. Tu cōfestim vno destitutus sensu reliquos oēs, atq; insuper menteq ipsam abijcis, haud aliter q̄; qui vnius dāni leuis impatientia, & vitā, & vitæ instrumēta proijciunt desperatione ꝑcipiti. Do. Cœcus sum, nec quo pergas video. Ra. At dux tuus videt, siue is est aīus, siue vnus aliquis

Et more cæci gressum dirigēs, cuius ductū
non modo rectum iter inuenias, sed ad cō
temptū vitę nobilem, et pclarę virtus actus
vltimos ad fastigia summa peruenias, neq;
nisi vis animi defuerit generosum facinus
lux amissa præpediet. Meministi quid sa/
cris sanson in lr̄is, qd ciuili bello apud Lu/
canū Massilię Tyrrhenus agat in ęquore, de
quo quidem, si poeticæ tubę minus est fidei
illud certius atq; recētius recordare, qđ ęta/
te gestum tua videre oculis potuisti. Vt Ioan
nes Rex Bohemius duorū sine medio Ro
manorū principū alterius filius, alterius pa
ter oculis semper infirmus, multos ad extre
mum annos cœcus, bello hoc qđ inter gal/
lum, cui ille fauit, ac Britānum regē, sex iaz
lustris agitur, dum pugna illa oīum asperri
ma, cui ambo reges intererāt inclinare for
tunam sue partis intelligeret duces suos cla/
ra voce cōpellans. Dirigite me inquit ocius
in eam partem, vbi rex hostium est, atq; oē
robur exercitus sui, qđ cum mœsti, ac trepi
di fecissent, ille equo stimulis adacto, eo se
pcipitē dedit, quo spectare alij cœcūq; ocu
lis prosequi vix audebant, vbi cōfertissima
hostium in acie, nō fortiter modo, sed hor
rifice pugnans ruit, ipsis mirantibus & lau/
dantibus qui vincebant. Rem narro notaz
oībus, sed nisi mādata sit literis obliuione
perituram, & quid oro gloriæ viri fortis ob
fuit visu caruisse? nisi vt quez virtus & natu

ra mirabilem fecerant, stupendum cœcitas faceret. Do. Cœcus sum. Ra. Iocari incipiã ni desistas queri. Nam quid aliud, si vir es attulisse tibi cœcitas quiuit, q̃ꝫ ꝙ de se ipso cœcus effectus Asclepiades ait, vno scilicet vt puero comitatior gradiare.

De audito perdito. Dialog. XCVII.

DOL.

Perdidi auditum. Ra. Iter ecce aliud tædio ꝑdusum est. Multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia, multa vtroqꝫ calle fastidia in animũ penetrant, quibus eustandis ex ęquo pene optabiles videantur cœcitas surditasq́ꝫ, habẽt tñ hæ suas incómoditates vt reliqua fere cũcta mortalium, amarũq́ꝫ aliquid non nego, sꝫ patiẽtia mollius, ac virtuti impar. Vbi q̃nã sit has inter ꝓportio incómodorũ haud facile dixerim, nisi ꝙ illa periculosior, Ista ridiculosior. Nam quodammodo amẽtes videri solent, qui surdastri sunt. Cœci vero magis miseri iudicantur. Itaqꝫ surdos risu, cœcos miseratione ꝑsequimur. Sapiens vtrũqꝫ cótemnit, nec quid alijs videatur æstimat, sed quid sit. Do. Audituꝫ perdidi. Ra. Adulantium iam susurros, atqꝫ obtrectãtiũ iurgia euasisti diuersimoduꝫ sed par malũ nisi ꝙ aliquãto virilius est iurgijs q̃ꝫ blãdicijs adhibere aures. Illis namqꝫ medicamentũ aliqñ, h s venenum inest semp. Illud ergo sępe mordendo sanat, hoc mulcedo inquinat,

atq; ita peior est falsus amor vero odio. Do.
Amisi auditum. Ra. Iam quod ars Vlyxi prestitisse fertur, tibi vel natura prestitit vel casus aliquis, vt si syrenum cantus surda tutus aure pertranseas felicem te si æstimas, quot inde pericula penetrare in aium potuissent, quotq; olis ide mēdacia, quot errores, quot demu3 molestię subiere. Do. Auditū amisi. Ra. Philomenā3 credo, vel citharā, tibiasq; non audies, sed nec rudentes iidem asellos, nec grunientes sues, nec vlulātes lupos, nec latrātes canes, nec sæuiētes vrsos, nec rugiētes audies leones, nec gementes pueros, nec altercantes aulculas. Nec postremo his oib' grauiores vndiq; psonātes stultoꝝ risus ineptissimos, & incōditos fletus, & cōfusas voces, quo nullus vsq; sonus inamœnior. Do. Auditu careo. Ra. Multiplicibus ereptus es fraudibus. Nulla re crebrius fallunt hoīes, q; verbis. Nihil huic periculi est surdo. Do. Obtorpuere aures mihi. Ra. Periculosa ps corporis, pcipueq; principibus, qui per illas adulatorū flatibus tumefacti, sæpe cum populorū risu, suaq; pernicie crepuere. Do. Auditus hebet. Ra. Si cum aliis loqui phibitū est, tecū loquere, Ciceroniani memor illius. Qui secum loqui pōt sermonē alterius nō regret, q; uis & colloqui surdo quoq; pmissum legendo. f. scribēdoq; cum antiqs nempe loquitur qui legit, at cū posteris qui scribit, ad hęc cœlestis philosophiæ libros, et q

legit deum audit, & qui orat alloquitur. In hoc quidem gemino colloquio, nec lingua, nec auribus opus est, sed oculis, digitisq́; ac deuoto aĩo. Et hic igitur, vt in multis nostrí consilium Ciceronis amplectemur, vt sicut cæcus aurium, sic se surdus oculoꝝ subsidio consoletur. Tu proinde si audire hoĩes non potes scriptos ab hoĩb⁹ libros lege, & legẽdos ab hoibus libros scribe. Cœlum ꝑterea ac terras, & maria respice, horumq́; omniũ authorem in silẽtio cõtemplare. Nil ad hoc surditas ista nocuerit, multum fortasse ꝓfuerit. Do. Auditus me destituit. Ra. Quib⁹ tonis aut numeris, aut diapente constet, aut diapason, qbusue ꝓportiones alię, quę tractantur a musicis noscere, vel surdus põt. Et q̄uis humanæ vocis fidiũq́; vel organi modos auribus non audiat, si tñ cãs animo tenet, delectationem intellectus haud dubie ꝑfert aurium voluptati. Finge, & hos ipsos musicos numeros surdo ignotos mõ virtutis numeri nõ sint, seq; in illis exerceat bene est. Nil hic quoq; surditas nocet. Melius.n. multo est bonũ fieri, q̄; doctũ, & si abũde doctus ac sapiens sit, quisquis abũde bonus est, at qui malus idem, & insipiens, & indoctus oĩum licet, q̄ sub cœlo sunt eruditissimus literarũ. Do. Auditus elanguit. Ra. Bñ q̄ hoc tibi nõ prius accidit, quã fidem, quæ auditu maxime constat acciperes, illam habens. Quid q̄reris? seu quid q̄ris? Si hoĩum

cantus, aut volucrum non percipis cantibus cor intende cœlestibus, internaq; aures deo applica. Do. Nō audio. Ra. At cogita, & dic tibi. Si nō audio, quid seu ad me, seu de me hoīes loquātur, Audiā qd loquatur in me dn̄s deus. Illi.n. sæpe bellū, hic loquitur paces semp. Do. Nil penitus audio. Ra. Multi silentium appetentes, longis peregrinationibus fatigati sunt, vt aliqbus abditis & remotis in locis, qd cuperent inuenirent. Tu qd ab alijs operose quæritur, vbi libet tecū habes disce ias bono tuo vti, & trāsacti memor strepitus, veterumq; tumultuum. tandem incipe silentio delectari.

De tædio vitæ. Dialog. XCVIII.

DOL.

Vitę me tędium ingens tenet. Ra. Ex pmissis ortus malum, quo nescio, an vis aliud piculosius, quippe molestissimum per se desperationi quoq; cōtiguum, atq; ad illam via est, pro quo nominatim institutum est vestris in templis auxilium implorare feliciū animarū, q̄ terrenis tędijs, vinclisq; corporeis resolutę cœlestib⁹ perfruuntur gaudijs, ac securitate mētis ęterna. Do. Multa me vndiq; vitę tædia circundant. Ra. Propellenda tędia cogitationibus lætis, ac spe bona amicorū solatio et libro & et delectationū honestarū alterna varietate, atq; exercitus ineūdis inertię fuga, sed in primis patientia rerū, et longanimitate solu

ctia, neq; vel pñtium odio, vel futuri desiderio, nec metu deniq;, nec spe vlla anticipandus vitæ finis, q̃d stulti quidã, ac miseri fecerunt, qui dum paupertatem, vitæq; tędia ac labores tpales fugiũt in ęternos incidũt. Sine Ciceronem nostrũ loqui morte Catonis huius vltimi suis in libris officialibus excusantem. Sine loqui Senecam, & hãc ipsam miris laudibus celebrantem, & multis in locis disputantem certis ex causis arcessendam manu mortem, verior altera, multoq; melior Ciceroniana sentẽtia, qua & tibi et piis oibus retinendus est aĩus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille vobis est dat' ex hoĩum vita migrandum, ne. s. assignatum munus diffugisse videamini, quin, & illud e cœlo tibi etiã dictum crede nisi te deus is cuius est templum hoc oẽ q̃d aspicis istis te corporis custodiis liberauerit, huic tibi aditus patere nõ põt, & ad summam caue, ne aut vllo vnq̃ vitæ tædio ita mortẽ cogites, vt occupare illam tibi licitum putes, aut vllo gaudio ita non cogites, vt incautum illa animum improuisa deiiciat.

De grauitate corporis. Dialo. XCIX.

DOL.

Rauis sum corpore. Ra. Queri posses, si vt volueris ad volatum, non vt vir ad virtutem natus esses. Do. Graue corpus & inhabile est. Ra. Hanc q̃relã Roscio dimitte atq; Aesopo. Tu si vel peg

arctum circulum flecti, vel per funes arcū labi nequis quid ad rem. Ito cum viris bo/nis gressu sobrio. Gestus, ac saltus histrionū sunt. Sapiētes, vt in actibus, vtq; in verbis, sic in incessu grauitas decet, atq; modestia. Do. Graui corpe sum. Ra. Hæc grauedo vna comitū senectutis esse solet, ne q illā amise rit, hāc excludat, q̄uis interdum nō ætatis, s; naturę comes inueniatur. Vnde fit, vt & iuuenes graues, & seniculos agiles videa/mus. Cæterū, etsi graui sub corpore, sæpe aīus leuis, & sub leui grauis habitet, corpris tñ, atq; animi pportio quædā, pa rilitasq; si obuenerit haud spernēda est. Do. Moles corporis ingēs est. Ra. Non miror q̄uis in uisibilis animi moles, & cōstantia, hanc il li obijce nihil graue erit. Do. Mole corpea demergor. Ra. Agilitate mentis emerge, & illam extenuare, ac discutere laborādo stu de, circūeundo res multas, & difficiles agē/do, exercitio mētis, & corpo ris exilio volu ptatum, pelle ocia, arcesse negocia, sperne li bidines, odi inertiā, curas ama, mollicie m abijce, sectare duriciem, asperis delectare, ci bo, potu, accubitu, sessiōe, intētione perpe tua, somno breui, ac sollicito. Do. Mole cor porea laboro. Ra. Alius cōtrario, alius alio laborat. Nullius sine labore vita agitur, sed quisquis suum nouit, alienum vel despicit, vel ignorat. Do. Multū corporeæ molis ex tuli. Ra. si hominis nomen, qd mortale

est aial, ab humo dicitur, sic maxime ho-
mo erit, multa humo obsitus, nō pōt tñ sic
cœlestez naturā terrestris obruere, quin as
surgat, nisi se surdā virtuti & male suadēti
credulā pbeat voluptati. Do. Graue corpus
alam pmit. Ra. Ipm collige aium, & enor
mem sarcinaz magno nisu perfer, ac cogi
ta sæpe cœlestia ingenia ex hoc fasce corpo
reæ molis erūpere, & miraz ad altitudinē
puenire. Do. Corporis onere pgrauor. Ra.
Et si vinci nequeat natura, omni tamē stu-
dio enitere, vt indies, & virib' tuis accedat
aliquid, & sarcinæ detrahatur.

De grauis ingenij tarditate. Dialogus. C.

DOL.

AT graui duroq; sum ingenio. Ra.
Grauedo molestior, sz hęc quoq;
minuitur, si diligenter intenderis.
Do. At pigro obtusoq; sum ingenio. Ra.
Quid tu igitur huic morbo indignatiōe an
lamentis succurrendū putas? Longe alio re
medio res æget, nō est indulgēdū somno
non libidini, non cibo, non vino, non ina
nibus fabulis, non captandæ excusationus
causæ, & reflexa in naturā culpa inertię suc
cumbendū, sed vigilandum, cogitandū, su
spirandum, anhelandus, enitendū, assurgē
dum, incitanda vis animi, excutiendus tor
por, propellenda segnities, abstiendū volu
ptatibus, incūbendum studijs. Nil tam gra-
ue q̄ non leuet, nil tā duruz qd̄ non leniat.

nil tam obtusum q non acuat, nil tam pigrum qd non vrgeat, nil deniq; tam defossum, tāq; obstrusum qd non eruat, tam sopitum qd non excitet intentio. Do. Ingenio tardo sum. Ra. Qui velocitatez ingenij laudem dicunt, tarditatem dicturos in famiam certe scio. Malim tñ ingeniuz tardū, ac modestum, q̄; velox & pruptū. Naz vt inde nō insignis glorię, nec spes operū magnorū, ita hinc errorū grauiū, et turpis ignominię metus est. tolerabilius aūt multo est fieri inglorium q̄; infamem. Do. Ingenio segni sum. Ra. Quod eqs segnibus fieri solet, stimulos adhibe, non hinc tibi corporis excusatio, sz laboris occasio data est. Sunt qui statim, qd non vltro prouenerit deferendū putēt, at tu pme, insta, cōtende. Generosum aium difficultas erigit, alit labor, illuc maxime nitit, idq; pluris ęstimat, vbi resistentię plus inuenerit. Factū studio ingeniosum Socratez legis, disertūq; Demosthenez, et q̄; multis idē accidit, singulare qdem nomen pauci occupāt. Rarior est fama q̄; meritū. Do. Ingenio habes sum. Ra. Nō tibi profectus iō spes erepta, sed industriæ inuēta necessitas. Gloriosius aūt tanto est studio prouehi q̄; natura, quāto satius pposito loqui, boni aliqd agere, q̄; casu. Do. Ingenio tardo prorsus, et inualido sum. Ra. Si lr̄is nō potes, at virtuti stude. Nemo nō ad illā satis ígeniosus, vbi nō acumen q̄ritur, sed voluntas, ad quā qdā li

teras nil pdesse, aliJ obesse et opinati sunt, ideo q; desertis studijs in solitudines abiere & eximiæ illis scientię loco fuit ignorantia, lrarum, de quorum iudicio pronunciare difficile est. Idē (de quo ɔstat) extremū accipe. Nemo te fallat, nec te vulgi stupor, nec stultorū voces moueāt. Mai' tutius q; ē virtute, q̄; lris clarū fieri. Itaq; semp illud optabile, sæpe istud formidabile res ondit, qꝫ si ad virtu. ē ai lrarꝫ lux accesserit, tū demū cōsumatum quiddā atq; perfectuꝫ est, ea quidem, si qua in rebus hūanis pōt eē pfectio.

De inopi & infirma memoria. Dial. CI.

DOL.

Sed memoria īopi & infirma sum.

Ra. Est hęc alia senectutis infamia haud verior q̄; reliquæ, sed vt vera sit, huic quoq; studit ope subuenias. Do. Memoria labascit. A desto ne corruat, & labentem iugi exercitatione sustenta. Fac qđ muro ruinam mināti, adhibe repagula opportunis locis, & fragilē crebris, ac validis adminiculis circūualla. Do. Memoria fluxa est. Ra. Diligētia, et artificio illā stringe, cūctis īgenii memorięq; defectib' occurrit industria. Nil patiē industria pire, nil minui. Hęc est q̄ phos et poetas senes, virētissimo īgenio ac stilo, hæc est q̄ decrepitos oratores voce solida, validisq; laterib' ac tenaci memoria fuare pt, qđ nisi sic eēt, nūq; Solon et cotidię discēs aliqd senesceret, & supprmū

gẽs spm̃ ad colloquũ assidẽtiũ amicorũ, cũ ipsa tã q̃si morte ꝯsurgeret, nõ Crisipp⁹ acutissimum illud ac ꝓfundissimum volumẽ cœptum iuueni in extrema perficeret senectute, nõ Homerus illa ętate diuinũ, & cœleste opus excuderet, nõ Symonides octuagesimo vitæ anno in pierius illud certamẽ iuuenili feruore animi, senili ãt maturitate descẽderet, non quarto & nonagesimo Isocrates ardẽs illud opus ac mirabile, Et prope cẽtesimũ Sophocles tragici summũ stili decus suam cõpleret Ediopoden. Non octogenario maior Cato nulla mutatiõe vocis, aut laterũ, nullo memoriæ lapsu, vel ĩ gra ni seipm̃ accusatione defenderet, vel clarissimos oratores vltro ipse ad iudiciũ euocaret. Do. Infida memoria ẽ. Ra. Noli ergo illa fidere, sæpe calculum secũ pone, qcquid crẽdideris confestim exige, & qđ cras facturus fueras nunc facito. Non est tuta dilatio. Sic ex malis si quid boni potes elice. Fides socij desidiam parit, diligentiã perfidia. Do. Memoria sum nulla. Ra. Ea est rerũ ꝯditio humanarum, vt q paucıora meminerit minor illi fletuum causa sit, vbi nec emendatio, nec pœnitentia vtilis locum habet, quid superest aliud q̃ꝫ obliuionis auxilium?

De eloquentiæ defectu. Dialo. CII.

DOL.

E Loquium deest. Ra. A ltero quærendi odit instrumento cares, naturæ

beneficium agnosce, quæ vt magnū tibi id ancipites reos, sic in te non paruū fortunæ ius eripuit, multi ꝓpter eloquentiam perie re, si hinc dubitas vtriusq; eloquij principes interroga. Nā minorū ob hāc cām passim pereuntiū plena sunt oīa. In qbus idē ipse periculo qui excellētiæ est propior, ac noti or fama. Sunt qbus obscurum nomē ꝓpu gnaculum est salutis. Finge aūt abesse pich lum, disertis nunq̄; abest labor. Nihil est in rebus tā inane pro quo tanti labores tātæq̄; vigiliæ vltro suscipiātur, flatus volatilis sic exercet aīū, solida quasi virtus in verbis sit. Do. Eloquētiæ nihil est mihi. Ra. Fortasse multū securitatis, qđ non esset si eloquētiæ multū esset, multorū quoq; in qbus & tu/ta forsitā vt vita, sic & tutior fama erit. Do. Nihil est eloquētiæ. Ra. Cura vt sapiētię sit aliquid vt innocētiæ vt virtutis. Illa.n. pau/corū, hæc sunt oiū. Nō te insignis poetarū nō te maior oratoꝝ raritas trahat, imo vero vide vt subito dictū mutē si te raritas allicit hoc age, hac ad illā itur via. Indignū qdē vt nihil melius, sic nil rarius virtute. Eloquen tia ipsa, q̄; paucorū dixi multo est crebrior q̄; virtus, adeo ꝙ oēs pñt, omnes negligūt. Quod pauci pñt omnes appetūt, oēs expe/riunt. Do. Verborū inpos sum. Ra. Rebus intende aīum. In verbis.n. flatus & labor, & eloquium, in rebus quies virtus ac felicitas. Do. Loqui nescio. Ra. Multi quæ min⁹ sciū

sunt magis agere gestiunt. Equitandi inscium æquo impone, vis illum inde diuulseris, te loquendi ignarū saltem pudor ad tacendum cogat, & si loqui nescis qđ alii audiant, discces loquētes alios audire. Nō est minus artificium tacere, q̃ loqui, cum sit tutius, atq; facilius. Do. Non possum exprimere qđ in corde est. Ra. Si itellectu polles, magnisq; & altis, qui in aīo sunt sensib' iucūda vox, & volubilis lingua non suppetit, quiesce. Noli qđ infeliciter succedit retentare. Quid ergo? bono tuo non tm̄ æquanimiter, sʒ lęte vtere. Alienum linque aliis, neu linguā, stilumq; superuacuo atteras. Sine inq̃; loqui alios, tu intellige, cum secretior, cum maior ex īgenio voluptas, q̃; ex eloquio percipit, magisq; continua, & plus qetis, & inuidiæ minus habens. Do. Coram multis loqui pudor impedit. Ra. Magnis hoc viris accidisse notum est frontis imbecillitate nō vitio linguæ, vel ingenii, qđ si cū multis refugis, at cum paucis, ac cum vno loquere, vt clariores fitear contiones, dulciora eloquia nōnegabis, si ne id ip̄m potes, ad te redi tecum loquere, qđ iam supra monui, tuumq; domesticū collocutorē excita. Semper ille quidem pŕsto est, non īsidiatur, non irridet, non inuidet, non fastidit, non exactam, atq; laboriosam q̃rit eloquentiā, confabulationibus gaudet, familiaribus interruptisq; sermūculis quin & multa sæpe loquenti silentio ac-

quiscit. Disce tu illo teste contentus esse, qui non qualiter, sed quid dicas, seu potius dicere velis attendit. Disce tibi theatrum honestissimũ medio pectoris extruere. Disce nõ hoium, sed veritatis applausum optare, & aliquãdo sine strepitu gaudere, contẽnatq; modestia quę perfecta nõnunq; extinguit eloquẽtia. Disce deniq; non ad pompam loqui, quo vix maius malum vita hoium habet. Do. Blesi oris sum. Ra. Fles ne aliqd tibi cõe cuz Moyse tali viro, & tam dei amico? A tquĩ seu antiqua repetis, seu moderna circũspicis, vt multi occurrent blesi viri optimi, multiq; disertissimi scelerati, sic perrari quibus vtrunq; contigerit singularis eloquentia, & excellens virtus.

De amissione linguę, & loquelę. Dial. CIII.

DOL.

Quid q linguam & loquelam perdidi? Ra. Quid si securitatem & requiem inuenisti? q̃ multos manu innoxios lingua pessundedit, est voluptas stulta quidem, sed cõis volentium videri fecisse, q̃ non faciunt, nec pñt. Mentitus est, qui israeliticum regem, filiũq; eius occidisse se dixit, & facti innocẽs, mendacij pœnã luit, vt periculum cesset, quãtus est labor loqui, rñdere, fabulari, fingere, comere verba, sentẽtias librare, cogitare quid & qualiter dicas, q̃q; suauiter aerez verberes (ita.n. vocẽ ipsam diffiniunt) qualiter quoq; nõ linguã

modo, sed reliquũ corpus moueas. Nam et huc se porrigit pars vna rhetoricæ, qualiter meditabundus humi frontem defigas, quã quorsum ve manum porrigas, quo terrã se rias pede, an non satis hæc operosa concinnitas, et prepta pene musicis opera vt dulciter sones angi, an non vereloqui labor et silẽtium quies? Do. Nullatenus loq possum. Ra. Quę deficiente eloquentia dicebã multa dignius perdita repetuntur lingua. Quando igitur loqui nequis tace, & qđ necessitas iubet volens facito. Quod ipsi, qui loq pñt sæpe vtilius facerent, sæpe dolẽt nõ fecisse. Tace inq̃; neu te damnũ pati putes tacens cogita, & quiescens tecum loquere, quę meliora esse q̃; perorare, ne diserti quidem negẽt. Do. Mutus factus sũ. Ra. Si muti fuissent Cicero et Demosthenes diutius vixissent, et leuius obijssent. Do. Linguę vsum oẽm perdidi. Ra. Et mentiendi cõsuetudinẽ, & fallendi artes, & inimicitiaꝝ, q̃rẽdę q̃; Infamiæ instrumentũ. Plures. n. lingua sunt q̃; factis infames. Nulla pars corporis ad nocendum promptior, ad frenandũ difficilior. Merito ergo quasi magnum aliquid, atq; rarũ ꝓtulit ille qui dixi. Custodiam vias meas ne delinquã in lingua mea. Quod cũ sanctus q/dam vir, qui ad discendum sacras lr̃as accesserat audiuisset abijsse, dr̃, nec amplius audire voluisse. Cũq; post lõgum tp̃s pręceptor suus illum admirans sciscitaretur, quid tam

diu

diu absens cœptum opus omisisset rndisse dr, φ primũ illud ei verbum sat superq; ne gocij attulisset, nec dũ illud vnum oĩ studio posset implere, hãc tibi custodiã, & hoc frenum, seu a natura quidẽ, seu a fortuna oblatum, ne contempseris, libensq; te regendus pbe, neve contra tuam sortez calcitres. Do. Linguã amisi. Ra. Nunc maxime, qđ sapiẽs iubet oĩ custodia serua cor tuum, e duabus custodijs, ad vnam redactus, & dimidia laboris parte liberatus, facilius pauca custodies, & pciosa vigilãtius. Do. Linguã perdidi. Ra. In quibusdã paucis, nobile & argutum mẽbrũ, in magna aũt parte hoĩum nocens atqз pestiferũ, & quo multis caruisse sit melius, sic nõ solũ in seruo verũ cernitur, quod Satyricus ait. Lingua mali pars pessima serui, sed in plerisqз ẽt liberis, quibus nihil peius dedit natura, q̃; linguã. Bella, doli, adulteria, corruptelæq; oẽs pene cessarent, nisi lingua malum semen, & spargeret, & foueret. Do. Linguam perdidi. Ra. Si malã lucratus es plurimum. Magnę.n. diuitię sunt esse inopem malorũ. Hæc qui nõ habet diues nascitur, at qui pdidit diues fit, & nouo auctus censu perdendo inuenit, qđ inueniendo pdiderat. Quod si bonã perdidisti, dico iterũ. Cor cõserua amisisti quidẽ quo placeres hoĩbus serua quo placeas deo. Cui si lingua nõ potes corde loquere. Si.n. de malis scriptũ est. Labia dolosa ĩ corde, & corde locuti sũt. Cur nõ piorũ in corde pia labia esse, & ipsa

corde et loqui pñt vbi sint aures dei? verũq; sit qđ alibi scribit idẽ? Nõ occultatũ os meũ a te qđ fecisti in occulto. Nulla.n.secretissi/ maꝝ quoq; cogitationũ abscondita est deo nec tacitos, min⁹ q̃; clamãtes audit. Immo non est apud illum clamor, altior, vehemẽ tiorq́;, q̃; cordis clamor, ille silentio delecta tur. Hũc clamorẽ cõpressis labijs ꝓmebat ille gregis primũ, postmodũ populi pastor famosissimus q audire meruit vocẽ dei di/ centis sibi quid clamas ad me nõ loqueba tur, & clamabat immo quidẽ loquebatur, sed corde. Sicut aũt qui deum audit, surdus non est, sic quem deus audit, nõ est mutus.

De virtutis inopia. Dialo. CIIII.

DOL.

AT virtutis inops sum. Ra. Verum dãnũ, iustus dolor, nisi ꝙ alię oẽs inopię naturales, aut fortuitę, violẽ tę esse pñt, hęc vna proculdubio voluntaria est. Cęterę.n. vel in corpore vel ingenio me moriaq́;, vel eloquio, seu vel externis in re bus sunt, quae quidem oia, non qualia ero ptantur obueniunt, sed qualia cuiuscunq; sors tulerit, haec vna aũt in voluntate consi stit, quã ꝑ arbitrio sibi quisq; moderatur, atq; efficit. Neq; vero alia põt hoi volũtas esse, nisi quã vult is cuius illa est qua & hoc ipm vult, & quaecũq; vult alia. Alioq si vt virium, vtq; ingenij siue eloqui, siue opũ defectus inuito accidit, sic accideret volunta

tis, nec pmio digna virtus, nec supplicio dignа esset iniquitas. Nunc aũt non voluntas vobis hæc, aut illa, sed huius atq; illius electio, ac libertas nascẽtibus data est, q̃ in bonum flexa bonos facit in aduersũ malos, vti licet hac, vt libet, etsi vt libet bene vti libeat, haud dubie dei donũ, vt male aũt peruersitas, sit volentis, illud penitus nõ licet, vt nõ & volũtas bona virtutis, & mala vitij radix sit, atq; ita virtutis inopiã non patitur, nisi qui vult, qm̃ prima, & maxima pars virtutis est velle. Do. Quid ꝙ virtutem volo, nec assequor. R. Multi se id putãt velle qđ nolũt, id nolunt qđ volunt, sic quisq; se fallit, seq; boni auidũ, non mõ alijs, sȝ sibi ẽt pſuadere nititur, nec cuiq; facilius persuadet, q̃; delectabilis vera virtus falsa virtutis opinio sic delectat, vt populũ, et amicos fallere, & falli isuper dulce sit. Do. Scio me velle, nec posse ideo bonuȝ fieri. Ra. Vt sit ita velle nõ sufficit, desiderio opus est, eoq; non modico, sed vehementi. Vos aũt mala vestra feruẽtissime cupitis bona vultis tepidissime, vñ fit, vt diuites multi sint, boni aũt paucissimi. Nam quid miri est si citius ad optatum ardẽs intentio q̃; voluntas lenta puehitur? Do. Vellem bonus esse si possem. Ra. Stude, naȝ poteris. & si bona fide vis esse iam incipe, sed segniciem vita. si. n. minima rerũ non hñr gratis, quid de virtute speres, qua nil in rebus hoium maius

est nil altius? Non tu illã quasi diuerticulum curarũ, sed vt rectum, atq; vnicu3 iter ad felicitatem cogita. Vaca illi, & insiste summo nisu, totoq; ai pondere, neq; vero tpis particula, vt iucundo cuidã exercitio, sed vt ordinario vitæ officio, qđ te beatũ, & nullius egẽtem rei faciet. Vniuersum tps, oẽ studiũ impende, q rebus sępe vilissimis impendisti, & ad memoriã refer illud sanũ magis efficax, q̃ comptũ verbum Marci Varonis ex Satyrarũ eius libro, Si quantũ ope sumpsisti inquit vt tuus pistor bonũ faceret panem, eius duodecimã philosophiæ dedisses, ipse bonus iãpridem esses factus, qđ sic accipias velim, non vt terrenę philosophiæ, quæ ex frequentatis actibus habitũ spondet, cuius q̃ta sit pmissi fides experti sciunt, sed cœlesti sapientiæ sospitatrici optimę, suisq; cõsilijs, atq; auxilijs te virtutis, q̃ ve per hanc q̃ritur salutis debitorẽ statuas, sentiasq; pia confessione, grato aio, qđq3 est scriptũ, Nemo põt esse cõtinens, nisi deus det, & hoc ipm erat sapientiæ scire cuius esset hoc donũ, tibi nominatim dictũ credas, atq3 ad oẽm virtutẽ intelligas referendũ. Do. Valde quidẽ esse cupio, nec sum bonus. Ra. An valde cupias res docebit. Intensæ volũtatis inditiũ pseuerãtia est. Siue aũt gratuitũ dei donũ virtus, & profecto eã largitor ille sydereus nisi constanter optatibus instanterq; pcantibus vix tribuit, siue tanta in re vllę sunt partes inge-

nii humani, & cũ intẽtione feruida res egẽ at, tum & continua eget, & diuturna. Nam qđ ſtudio q̃ritur repẽte nõ prouenit, ſic quocunq; te verteris perſeueranti opus eſt aio, omiſſis ergo neglectisq; oibus, hic incũbe, idq; fiet alacrius ſi memineris, ſemperq; dẽſcriptũ ante oculos habueris, ad hoc vnum atq; ad nihil aliud te veniſſe in hãc terrenã habitationẽ, & hoc a te vnum exigi, vt virtutum gradibus cœlum petas, ita vt quicquid agis aliud vel ſupuacuũ, vel damnoſum ſit.

De auaritia. Dialogus. CV.

DOL.

Auaritiæ ſtimulis vrgeor. Ra. Bñ ais ſtimulis. Nam & q̃rẽdarũ opum cupiditates, ſtimuli qdã, & q̃ſitę opes ſpinę ſunt. Ita.n. illas vocat, q mẽtiri neſcit. p̃clare vero diuitiæ q̃ & q̃rendę torqueãt, & queſitæ. At corpuſculũ, ſi naturã, ſi vitæ reſpicias breuitatẽ, videbis te fruſtra ſuperuacuis curis angi, & paucorũ egentẽ multa deſiderare. Inſupq; dũ q̃rẽndis inhias, parta nõ cernere, atq; ita quodãmodo q̃renda pdere quo nihil eſt ſtultius. Do. Multa q̃rendi vrgeor appetitu. Ra. Nec aduertis q interq̃rendũ tp̃s, & vita cui illa q̃rebantur elabitur. Sic mira pplexitas incidit, dum vita abundare videmini, diuitijs indigetis, dũq; indigẽtia illa p̃terijt ſupuenit altera, & diuitijs abũdãtes indigetis vita. Nõ hæc ignorabat ille ſapiens vbi loquit̃ de eo pſimonizãte q

diat. Inueniã requiem mihi & mãducabo nũc de bõis meis sol⁹, & nescit, q tps pterẽat, et relinqt oĩa alijs & morietur. Et idem alibi. Qui aceruat iniuste. Alijs pgregat, & ĩ bõis illius alius luxuriabitur. O terribile dictũ, sed cõe cotidieq; se oculis igerẽs, nec iccirco pficiẽs ĩ aĩs auarorũ. Id ẽ rursus auaro inqt nihil ẽ scelestius, & nihil ẽ iniquius q̃; amare pecunias. Et tu scias qm̃ vero oĩa consonan , vt ait Aristoteles, ecce vt ecclesiastico sapiẽti psonat. Secularis pecunię inqt Cicero fugiẽda cupiditas. Nihil est. n. tam angusti animi, tãq; parui, q̃; amare diuitias.

De inuidia & liuore. Dialo .CVI.

DOL.

INuideo. Ra. Supior affectus vt bñ tibi eẽt optabat hic vt male sit alijs, tãto hic illo & auaritia peior liuor. Bene ergo sapiens idem de quo modo dicebã. Neq; inquit est oculus inuidi, insaciabilis oculus cupidi. Do. Inuidia torqueor. Ra. Inuidia siculi nõ inuenere tyranni, Maius tormẽtum Flaccus ait. Idq; ad vestros tyrãnos pestilenti austro impellente translatum est. Do. Inuidia crucior. Ra. Simul & peccas, & plecteris, expedita iustitia. Do. Felicitas vicini mihi parit inuidiam. Ra. Credo hercle nemo vestrũ regi Parthorũ, aut Persarũ inuidet, ne illi quidẽ vobis, fuit qñ vicissim inuidebatis, quia vicinitatem faciebat imperij magnitudo, sed an nõ, satis est proprijs

malis angi, q̃ tam multa sunt, nisi & aliena bona, nos crucient vndiq; miseri & insani. Do. Vicinis inuideo. Ra. Tritus mos, Inuidia lippa est, longinqua nõ videt, vicinitas atq; ꝓsperitas inuidię sunt parentes. Do. Inuideo alienis bonis. Ra. Si es inuidus & pu... flaminis sis, oportet oĩbus ex vitijs nullum pigrus inuidia, alios in aios non ascendit. Nullum quoq; miserius. Itaq; reliqua oĩa bonum aliqđ, licet falsum ꝑsupponũt. Hęc solis malis pascitur, & torquetur bonis, & qđ alijs optat, iam sibi habet malũ. Alexandri ergo Macedonis dictum placet. Inuides hoĩes nil esse aliud q̃; torméta, seu tortores suos ꝓprios, leuis adolescentis verbũ graue.

De ira. Dialogus. CVII.

DOL.

Ed irascor, Ra. Ego aduersis opem polliceor, non vitijs nõ fortuita. n. illa sed voluntaria sunt, & in vestra ptãte, quis te igitur cogit irasci? Do. Irascor offensus. Ra. Is fortasse, qui offendisse te arguitur se offensum. absq; te q̃ritur. Non tm̃ est offensaꝝ, q̃; tum insolẽtiæ. Do. Ira ęstuo. Ra. Furis ergo, ira furor breuis ẽ. Inqt Flaccus, fit aũt a plerisq; mala cõsuetudine & impatientia longus furor. Ennius aũt iram initium dixit insanię. Cum plerisq; nimis illã sequẽtibus finis. & insanię fit & vitę. Si qdẽ hæc ẽt pestis, vt superior & sæpe alios, sempt tñ ante alios possessorem suum torquet, &

cruciat, vt miret vnde qbusdam videri pô/
tuerit, huic nescio quid melle dulcius inesse
habet fortasse vltio dulce aliquid efferũ, in/
humanum. Ira nihil nisi amarũ habet. Do.
Irascor ob iniurias. Ra. Vix iracundus vnq̃
adeo quisq̃ fuit, vt nulla re lacescitus irasce/
retur, nisi forte Celius senator, iracũdissim⁹
ille mortalium, qui clienti suo in oībus sibi
cõsentienti, atq; oīa cõfitendi, irascens excla
mauit. Dic aliquid cõtra vt simus duo, durũ
caput, qualiter tulisset iniurias q obsequiũ
non ferebat? Do. Irascor quia offendor. Ra.
Hac in parte vulgo plurimũ erratur. Quæ/
rũtur causæ finguntur offensę, inq; his ipis
q̃ verę sunt causæ, irę modus exceditur. In
quibus peccatis, velum aliqđ excusatiõis ob
tenditur, & est excusatio ipsa peccatũ. Tu qa
non tibi vt deo paretur, irasceris, & tñ deus
ipse quotidie verbis ac rebus offenditur, nec
semp irascitur, vos oẽ verbulum casu elap/
sum ad iniuriam capitalem trahitis, Impa/
tiens genus. Do. Irascor sic meritis. Ra. si de
te qdem male, si de re publica modo nõ ira
s; iustitia illa sit optime. Et ad summã mor
dicus vt dici solet Ciceronianum illud est te
nendum. Ira ꝓcul vt absit, cum qua nihil re
cte fieri, nihil considerate p̃t. Iure ergo lauda
tur Architæ Tarentini dictum, & Platonis
amici sui, factũ, quorũ primus dum se stu/
dijs dedito possessiones suas culpa vilici de/
structas aspiceret, in eum versus, Sumerem

inquit ex te debitas pœnas, nisi tibi iratus es-
sem. Alter iratus seruo, nō impune dimisit
vt Architas, sed amico cōmisit, vt suppliciū
exigeret, veritus, ne se iræ impetus, quo non
deceret immpelleret, hęc horumq́; similia
frenare iram debent, ne sequaces suos vt so-
lita est, in infamiam cladem q́; præcipitet.

De gula. Dialogus. CVIII.

DOL.

GVla vellicor. Ra. Dixi iam his mi-
demur q̄ inuitis accidunt. Nā quis
sponte ægrotātibus medeatur? Do.
Gula solicito. Ra. Proprie id qdem. Nulla
res tam vilis, tam sollicitos vos habet. Stu-
por & pudor est cogitare, quo se humanus
inclinat ingenium ad maiora, creatum, nisi
respueret terrarū tractus, cœliq; & maris ab-
dita pn̄tratis. Meditati estis retia & hamos
& viscus, & laqueos, & rapaces volucres im-
perio parere, & p̄dari vobis docuistis, ad nil
aliud, nisi vt gulę fastidiat, quā nō modo ex-
plendo, sed onerando fatigatis, & angustus
vētrem varia arte laxatis ac p̄mitis obsequē-
do, cui aliquāto vtilior fames eēt, vtilissima
vero sobrietas, & fœdo illi ac misero saccu-
lo simul & syluis, & nubibus, & fluctib⁹ pa-
cem linquēs. Ita tn̄ eunt res. Hic est mos no-
biliū ante alios, hæ sunt artes q̄ liberales fue-
rant, mechanicę euasere, ipsiq́; qui bellorū
duces, ac philosophi, ac rectores vrbium, ac
p̄res patrię, esse solent, Venatores atq; aucu-

pes facti sunt, vtq; intelligas nullam esse rē: liquā spes salutis. Nobilitati tribuitur quod est gulę, aut ꝓculdubio vanitatis. Hoc malū nullo melius modo, q̄; generosa quadā; in dignatione, & rei ipsius extimatiōe ꝯtondi tur, vel sensim, vt Cicerōi placuit, vel repen te, vt Aristoteli visum est. Multum ꝓfert co gitatio exitus, qđ cum oībus vitijs sit cōe, tñ huic proprium, atq; luxuriæ.

De torpore animi. Dialog. CIX.

DOL.

Torpeo in agendis. Ra. Quis mi/ retur si post gulæ studium ꝑgraua/ tumq; corpusculum animi torpor obrepat? Do. Animi grauor torpore. Ra. Torpor hic ex impfecta volūtate orit mox vt bonum velle cœperis ardor erit, atq; im/ petus, qui cū ad multa sit pessimus est opti/ mus ad virtutē. Do. Torpeo, & ad bona ope ra lentus assurgo. Ra. Est torpor quidā; aīs obsitus, nec minus ardor qdā generosa pars animæ, sed & hic ardor accendet, & ille tor por excutitur fuga tpis intellecta, q̄ tanta est vt vix metiri eam q̄;uis celer aīus possit, & specie virtutis adamata q̄ talis est, vt si cor/ poreis oculis cerni posset (qđ vult plato) mi rum sui amorē paritura esset. Hinc te amor inicit, illinc metus excitet vtraq; res insom nis, neq; qui amat. n. neq; qui metuit torpe re solet, & tñ hoc ipsum ne torpor, soporq; vos noxius ꝑmat ad diuinas laudes surgētes

nocte pcamini nō ē somno locus aut inertię, vbi vos hinc mors territat, hinc honestas allicit. Quis.n. inter magna pericula, magnaq; pmia cōsopitur? vbi ad ista respexeris redibit vigor ad aīum, fugiet, somnus ab oculis cogitantis quantū nunc ēt superest im pfecti, quātum transierit ociosi, qđ quia nō sit lōgas ætates inutiles effuxisse cōspicimus & senes attonitos, ac stupētes dicere. Quid hic in tot annis egimus? Comedimus, bibimus, dormiuimus, sero tādē expertecti sumus, cuius mali pcipua cā est torpor iste, quē qreris abigendus in tpe, stimulis industriæ, freno puidentię, ne conctando ad inglorium finem cum multitudine rapiaris.

De luxuria. Dialogus. CX.

DOL.

Æstu quatior libidinum. Ra. Atqui libidinē torpor gignit gula autem illam parit. Quid mirū igitur filiam post parētes sequi, gulam certe & luxuriam cōes vobis esse cū beluis, maximeq; bestialē vitā vestrā facere sapiētibus visum est. Itaq; cū sint alia grauiora mala, nullū vilius. Do. Libidine rapior. Ra. Quo nā vero nisi ad mortē aię, & corpis, & infamē notā serāq; poenitentiā, & fortasse inutilem. I nunc igitur, & raptātem sequere, q̄ te tales raptet ad exitus. Cogita aūt innumerabiliū casus miserabiles ac famosos nō mō singulariū hominū, sed vrbium, & regnorū, qui tibi partim

visu, partim auditu, & maxime lectiōe de/bent esse notissimi, raptāti nequaquā, vt arbitror manū dabis. Audi. n. qd hic doctissimi viri senserint, ac scripserint. Voluptates ait Cicero blādissimę dn̄æ maiores partes aī a virtute detorquēt. In hoc inqt Seneca. Nos cōplectuntur, vt strangulent, nō aliter ergo q̄ȝ latrūculi viatorib⁹ insidiātes, eosq; seducētes, ac periméte declinandę sunt. In qd valde pderit, si illud p̄clarissime apud Liuium a Scipione Africano dictū Masinissæ, dictū sibi qsqs hac peste laborabit accipiat. Vince inquit aīum. Caue deformes. Multa bona vno vitio, & tot merito℞ grāȝ maiore culpa, q̄ȝ cā culpæ ē corrūpas. Idq; facilius fiet, si qs acriter rei vilitatē, obscœnitatem, breuitatē, finē cogitet, at longū dedecus horęq; fugacis, forsitā, & momenti vnius illecebras multorū annorū pœnitētia vel ęterno fortasse supplicio puniēdas,

De superbia. Dialogus. CXI.

DOL.

Vpbia extollor. Ra. Quid supbis B, āt terra & cinis tu ne tāto℞ malo℞ fasce obrutus atq; opp̄ssus extolleris? qui si te oībus malis explicitus virtutū suis alis euectus attolleres, hoc vno bona oīa corrupisses. Nihil est. n. odiosius deo q̄ȝ supbia per hāc. n. ille pulcherrimus creatus rapiim corruit, per quā tu peccator vis ascēdere. si sic illi ob id vnū accidit, qd per hoc

aliĳs culpis adiūctū tibi euēturū arbitraris? malū sarcinis tuis cumulū super īposuisti. Do. Sup̄bia vehor. Ra. Cur quęso an nō te mortalē, an nō assidue fatiscētē, an nō peccatorē, an nō mille casibus expositū, an nō morti obnoxium incertę, an nō deniq; te miseꝝ meministi, & nō famosissimū illud homericus audiuisti? Nihil miserius, terra nutrit hoīe, scire velis, qd te hoꝝ potissime ad superbiā cohortat, an fragilitas mēbrorū, an vitę breuitas, an cæcitas aī inter spes vanissimas, metusq; ꝑpetuos fluctuātis, an p̄teritoꝝ obliuio, an ignorātia futurorū, ac p̄ntiū, an hostiū insidiæ, an mortes amicorū, an aduersitas p̄seuerās, an fugitiua prosperitas, hæ nō aliæ vobis sunt ad superbiā q̄; scalæ, his ascēditis ad ruinas. Atq cætera hoīum p̄icula, & si iniustā aliquā cū excusationē, supia, & inuidia nullam h̄ n̄t. Do. Doleo me superbū. Ra. De peccato dolere primus ad salutē gradus ē, & sicut superbia est extollere sic humilitas ē dolere, seq; submittere facile factu qđ qdem erit mox vt oculos in teip̄m tota intētione reflexeris qđ cū ita sit, nolo tibi nec op; librorū partes scriptas, aduersus peccata cōgerere, hoc satis est cūcta arbitrĳ tui eē, desitura illico, vt bona fide volueris vtq; aiunt receptiui cecineris, teq; ad tua signa cōuerteris, qđ ad p̄ns malum attinet vnū illud adiecerim. Superbiaꝫ eē ęgritudinē miseroꝝ ac stultoꝝ tales nēpe

sunt haud dubie qui supbiunt, neq;.n. aliter supbirent, neq; vero sine cā in libro sapientiæ scriptū est. Oēs incipientes & infelices, supra modū aiæ suæ superbi sunt. Certe aiæ suæ si saperēt modus erat humiliari cōditionis imbecillitate cognita. Sic.n. eodē libro scriptū legis. Rex hodie ē & cras morietur. Cum.n. morietur hō, hęreditabit serpentes & bestias, & vermes. Initiū supbię hoīs apostatare a deo qm̄ ab eo qui fecit illū recessit qm̄ initiuȝ oīs peccati est supbia. Nota sunt reliqua quibus acriter circunspectis monstrum est superbus homuntio.

De febribus. Dialogus. CXII.

DOL.

Febribus æstuo. Ra. Æstus hic, aut tpe finiendus, aut frigore vtrūuis fecerit bñ erit. Do. Febribus vrgeor Ra. Oīs hic cōtra naturā motus, plus habet impetus q̄; diuturnitatis, & sępe duorū facit alterū, aut corpus expurgat, aut aīam absoluit. Do. Febribus teneor. Ra. Non longū teneberis expecta. Cito te vel sanum oportet eē vel liberū, vtrūq; optimū. Do. Febribus laboro. Ra. Illico requiesces. Natura cū morte cōfligit, operire exitum duelli. ppe est hora vel hinc te morbo, vel oībus excepturā. Do. Febribus ardeo. Ra. Minus mali est corpus ardere, q̄; aīum, de quo pcedentes tuę septē prime sunt q̄rele. Quid si ardor alterius salubris est alteri. Quid si hic ardor q̄uis asp

optabilis, est quantũ deniq; boni est pñtis vitæ mala breui gustu peremnis admonere supplici, vt infinitas amaritudines declinare studeant, qui tam grauiter paucis horis amariuscula tolerant, atq; his angustijs discant illas euadere, quibus, nec physicus, nec herba medebitur, nec dies creticus nec mors quidem. Do. Febribus vror. Ra. Vermiũ cibus excoquitur. Fer te alijs vri cui toties alia vsta sunt, & de supplicio consilium cape, ex qbusdam malis remedia conflantur. sæpe paruus dolor ac pñs, vt futuris, ac grauibus occurreretur admonuit, fuitq; vtilis, q molestus erat. Felix incẽdium breue. qđ æterni refrigerij cã est. Do. Febribus exerceor. Ra. Eris iã bonę valetudinis ęstimator idoneus homines dei dona, nisi amissa vel intermissa non noscitis, ingratum genus. Do. Febre vexor importuna. Ra. Diu simul esse non potestis. Nemo diu ardet, aut illa te deseret, aut tu illam.

De dolore iliaco. Dialogus. CXIII.

DOL.

Iliacum patior dolorẽ. Ra. Sperare incipe, qñquidem quod iam tristius metuas nil est. Sicut autem ad extrema gaudij peruenisse principiũ est doloris, sic extremitas doloris principium gaudij fit oportet. Cõtrariorũ hæc est lex. Alterũ ex alterius fine oritũ. Do. Dolore torqueor iliaco. Ra. Spes est fateor acerba solatij, nil acerbi

tis pati posse. Do. Iliaco crucior dolore. Ra. Qui dolet ac metuit ille miser est, vndiq; tibi pars altera miseriæ metus eripit. Nam qd oro metuat qui ipsa; quę ab oibus, p̄q̄ oibus metuitur mortem sperat? Do. Iliaco dolore discrutior. Ra. Disce viuens mori, qdq; nō nisi semel fit sępius experire, facies securus tādē semel qd tam sæpe tētaueris, nihil.n.noui facies, simillimus dolor iliacus morti ē, nisi q̄ mors facilior breuiorq̄ vt qui hūc fortiter tulit, nisi metus aliter interueniat multo illam fortius sit laturus. Do. Dolore rūpor iliaco. Ra. Magnitudo ipsa doloris finē spōdet. Nemo.n.diu moritur. Do. Quid q̄ dolor extasim parit. Ra. Longos febrium dolores breui trāsigis suspirio. Do. A duētare extasim intelligo. Ra. Vix id quidem intelligere est. Nam & repēte aduenit, & p̄ns intellectū viribus suis priuat. Do. Linqui animo incipio. Ra. O felix qui rem necessariam (vtq̄ aiūt) durissimā sine sensu sis obiturus. Do. Sæpe extasi; incurro. Ra. Sępe mortuus reuiuiscis. Do. Sæpe extasim mortiferam experior. Ra. Hāc plus q̄; semel expiri neqs. Nemo.n. plusq̄; semel moritur, quod aūt optimu; mortis genus eēt inter doctos, ac p̄claros viros aliquādo quęsitū est, vbi Iulius Cęsar īterfuit summus vir, & iperio, & doctrina, qui, & ipse tpe extremo, vt de illo scriptu; est repēte linqui animo solebat, quā quæstionē ille sic absoluit, vt repentinum, atq; inopinum

interitum

interitum cōmodissimum diffiniret, q̄ sententia & si pietati, vereq́; religioni fortassis asperior videatur, sic tñ & cuilibet sapienti, & p̄sertim pio vereq́; religioso viuendū est, vt sibi nil repentinum, aut subitū esse possit, & si quid tale incidat animo, celeritas ipsa non noceat, & prosit corpori.

De totius corporis dolore. Dialo. CXIIII.

DOL.

Toto corpore langueo. Ra. Si non lāguet hospes corporis animus bñ est, quicquid tuguriolo suo eueniat saluus eruperit. Do. Toto corpore crucior ingēs malum. Ra. Stoici vnum in rebus oib⁹ humanis bonum dicūt virtutē. Et q̄uis alij aliter, hæc verior tñ, viriliorq́; sentētia visa est, cui cōsequens est vnūquodq; qđ huic bono obijcitur malum esse vitium, quo fit vt dolor corporis molestissimus sit malus tñ vtiq; non sit. Do. Hei mihi misero ego torq̄or, tu disputas, philosophicę fabellę. Ra. Iure te miseꝝ dicis, vel hoc ipso ꝙ humanæ vitę regulas fabellas vocas. Do. Sonora hęc in scholis famosa p libros, sed nec eculeos, nec ægrotantium ascēsura grabatulos dicūtur scribūturq́; facilius q̄; ꝓbantur. Ra. Immo vero, & ad dolorē, & ad ægritudinē, & ad mortē prosunt, sed non oibus, quippe q̄ non oibus insedere pectoribus, & ꝓfecto q̄bus credita nō sunt salubria eē nō possunt. Do. Heu ego crucior, tu disputas. Ra. Iste

ficus dolor necessario, aut lentus erit, aut le tensus, atq; ita, vel facilem, vel breuẽ patien tiam requirit. Do. Hei mihi summo crucior dolore. Ra. Si summus nẽpe breuis est dolor parce gemitibus, aut fugiet, aut fugiat est ne cesse. Sit vtriusq; libertas in foribus. Interim forti aio ferre mortalia, speciosum ac virile est. Do. Speciosũ dictu fateor, factu ne pos sibile quidem reor. Ra. Non impossibilitas rerũ est, sed mollicies hoium, q̃ virtutis innu meros desertores fecit & faciet dum oẽ diffi cile, tãq̃; ipossibile respuitur virtus perijt cu ius materia difficultas qdem, sꝫ honesta est. Do. Sumus hoies non dij, & moribũda cor puscula vim doloris ferre non valent. Ra. Fragilia corpora humana non negẽ, sed nõ vsq; adeo, quin vsq; ad tolerantiã oĩs aduer si sat virium habitura sint, nisi maior mul to esset infirmitas aiorũ. Illa est, q̃ viro indi gnos eiulatus, et muliebres atq; humiles vo ces elicit. Quid est. n. oro te cur impossibile hoi censeas, qd̃ sæpe olim, & potuisse vides hoieꝫ, & fecisse? Do. Heu mihi rursus ad hi storias vocor, & in medio dolorũ ęstu, vix p̃ sentium, vix mei ipsius memor in memo riã ꝑtrahor antiquorũ. Ra. An nõ ergo cla rorũ recordatio virorũ, q similia fortiter pas si sunt magnũ affert in omni rerũ asperitate solatium, & lenimẽ. Do. Sentio ad imitãdũ rarissimos oratores gloriosa cõsilia, sed alta nimium, supra q̃; hoiem. Ra. Quid supra

hoiem dicis, nõ deorũ tibi, sed hoiuȝ rõne et hoiumq; exempla pponimus. Do. Hoium fateor, sed paucorũ estq; vltima & exacta raritas nullitati pxima. Nõ multũ inter phœnicem & chimeraȝ interesse dixerim. Illos sequor, qui chimerã nihil esse volunt, apud alios nãq; Siciliæ mons est. Ra. Quasi vero imitãdus tibi pponaẽ phœnix, & nõ aḋ es viro℞, q̃ quo rarior, eo dignior, cui simi lis fieri velis, q̃squis raros seq negliget rarus esse vir non poterit. Do. Video vnũ ex pau cis fieri iubes, vnus ex multis sum. Ra. Prope nullum te malluerim, q̃ ex multis vnũ nescio. n. an non esse, an stultum esse sit melius. Atqui plurimorũ idẽ et stulto℞ enumero sit oportet. Do. Ego vero nil peius eẽ, q̃ȝ nil esse scio. Ra. Nescis quid mali sit eẽ aliquid, nec esse qđ debeas. Do. Ita hoc dicis, quasi qđ vni forte accidit, debitum sit oib⁹, idq; ad oẽs trahi velis. Ra. Male ais forte, ṽtus. n. nõ fortuita, sed deliberatiua prsus, & electiua est nõ casu equidem q̃renda, sed studio. Neq; ego, qđ vni casus dedicit, ad cũ ctos, sed qđ virtus multis tribuit ad vnũ traho, ad oẽs tractura libẽtius, sed in vno etiã defatigor. Do. At nõ oia possum⁹ oẽs. Ra. Nõ poeticum mõ, sed pastorum est verbũ. Scio sed te posse aliquid qđ nõ oẽs possint, immo iaȝ potes velle cupio. Do. Quid heu miserũ inquietas, nõ ne satis igitur torquet dolor. Ra. Quietẽ potius afferre, et hũc tibi.

fortorē, aufferre meditor, qđ nisi tu qui potes manum dederis, sola nō possum. Do. Pape, quid hoc est, qđ me posse ais, an possum dolorem nō sentire, quē sentio, qui malū negare, quod pessimum experior? Ra. Primum nō requiro obstat enim natura, alterum ne impetrem, nō natura, non veritas, error solus obstiterit. Do. Proh superi, quot sum hæc inania, q̄ philosophica dicitis, scio plane dolorem nō esse animi vitiū sed corporis. scio dolorem aliud esse, q̄ perfidiam. Dolere aliud, q̄ furari, hæc me vt noua ne doceas, satis magnum, & si nil addideris p se dolor malum cuius ego non noscēdi cōsilio, sed ferendi seu quod malim depellēdi egeo, noui.n. noscemq; vtinam minus qđ est dolor. Ra. Et ego dolorem rem acerbam scio immitē, horridam, amarem, tristē, naturæ aduersam, sensibus odiosam sed q̄ virtutis ope, nō dico dulcescere, qđ Epicurus dixit secum ipse dissentiens, sed leniri frāgiq; forsq; etiam, si vera aium virtus amauerit, aut sentiri partius, aut quodāmodo, nec sentiri qđem possit. Do. Armatus an inermis, ego dolorem valde sentio, & malum grāde cōfiteor. Ra. Professionem aliam ex te optabam. Do. Heu rursus ad speciosa retrahimur delectāt aures verba magnifica sed vera animum. Quid si dolor.n. corporis, animi patientia maior sit? Ra. Quid si nullæ corporis, vel illecebræ vel molestię, nulli angores

ſtantis atq; obſtantis aĩ viribus pares ſunt? Quid ſi in omni luctamine mõ nõ volẽs terga dederit ſi toto niſſu ac bona fide reſti terit ſemp animus ſuperior fuit, ſemp abijt victor? Do. Quid vero ſi doloris itolerãtiã morbi fœditas grauat, et faſtidiũ, et pudor? Quid ſi lepra putre corpus ac miſerum inuaſit, quid hic mihi ſermo tuus iſte contulerit? Ra. Multum ſane ni reſpuis, oſtendet tibi te, qui cuncta reſpiciens, te non vides, iubebit meminiſſe terreus & mortale corpuſculum tibi eſſe non aereum, neq; æternũ, nec mirari quid es oportere, nec indignari, ſi putredo in terram ſuam, ſi in ſedem fluxerit, eſſe hois mẽtem & ſuprema eius ni rebellent ad felicitatem perpetuitatẽq; diſpoſitam eiuſdem partes infimas et morti obnoxias, & ois miſeriæ capaces, ſeu lepra igiſ, ſeu epilepſia, ſeu qd his turpius, aut triſtius inciderit, cogitandũ tibi acriter in miſeriarum vaſculum deſcẽdiſſe qd ſuum erat deſtinatum q; illi figulo ab æterno ꝯtra quem lutea vaſa ne murmurent admonentur, qui illud in honorem hoc in cõtumeliam, vel cuncta fragilia finxerit atq; mortalia. Do. Ergo ego te cõſule ſine murmure & gemitu lepram ferã? Ra. Plane me ꝯſule atq; authore, cui ſi oñderis murmur aut gemitũ vtilẽ tibi leuamenq; aliquod mali eſſe, verſis vltro cõſilijs, vtrunq; permiſerim, ſeu iuſſeris q ſi indignatio et q̃relę nil aliud q̃; acceſſio

mali sunt. Quid morbo corporis, addere ad morbum iuuat, teq; miseriorem flendo facere, & illum tibi forsan infestiorem, qui labores hoīum ex alto videt, patientiamq; ꝯsiderat? quam aut remedio cōpenset aut præmio? An ꝯ̃o aduersus oēs corporeas pestes seu qm̃ nominatim vnā defles, paruz solatij contra hanc ipsam est nosce leprā superficiet vitiuz vel coloris esse, non valetudinis, aut integritatis sensuuz atq; membrorū, vt Augustino visum scimus nec physici cōtradicunt. Sed vt cutem penetret, Artusq; dilacerans in præcordia ima descēdat, quod fecisse legitur Plotino ingenti Platonico. In animam certe descendere, nisi ipsa cōsenserit non potest, qua incolumi non pluris extrinsecus corporis sui habit' apud illā erit q̃; bñ valentem apud hospitem, hospitij forte partes extimus vētis ac imbribus scaber fit. Quid ꝙ lepra possessorem suum vulgo eripit consortioq; hominum sæpe eorū, quos vt fugeres recusandum nihil nulli vsq; non auxilium implorandum erat? vt ad calculum res redeat. Multis illa corpus tędiis implicans multis animum explicuit. Do. Heu quid credam rerum pessima laudanti? Ra. Rerum pessima non corporis, sed animi vitia morbiq; sunt, nec iccirco Ego lepram, sz æquanimitatem & patientiaz laudo nec indignāter nimiumq; flebiliter ferre suadeo, humanarum quam propriam rerum sorte.

cum summo tibi præsertim Imperatore ac philosopho Constantino .s. ac Plotino. De quo modo diximus cōem. Postremo ante oculos habere cœli dominum non lepram odisse, sed vitium. Eumq; ipsum angelorū iudicem atq; hominū, de quo scriptū est. Neq; habitabit iuxta te malign', neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos, non tamen leprosos horruisse, seu fugisse s; illorū domos adiisse, atq; conuiuis iterfuisse. Do. Tu me verbis superas, dolor rebus, ego aūt non philosophorum nugis hac i re, sed sensibus meis credo. illi mihi quid renuncient scio. Ra. Primum quidem philosophorum aliquot vt vere ais, nugis quas nec excusare possum, nec negare, philosophię totius grauitas non perit, quę in eo quod nunc agit, vt in multis, laboranti animę, vna in terris tuta proculdubio arx est. Deinde nihil absurdius inter mihi amicos, q̄; sensuum fallaci iudicio verum q̄ri. ingenio ac studio veritas est quęrenda non sensibus. Do. Heu qd me crucias & dolori meo addis tædiū? pferas remediū, iam nunq̄; tu, nūq̄; philosophia tecum faciet, vt non sentiam quod sentio. Ra. Mos gerēdus delicato, ac fastidiēti egro; permittendum q; aliquid interdum, qd per se nociuū, sed vtētis desiderio fit vtile. Itaq; facile patiar, vt si langor, si supplicium, si offensio afflictioq; corporis mala sunt, quę incommoda stoicis dici videntur honestius,

ipse' quo q; dolor hinc oriens dici videri q; malum, & si ita vis ingẽs possit, sed virtute superabile, vtq; iam litigio verbi cedam', amicus noster Cicero nos reducet in gratiã. Non enim dolorem inquit, Dolorẽ esse ne go. Cur eni3 fortitudo desideraret? Sed eũ opprimi dico patientia, si modo est aliqd patientia, si nihil est quid exornamur philo sophia, aut qd ei' nomine gloriosi sumus? Hæc Cicero. Multa tibi pręterea diuine cõ tra hoc, seu incommodum seu malum, in thusculano suo scilicet secunda luce diseruit quinq; dieꝝ disputationes pari libroru3 nu mero cõplexus, quem signasse tibi locũ vo lui, valet enim miris modis, ad id quo nũc eges maxime patientiã roburq; animi, quo ęneruato atq; amisso, falsę vulgi subeũt sen tentiæ, & indigni viro gemitus erumpunt. Do. Nunc lãgori meo ꝓpius adhibes manũ docẽs vbi illa reperiã, q̃ in hoc statu stoicoꝝ opinionib' inhumanis ac saxeis potiora, & mihi oportuniora cõfido, q̃uis & ꝯfidẽdo diffidiã, qa dũ remedij auidus sępe locũ illũ repeto ad tolerantiã doloris, nunq̃; mihi ꝑ me, nũq̃; vel Cicerõis ipsius vel cuiusq̃; ope viriũ satis inueni. Ra. Ego hãc diffidẽtiã nõ rep̃hendo, sed laudo, nemo sibi multũ fidat inq; oĩ difficultate nõ ab hoie, s3 a deo spet auxilium, at nõ ita, vt armatos vẽturos sibi de cœlo deos credat, malis forsan interdu3 quũq̃ certe diuinitas inertibus fauit vt sub

dio dignus sis q̄d in te est facito, excitādus, attollēdus & armandus est aius, ɔtra q; suos hostes in aciem educēdus. Do. Reliqua (nisi fallor) intelligo, vnum q̄ro. Quęnam sunt hęc arma animi q̄ memoras? Ra. Bñ hz. Iam accipio spem salutis tuæ. Inter asperitates. n. rex flere muliebre est. Consultare autē viri, obstare, implorare cōsilium, atq; auxilium id virile est, & ad vicendum efficax. Arma quidē animi, & bellādi artes pro diuersitate hostium multę, & variæ sunt. Nec vllum philosophię munus vtilius aut sanctius, q̄; de his agere, q̄ (vt reor) aliquanto magis ad vos pertinent, q̄; nosce quid agāt astra, quid natam Iuppiter intués ɔmittat, quid Saturno iunctus Mars minetur, quos Mercurius interpres vagus a patre, fratreq; mores capiat, quos ab obuijs quibusq;, vñ imber & æstus, vñ tremor terris, qua vi maria alta tumescāt, et nō nosce, vñ ęstus, ac tumor, tremorq;, ac debilitas aiox, quibusue remedijs tēperetur ęstus, cōpescatur tumor, & tremor & debilitas roborentur ac firmētur, quo in studio & si Socratē ludat Aristoteles, idē tñ mutato fortasse aīo huic rei nō mediocrem opam dedit, sed hęc passim in philosophorū voluminibus sparsa sunt quę ignaris ingerere oposum nimis, neq; cōpēdij huius est. Scienti vero supuacuū, cui nō doceri expediat, sed moneri. Do. Scio ita eē, neq; de oibus q̄rebam, sed hoc vnum q̄ tu

mihi cōtra hunc hostem, cui nūc pgredior, dolorē arma mōstrares. Ra. Ad id tibi, nec melius possum, nec breuius rńdere q̄ Cicero, q̄rit.n. vt tu, & q̄ sunt inquit ista arma, rńdetq; illico Cōtentio, ꝯfirmatio, sermoq; intimus. Do. Edissere oro singula legi qdē hoc sæpe olim tñ vereor, ne mihi accidat qd multis solet, qui apud se legentes intelligere sibi oīa videntur, apud alios locuturi tū demum nihil intellexisse se intelligunt. Dic si libet, q̄ nam ista cōtētio est? Ra. satis id quidem si parū vltra progrediare in ipsius Ciceronis verbis apparet. Sz ne quid me frustra poposceris dicam idē aliter. Multa sunt aīs corporibusq; similia, et vt nullu3 tm̄ corporis robur, sic nullus aī tantus est vigor, qui nō improuiso, & graui fasce.caruescat. Fac ꝓuideant, erigētur, ne vtrūq; sua moles opprimat, sed dep̄hendat intētū, sępe ad subitum magni hostis occursu3 vir fortissimus licet, expauit. Da spacium colligēdi sese in q̄ instans discrimē aīum intendendi veniētes hostē secutus excipiet, visis cæstibus pugnaturi athletę brachia, viso onere subituri illā ceruix intēditur, & illam pugnam firmius obeunt, & hoc pōdus intenta fert leuius cui negligens, ac remissa succumberet. Ad hūc igitur modum insigni difficultate cōspecta aīus cōtra illam intēdendus est, qd si ad plenum fiat terribilium oīum victor euadet. Alioqui (incredibile dictu est) lentus atque

imparatus aius paruis sæpe deijcit, hęc est illa ai Ciceroniana ꝯtētio, seu sic dici mauis intētio, quę (ad hoc.n.duob' his vocabulis sensus idem & origo) vt vides apud illū in ꝓmiscuo vsu sūt, deq; vnius verbi fonte descendūt. Do. Video teq; libens audio, s3 qd est cōfirmatio. Ra. Dicā3, est in ipsis quoq; fortissimis ais nescio quid admixtum diffidentię, et veris imbutos falsa circunsonant, tūq; coit errorū popularium ad arcē mentis expugnādam, vt iudiciu3 tenere difficile sit. Subit interdum torpor quidā, subit dubitatio an vera sint, q̄ a doctissimis, atq; sāctissimis viris de virtute patiētię, de honesti specie, de splendore glorię dici solent, an id verius, qd ab alijs disputatū vulgus ꝓbat, vacuitatem doloris optimā, pessimū dolorē, voluptatē boni finē, & illę quide3 paucoꝝ. hæ ferme oiu3 voces sunt, quarū sępe tātus est sonitus, vt paucæ illę voces adhortantiū audiri nequeant, & custodes arcis exterriti omissa defensione fugā cogitent in hoc statu dubiū nutātēq; ꝑsidijs firmare aiu3 oportet ne de sentētia excidat, vt olim Dionysius Heracleotes, qui cū zenonis ꝑceptoris sui de dolore sentētiam dolore victus abijceret, a Cleante cōdiscipulo irrideri meruerit. Non inq; excidat sed resistat, inq; erepto vestigio sede figat, intelligens quid in rebus verū, qd vmbratile, neq; laruas horreat, neq; clamoribus moueat, certus dolorē nihil nisi, ignauia

diam, virtute ãt, & ignauiã, & dolorem, & morte, & dura oia vinci posse. Inq; hac senteria fixus & imobilis pseueret. promptus pro virtute pati fortiter, qđ multis cogitare terribile est, qđq; nũq; ab hoie fieri posset, q nõ sup auri, ac gémarũ spém, super muliebres formã, & super oé ɔcupiscibile virtutis pulchritudinẽ adamasset. hac cõfirmatione ai, & falsæ opiniones, & vani metus infirmãtur, et acies doloris obtundit. Eitq; qđ Cicero idem vult, vt sicut in plio pauidus miles, abiectisq; armis viso hoste difugiẽs, sępe ipse sibi piculum fecit, impauido piculũ non fuisset, sic ignauũ aium, & sensibus obsequentẽ sola cogitatio doloris exanimat, qui virtute firmatus, atq; armatus incolumis, ac doloris victor, & ppe nil molesti sentiens euasisset. Patientia.n. non mõ animi vis augeri, sed asperitatẽ ipsam doloris iminui, et pene ad nihilũ redigi, atq; hinc esse vt acerrimo in dolore recti qdã, & imoti, alij etiã læti sint, qđ fieri nõ posset, nisi aius a sensu doloris aduersus ipsam de qua loqmur firmitatẽ atq; constãtiam induxisset. Do. Intelligere videor, sed pge, qd est sermo Intimus? Ra. Et hoc dicã. Generosa mens eque voluptatũ, dolorũq; cõtẽptrix, & vtrisq; pariter cedere nescia, vbi adesse piculum, seq; circuuentã hostibus suis videt arma capit, obuiãq; pgrediens, seq; in plium cohortãs multa secum, multa cuz deo suo loquitur, q̃uis

hoc vltimum Cicero vel nesciuit, vel nó dis/te sciuit non defectu ingenij, sed gratiæ. Tali sane colloquio ad decoris obseruantiam, atq; ad illa q̃ diximus ad incẽdendas vires ad consumanda consilia nullum efficacius. Alijs tñ verbis contra voluptatem blanditias, atq; alijs cõtra doloru͡ minas esse vtẽdum, et quibus vtrobiq; pronum est aduertere scięti, quæ nam vel hæ blanditiæ, vel hæ minæ, q̃;q; impares sint virtuti, sed qm̃ hoꝝ de altero sermo erat exemplo agã vnico, sed insigni, quo in reliquis oĩbus instructior fias. Quis est hic in dolore sermo intimus? Meministi quibus verbis Lucanus magnũ Pompeium inter carnificũ gladios visum facit, sed quia hoc pro qualitate personæ a poeta fictum, & ẽm verisimilitudinẽ aĩo viri illius in eo statu cõuenientibus verbis expressum est, Exẽplum verũ recensq; alterũ adijciam. Hac ipsa ętate superant qui viderunt adhuc multi Samnitẽ illum imperterritum, & inuictum senes, qui dum iussu illius, cuius nomen supsisse silentio melius fuerit, curru per ciuitatem duceretur nudus inter duos carnifices candẽtibus forcipibus, hinc illinc membra carpẽtes, populo, ad tã miserum, tãq; indignum spectaculũ lachrymante, siccis ipse oculis, graui & cõstãti voce sese alloquens dicebat. Quid facimus aĩe noli oro succũbere nihil, aut irascaris, aut metuas grauia sunt ista, sed breuia, & ꝑ no

tra æterna ne dubites salutē, grauiusq́; sup/
plicium hoc iubenti fuerit q̃; fereti. Erige te
animę, & depelle formidines, spera in deo
statim erit finis. Quibus verbis, quācā sibi
cogitabis, certe pectoribus audiētium incre
dibile dictu est, quāta cum misericordia fir
mitatem, constantiā, securitatem, patientiā
infuderit, & si arctius ęstimanti, Nō ille in/
timus de quo agimus, sed extimus sermo
esset. Nempe qui (vt dixi) a multis exterius
audiretur. Sed hæc, & his similia, & ab alijs
in silentio dici pñt, & ab hoc ipso forsitā di
cebantur. Vicissim.n.nunc tacebat, nunc in
voces quas diximus erūpebat. Potest & ali/
ter ille idē sermo intimus videri. Vnde non
quo prodeat cogitāti, & huius quidē secū,
ac cum deo loquentis in doloribus, inq́; pe
culis, nullus clarius exemplū q̃; Iob primi,
Theodosius secundi. Ille manu dei tactus,
atq; vlcerib⁹ obsitus quāta deū libertate iur
gāti similis cōpellet, seq́; ardēti, & q̃rula de/
uotione in deum erigat. Hic cū paucis innu
merabili, ac barbarico circūuētus exercitu,
quo feruore, quibusue suspirijs, seu pñtem
deum inuocet audiuisti. Do. Audiui pla/
ne & memini, & exēplis doceor quid velis
gratiamq́; nō mediocre Ciceroni habeo, de
cuius tribus exiguis granis, tres ingentesq́;
aristas messui, ex qbus cultu adhibito mes/
sis vberior nasci queat. Ra. Ita se res habet,
doctorū hoꝶm verba ꝑgnātia sunt, plus cō

tinent sensuum q̄ protendūt vt nihil aliud me loquente visus es mihi dolorū & q̄relarum tantisper oblitus, vnde elicis vehementem quoq; cogitationem rei cuiuspiam honestę, atq; in illam a rebus alijs quibuscūq; animi totius abstractionem multum & dolori, & molestijs oibus posse remediū afferre. Do. Potest esse vt dicis, sed mihi nunc et multum deest ad salutē illam, quam intendis animi, magnoq; sum in dubio an his oībus leniatur seu tollatur dolor, an v̄ba sint aīos occupantia, aures q; mulcētia, ad dolorem nihil. Ra. Verba corporibus nō medētur (fateor) nisi forsitā incātationes, et anilia carmina fidei aliqd merentur, ac medentur morbis animorū, quorū pfecto sanitas corporeū dolorem, aut extinguit, aut mitigat. Nunq̄ si patientia nulla esset, tam multi de illa viri doctissimi disseruissent. Nunq̄ tot huiusce rei argumēta aīo, oculis q; et auribus hęsissent, qd memoria imagines rerum tenes, q̄ multa vidisti aut legisti, quot historias audisti quibus non pbatum tibi, sed demonstratus esse debeat ita esse, vt dico, et si non doloris oēm sensum patientia eripi, qd ipm tn̄, et fieri posse, factum esse contendimus, at doloris certe victoriā, ferendi q; viriliter vires dari. Quid vero te plus habuit C. Marius vir lr̄arū inops, sz virtutū diues militarium, an nō ipse carneus, atq; osseus fuit? Quid plus Mutius, Pōpeius q;? Quid a

plus habuit stnō? Quid Theodorus? Quid ve Theodat⁹? Possidonus? Anaxagoras? in numeriq; alij, quorū quidē seruili cōditione, sed animo⁊ ingenuitate mirabili omne supplicium pertulerunt, nō modo fortiter, sed iucunde. Quid si ad vestros aīum, memoriāq; reflexeris inuenies in hoc numero pueros ēt, ac puellas tulisse cum gaudio, qđ vos viui sine fletu, & q̄stibus non ferretis, sed iam de re (vt aiūt) oīum asperrima, plura q̄; pro consuetudine diximus, desinendum est, dolorē.n. si non lenit virtus, verba non leniēt. Do. Heu hinc tu me vrges, hinc dolor, & cui credam nescio. Ra. Crede nobiliori, in quod illud quoq; plurimū adiuuerit meminisse summū illud, & eximiū mūdi decus eum. s. qui diuinam atq; humanā in se vnijt naturam, tot tantosq; pro te passus cruciatus, vt quæ pateris illorū collatiōe facilia, imo vero dulcia, lōgeq; suauia iudicari possint. Validissimum hoc remedij genus scrutātes cūcta philosophi nosciuerūt.

De furore. Dialogus CXV.

DOL.

Nimius dolor ne furores pariat me tuo. Ra. Obsta illi cogitationibus bonis & placidis. Quidam furori viam passionibus faciūt, ex multis affectibus non sanis vera tandem prodit insania, sicut ex contrarijs vera virtus frequentatis actibus q̄ri habitū philosophicum dogma est. Do.

est.Do. Furere metuo. Ra. Si aī vitio illc tibi armandus,armatura animi virtus est,at si corporis,consulendū succurrendūq; illi ē, si qua rei huius ars est ipsos apud corporū magistros qui physici nuncupantur, quæ si in hoc,vt in multis a'ijs,aut nulla est,aut ,pfessoribus suis incognita,Ego artē hāc vnā tibi pscripserim abstinentiā & oīs excessus fugā. Notū illud atq; antiquū. Viri sancti virtutibus corpus ędificant. multū cōferūt aīo simul & corporei frena libidinum, ac gulæ Multos strauit luxuria,multos oppssit crapula,multos somnus,multos ebrietas sepeliuit,multoꝝ vitę feruor, atq; impetus, & furibunda licentia verū abijt in furorē. Do. Timeo naturaliter ī furorē agi. Ra. Quod natura infert duꝝ pōt esse nō miserū. Culpa enim caret,quę miserię est radix. Quando aūt prouidendi obtigit facultas,vnum facito,vt te furor si vitari nequit in securo saltē statu animæ reperiat. Innocens si furere coeperis,aut innocens respicies, aut innocens morieris. Nulla ætas,nulla sanctitas, nulla custodia,sic innocentiā conseruat vt furor, qualem inuenit,talē reddit. Do. Furere metuo. Ra. Heroas comites ac reginas metuis, An fastidis Herculem,& Aiacem, Ecubam & Cassandram?an ex alio genere Lucretiā spernis,& Empedoclem? Do. Furere pertimesco. Ra. Multa vaticinari solitos furētes accepimus,sic quo nullum acumē sani ca

pitis peruenisset, vagus & rapidus furor venit, atq; hinc Graii quã vos diuinationẽ dicitis a furore Manticẽ dici volunt. Do. Horreo vim furoris. Ra. Et sanos mestos, & furentes lętos vidimus, falsa q̃uis opinione. Habet & error voluptatem suam. Do. Furẽdi pauor animum exagitat. Ra. Laborum furias quidam stimulato furore quæsiere. Verus furor ferias veras dabit.

De veneno. Dialo. CXVI. DOL.

Venenum timeo. Ra. Potu abstine, ciboq; permiscuo, expertorũ fides amicorũ excubet, supectos limẽ uteat, vina turbida, fusca exulent pulmenta, dapum q; permixtio, cautio adsit, & sobrietas, & tarditas. Præcipitatio autẽ absit, quæ & aliis, & p̃sertim genere hoc mortis multos pdidit. Si ad mensam lenta manus, oculus celer, animus vigil, memorq; discriminis, nec tuis tm̃ sed tuoꝝ oculis, atq; animis obnixus inuigila. Magnis periculis magna obstat intentio nihil non turbat incautum. Do. Venerari metuo. Ra. Operosum remedium audisti. Vis audire facillimum. Paup esto veneni metum periculũq; discusseris. Hoc si quidem mali genus humilior fortuna non recipit vna securitas parens & terrorum oium extirpatrix, medicina alia quidẽ optima, atq; promptissima, nulliq; hoiũ negata, multis ẽt ingesta nolẽtibus neq; vero efficax min⁹ q̃ parabilis, tuta hercle q̃uis

amariuſcula, atq; horridula. Cōprimit animi tumores, liuores diluit, bilē purgat, curat hydropiſim, veſtræ opes plenę inſidiarū plenęq; formidinū nō minus ciathos metuūt q̄ gladios, nec minus parapſides q̄ ſagittas non menſa, non domus, non cubiculū piculis ſuis vacat. Dubia q̄libet, atq3 ſuſpecta, pūtem q; viris intentant oīa mortem, qd in tempeſtate ait Maro, in tranquillo vobis accidit. & hoc veſtrę illæ tā dilectę vobis afferunt diuitiæ. Paupertas vero pter immerito apud vulgus infamati nominis notam tuta habet oia. Etſi qñ turbæ inſciæ puluis ac ſtrepitus conquieſcat optabilia, ac ſuauia penitus, & tranquilla. Tandem ergo fictilibus & vitreis vaſculis terreni hoies bibite atq3 edite, ſi ſecuri bibere vultis atq3 edere aureis vaſis ac gēmatis venena miſcentur. Quorſum pergis auaritia? ipſm quoq3 tam venenum gēmas amat, atq3 aurū. Contra hanc peſtem, neque pontici regis, neque alterius efficacius Antidotum, q̄ paupertas. Do. Venenum hauſi mors precordiis innatat. Ra. Vbi ſemel moriendum eſſe decreueris, qd decretum eſſe debet oibus, qui ſe meminerint mortales, quid refert an id ſitiendo facias, an bibendo, an tuo ſanguine madidus an vino. Magnos cōpotores, factiq; huius habes comites Alexādrum, Hannibalē, Philipponienem, Mithridatem, ipſum Glaucium, Theramenem, Socratem.

MET.

M Ori timeo. Ra. Hic non timor, sed cogitatus esse debet, qui si nouus incipit, nec a prima ętate tecũ creuit, si per interualla rediẽs nõ assiduus fuit. Im prouide vixisti, inhæsisse medulitus vtilissimum illud Flacci carmẽ debuit inter spem, curamq́ timores inter & iras omnem crede diem tibi diluxisse supp̃mum vt is esses, de quo idem alibi. Ille potens sui lętusq́ deget cui licet indies dixisse vixi, cras vel atra nube polum pater, occupato vel sole puro, hoc est nempe illud a philosophis laudatũ, sed ꝑ paucis datum viuere vita peracta. Me. Mori timeo. Ra. Et nasci timuisses, & viuere. Vitę limen initiũ mortis est, vita ipsa cursus ad mortem, seu verius mors quędam, viuẽdo ad moriendũ ibas, vel (qđ sapientibus visũ est) in horas certe moriebaris. Quid nũc igitur times, si mors vitam vel comitabatur assidue, vel necessario sequebatur? Illud qđẽ docti tantum, hoc ẽt vulgus intelligit, quicquid natum moritur, quicquid moritur natum erat. Me. Timeo mori. Ra. Mori times animal rõnale mortale. Atqui si primũ vere esses ẽm vt arbitror non timeres, humanam quippe naturam duo hæc in vnũ iuncta perficiunt. Ratio. s. & mors. Illa aiam cõcernit, hæc corpus, sed inopia rõnis metum mortis iduxit. Me. Mortẽ metuo. Ra. Nihil

est metuendum qđ affert necessitas naturæ. Qui naturalia.n.odit, aut metuit naturam ipsam oderit oportet aut metuat, nisi forte partem eius alterā amplecti licitum, & laudare, respuere alteram, ac dānare, quo nihil est insolentius. Non solum hoī cum deo, sȝ hoībus inter se. Itaqȝ vel totum recipis, vel totū reiicis amicum, ne si tm̄ grata decerpseris, non æquus amicitiæ cultor, atq; arbiter videare. Me. Mortēȝ horreo. Ra. Si quid in morte mali est id ip̄m metus mortis exaspe rat. At si nihil, magnum ipse metus est malum est. Stulticia est malum suum, vel augere, vel facere. Me. Nomen ipsum mortis exhorreo. Ra. Nomen mortis infame, mortalium fecit infirmitas. Si quid aī virium ve inesset nihilo plus terroris esset in morte q̄ꝫ in cæteris quę per naturam fiunt. Quid.n. magis mori timeas q̄ꝫ nasci, adolescere, senescere, esurire, sitire, vigilare, consopiri? quod vltimum plane simillimuȝ morti est. Atqȝ ideo somnum, aliȷ consanguineū, aliȷ vero mortis imaginem dixere. Neue seu poeticus lepos ęstimetur seu philosophicū acumē ip̄a veritas amici mortem somnum dixit, & semel facere metuis, quo cotidie delectaris? Incōstātiam quidem hanc docti mirantur, atqȝ arguūt. Me. Trita hęc apđ philosophos ac vulgata sunt delectantq; dum resonant, interpone silēcium, timor redit. Ra. Immo equidem manet, nā si abȷsset. non rediret

&c,est nõ infidior vulgi pcordijs timor mor-
tis innatus. Sed eruditũ virũ vulgaria sape-
re deforme est, quẽ deceat vt modo, dicebã,
non turbę vestigia, sed paucorũ sequi. Nam
qđ te philosophis dicis miror quid ita cum
a nautis nauigandi, vel ab agricolis serendi,
a ducibus bellandi cõsilium capiatis, viuen-
di consilia a philosophis sumpta cõtemni
tis, & pro corporis cura, medicos euocatis,
pcura animi philosophos nõ aditis q si phi
losophi, veri sunt, vtiq; & aio medici & ar-
tifices sunt viuendi. Nã si falsi, & solo philo
sophię noie tumidi, non modo non cõsulẽ
di, sed vitandi sunt, quibus nihil est impor-
tunius nihil insulsius, quorũ abundãtior est
q; vellem ętas hæc. Cum egẽtissima sit viro
rum. & om̃ a pñtibus pter meras nugas ni-
hil est qđ speres si ad priscos reditũ q; inuen
tum aliquid apud illos fuerit, qđ ægritudinẽ
tuam leuet, noli spernere, & dicere qđ indo
cti dicunt, a philosophis ista sumis. Rñde-
bo.n.tibi cũ Cicerone. Metuebas ne a leno
nibus diceres, & re vera, vbi nam piscari, ve
nariq;, nisi vbi pisces, ferę q; habitant in aqs
atq; nemorib', vbi fodi aurũ, vbi gẽmas le-
gi, nisi vbi hoc nascitur, illæ scatent, in terræ
venis marisq; littoribus? vnde nisi a merca-
toribus merces, vñ statuas & tabulas pictas
nisi a statuarijs, atq; pictoribus? vnde demũ
philosophica, nisi a philosophis peti iubet?
quę etsi apud illos pro thesauris abdita, atq;

ab illis inuenta sint, eadem tamen ab aliis in apertũ erui, & vel aceruatius, vel clarius, atq; expssius, vel breuius. Postremo vel aliter dici pñt audiendi similia oibus spem datura successum paucis. Ea est vis ordinis, ac iuncturę, qđ & in poeticis elegantissimus Flaccus docet, & sępe aliter, atq; aliter, & aliquando potentius affectura aíos tãta est gratia, vel notissima re narantis tanta vetustis nouitas, tanta lux fulgidis, tãtis formosis decor additur, qđ nõ hic iõ dixerim, quin alibi non possem, sed quia tu hic materiã obtulisti. Nolo.n. quia ignaræ supbię mos est semel audita nec forte itellecta, dũ repetũtur, quasi trita, & vulgata fastidias. Me. Acquiesco, recte quidem in his monitis te versatũ video, & si ab icœpto procul adhuc.n. mortem nihillominus horreo. Ra. Sunt q̃dã nomine & opinione hoius maiora q̃; re, multa horrori eminus fuerãt quę vicina sunt risui, temere creditur inexpertis. Nemo ex his mortis infamatoribus cõperti aliquid loqui põt. Nihil ipse expertus, nihil ab experto didicit. Mortuus queuis interroga silebit is cui iam rei veritas nota est garrient quibus incognita, & vanis auguriis astruent, quod ignorant, hinc apertissima, hinc occultissima rerũ mors archanum & coniecturale negocium suspitionibus agitur, in dubio bóis opinionibus inhęrendũ, tenendumq; potius, qđ iucundum faciat, q̃; qđ mœstũ ani

mium. Me. Animus mortem timet. Ra. Si sibi, superuacuus timor, Imortalis est.n.ipse si corpori, sui hostis curam gerere pietas indebita. Sin dissolui metuit, nimis carcerem & cōpedes suas amat, stultus amor. Me. Timore mortis exagitor. Ra. Stulti oēs mori metuunt, neq; id miror, quibus felicitas ois in corpore est, qđ extingui morte nō est dubium. Iure igitur boni sui finē pauidi cogitant, mesti videntr. Natura.n.hois hæc ē, vt infelix esse nolle nequeāt, virū doctum cui non alia corporis q̄; villis mancipii cura est, cui in cultu animi omne studiū semp fuit, omnis amor, omne desideriū, ois spes mortem corporis non aliter q̄; digressum matutinum e nocturno quodā inamœno & incōmodo, prius hospitio spectare decet. Me. Mortem non timere non possum. Ra. Posses vitę huius exitum non timere, si alterius ingressum sperare posses aut optare. Tuus hic timor inde oritur. Quāuis.n. formidati vulgo exitus multę tradantur causę, omnes tñ vitæ illius spe proposita euanescunt. Me. Mortē metuo. Ra. Metum hunc paritim premeditatio maxime et inopina necessitas moriendi. In viro docto ac sapiente turpissimū, & pſertim sene, cuius si rite doctus vereq; est sapiens, vita ois meditatio mortis ē qđ si philosophiæ visum fuit antiquę, quid nūc nouæ pietati quę summa philosophia, & vera ē sapiētia videatur? Aspice vt q alte/

rio imperio parent subito longum iter iussi agere soliciti,& tristes raptim complicandis sarcinulis inhiāt, vt q̄ruli qd p̄dictum eis añ non fuerit, indignantesq; abeunt, vt sępe in tergum versi,& nunc quoq; hoc, nūc illud obliti murmurent. Atqui nulla via est longior q̄ mori, nulla durior vt perhibent, infestiorq; latrūculis, nulla deniq; obscurior suspectiorq; & incertior, quę vt cūcta cessarent certe irremeabilis via est, quo attentius prouidendum, ne quid obliuiscamini qm̄ hinc digressis non licebit qđ vtantibus cæteris. Atq; aliud quodcunq; iter agentibus literis scilicet aut amicis oblita cōmittere q̄ ad suos perferant, nec remandare aliquid, nec sub sistere quidem, nec diuertere licitū, nec reuerti, iter necessarium impossibilis reditus, tre illo necesse est Milites, vnde redire non est necesse, hoc militibus suis, dux Romanus apud Senecā, hoc dux vobis vester edicit. Itaq; cum oporteat ire, nec liceat redire, cumq; itineris sit certa necessitas, hora autem mortis incerta, vnum est remedium vt parati animo sitis semper & vocati r̄ndere, & iussi obtēperare, cōpositisq; oibus, ad primum ducis imperium iter illud alacriter agere, quod vtiq; vobis, aut lætis, aut tristibus peragendum est. Ea res maxime & metum mortis iminuet,& dolorem, nec securos mō, sed cupidos hinc abire vos faciet. Alioqui improuisis & incautis eueniet, qđ

hiſi qđ eſt aı̃al mortale? Quõties in'te q̃ſq̃ reflectitur, nõne ſibi illico nomen mortis occurrit. Sed refugitis quaſi p aurẽ mors irrũpat, & auertitis aı̃m, atq; id cogitis obliuiſci, qđ mox ſui memoriã vel inuitis inge ret. Recuſatis ecce mortẽ cogitare quã cõfeſtim & cogitare oportebit, & pati, cuius paſſio facilius ſequeretur, ſi cogitatio p̃ceſſiſſet. Nũc ſimul in anguſtiis altera alterã exaſperat. Omne.n. inopinũ ac ſubitũ, aı̃am q̃rit. Æq ſtultũ eſt, vel appetere aliqd fruſtra vel vitare velle qđ neq̃s, eoq; ſtultius vtrunq; quo dãnoſius futurũ ipleſſe qđ cupias, atq; nil dãnoſius in humanis malis, q̃; dei ſuiq; ipſius & mortis obliuio, q̃ tria nũero ſic cõnexa ſunt vt vix valeãt diſſolui. At vos vr̃i memores videri vultis, & principi & finis ĩmemores. Obſeruaſti hos q domui ſuę diſponũt, vix ẽ qui dicere audeat (cũ moriar) ſed ſi moriar q̃ſi in dubio ponit quo nihil ẽ certius. Neq; id ipm ſi moriar clare ſonat, ſ; ſi qd de me eſſet aliud, qd nã eſt hoc aliud q̃ſo, & nõ potius idem ipm qđ de oib⁹ fuit? Erit ne vel q nati, vel q naſcituri ſunt, qbus vt vitę, ſic & mortis multa ſunt gña neceſſitas vna moriẽdi? Hãc tu cupis excutere, quã nec pr̃es tui, nec vlli vnq̃; reges gentiũ excuſſere, nec excutient qdem. Tergiuerſamini vt libet. ita vobis eueniet, vt his q ↄtra hoſtilis ferri aciẽ oculos claudunt, q̃ſi piculũ quod nõ vident nec ſenſuri ſint. Fallemini, Morie

mini, sentietis. An coeci aut, an videntes id in vestra manu est. Optate igitur bñ mori, qđ ipsũ nisi bñ vixeritis frustra est, optate inquã, & enitimini, & qđ in vobis est facite, reliquum illi committite, qui vos in hãc vitã vltro nõ vocatus intulit. egressuri nõ nisi vocatus & rogatus manũ dabit. Non mori aũt nolite optare. Non mõ.n. impudens arrogansq;, sed inefficax ẽ & inane votũ est. Assuescite, O mortales naturę legibus & ineluctabili iugo colla submittite. Etsi vos ipos amatis. ꝙ nati estis amate, non ꝙ nati non esse velletis. Neq;.n. naturã vobis, sed vos illi obsequi par est. Me. Pauorẽ mortis abijcere diu qdem frustra nitor. Ra. Miror quid tã diu frustra niteris quo te debuit cogitatio prona ꝑducere. Turpis est.n. tam breuis periculi (si ꝑiculum nõ natura & periculorũ finis est mori) turpis est inq̃; viro tã momẽtanei discriminis tam lõgęuus pauor, & tot anni anxij atq; suspensi ad horę, seu suspirij vnius euentum. Vis ne aũt mali huius vltimũ remediũ, vis mortis metu ꝑpetuo liber esse, Bene viue, vita laudabilis mortez sperrnit sępe etiam cupit, deniq; hęc terribilium oĩuz summa est, siquidẽ labor, dolor, aduersitas, infamia, carcer, exilium, dãnum, bellum, seruitus, orbitas, Paupertas, Senium, ęgritudo, & mors fortibus viris nil sunt aliud nisi experientiæ, schola, campus, patientiæ gloriæ palestra.

De voluntaria in seipm manuū iniectione,
Dialogus. CXVIII.
DOL.

Mortem mihi cōsciscere ꝓpositū est. Ra. Rē vnam nunc metuere, nunc optare hæc tota cōstantia vestra est. Nūc tu mortē muliebriter formidabas, nūc eandē inhumane appetis subita, Rogo q̄ nā mutādi aī cā est? Do. Cogor ipse mihi manus inucere. Ra. Si cogeris, iam nō volūtaria manū iniectio ē, q̃uis dicatur, ꝙ coacta volūtas, volūtas est, s; ꝑfecto nō libera, nec voluntas ꝓprie, q̄ nolēdo fit, A quo aūt cogeris nosce velim? Inicij aūt manus vel inuito pñt, tu tibi illas inijcere, nisi volēs nequis Do. Magnę sunt causę, q̄ me mori velle cogunt. Ra. Magnę fateor si cogunt, sed nō cogerent, si vir esses. Nunc in vestram aī mollicié, nihil est inualidū, vitę aūt an q̄ sint hæ causę ritę p̃sagiam, ira, indignatio, impatientia, furor qdam in se versus, obliuio deniq; sui ipsius. Nam si te hoiem meminisses humana oia æquo aīo tolleranda cognosceres neq; parui mali imo ne mali quidem odio maximū in malū velles incidere. Do. Inijcere mihi manus cogor extremis malis. Ra. Non sunt extrema q̄ te p̄munt mala. Summū illud & extremū malum q̄d te vrget desperatio, cæteris.n.malis aliqd, huic vni nihil p̄t esse remedij, Quę sunt aūt hęc extre

ma, q̃ dicis mala? nisi labor forsitan, & pau
pertas, hęc sunt.n. q̃ poeta cõmemorat. De
his agẽs qui sibi lętum insontes peperere ma
nu lucẽq; perosi ꝓiecere animas, de quo ꝑ se
ra pœnitentia mox adiecit. q̃; vellent ęthere
in alto nũc & pauperiẽ & duros ꝑferre labo
res. Sunt nõ ãt tam grauia mala hęc quorũ
primũ boni oẽs, forti atq; æquo animo su
ferre, de quo suo loco diximus, q̃dam sponte
insup ellegerũt, atq; hinc gloriosi, ac in ęter
nũ diuites facti sunt, sæculũ viris cõuenire
apud Crispũ atq; ad id nasci hominẽ, apud
sanctũ illũ & afflictũ senẽ legimus, At vos
ingetissima animalia quicquid nõ ad nutũ
auaritiæ vestræ fluit vestręq; libidinis iustã
voluntarię cãm mortis opinamini. Tam de
licata, tã ꝓceps luxuria vestra est, vt leuibus
ex causis nõ fortunę tm̃, sed vobis ipsis ira
scamini, inq; ipm deum calcitrantes impia
ora laxetis quasi q̃cquid id est in quo nõ vo
bis dñs videtur obsequi iniurię grauis sit.
Do. Magnis malis vinctus mori eligo. Ra.
Tędio vitę, credo familiari vitio stultorũ o
mniũ. Sapiẽtib⁹.n. oĩs vita iucũda est, lætã
libẽter, tristem ferũt patienter, & si in rebus
ipsis nequeunt patiẽtia delectantur. Nil in re
bus lætius nil dulcius est virtute. Illa est quę
molesta lenit, obliqua dirigit, dura mollit
ac mitigat, ardua atq; aspa quæq; cõplanat
Cessant q̃rimonię, cessent ꝓcipitia. Et ad sũ
mã sapientię vita nil serenius, neq; trãquilli

tis,hi ãt aiorũ fletus atq; angores,hę nubes ac ꝓcellę,q̃ in scopulos fragilẽ vitę cimbas tradũt e sola stulticia oriunt.Do. Morbi im patientia mori elegi.Ra. Stulte eligis,ac sup be,ꝗ̃ne dñs de corpore tuo.qđ ipse fecit,suo arbitrio statuere.An qđ tibi tuo in ædificio vis licere,in quo nõ ligna,nõ lapides tu feci sti in quo deniq; ꝑter structuram nihil est tuũ?Id in suo licitũ dño omniũ nõ vis,qui nõ in illo tm̃ carnẽ & ossa,& sanguine;, & spm̃,sed celũ & terras,& maria, & omnia q̃ i eis sunt,creauit ex nihilo,nec dicas apud temetipm̃,corpus meũ,graui dolore angi/ tur,nec tu dñium,sed vsum corporis accepi sti breue ad tp̃s. An tuę luteæ te dñ; credis? inquilinus es.Qui fecit omnia,is est oium dñs. Do. Dolore cogor vt mori velim.Ra. Hic fortassis ad experientiã dolor datur,qui si molestus est,esse poterit vtilis. Si intolera/ bilis longus certe nõ erit.Expecta dñi reuo/ cãtis edictu; Cumq; vocatus fueris rñde & nõ prius.Extra est dies tua,quã nec anticipa re fas,est,nec differre possibile,ꝑoccupaue/ runt tñ hanc multi,& dũ paruã fugiunt bre uemq; molestiã in æternas se atq; irremea/ les demerserunt,habuitq; hæc opinio ma/ gnos authores Annęũ Senecã in primis qui ad eã tam cõstanter, & tam sæpe reuoluitur, vt mihi qdem verius videatur ne nõ ꝓpria sua sit,mirariq; cogat interdũ,vnde tam tri stis sẽtẽtia tãti viri pectus suaserit, vtq; alia

silicã,q̃ prosequi longũ est,quadã ad Lucillũ epistola. Si inutile inquit ministeriũ est corpus quid ni oporteat educere aiam laborantem. De hinc paucis interiectis prosiliam inquit ex ædificio putrido,ac ruenti. Male ais o Seneca,& multa bñdicta vno polluis maledicto. Nõ migrãdũ nẽpe,sed expectandũ est. sine ędificiũ tuũ ruat,vt añq; fugias opprimaris. Do. Nõ possum pati q̃ imminent mori malo. Ra. Ab hoste forsitan inferẽdã mortẽ, q̃ fortiter lata sit,turpis esse nõ pt. Cũ hæc volũtaria non possit esse nõ turpis quia cõtra dñi supioris imperiũ est, contra qd nihil bñ fieri pt. Do. Mori mallẽ q̃ q̃ in stãtia sunt videre. Ra. Non est viri nõ posse erectis oculis vtrãq; fortunę faciem spectare,muliebre est trepidos oculos auertere. Quid est ãt qd te turbat vsq; adeo vt solius opẽ mortis implores? Tua ne forsitan, an tuorũ,an patrię laborãtis aduersitas lenta? Illa duo qdẽ,nihil.n.pt fortuna cui nõ possit virtus obstare. Tertiũ hoc piũ,sed pietate lãguida & inerti. Siquidem pñę seruitus & tyrãni facies,morte potius repellẽda,q̃ declinãda sunt. Idẽ ẽ.n.viri opus hoc fœminę. Qua tamen in re Catonis mortẽ miris laudibus Seneca idẽ effert sua illa peculiari opinione de qua diximus. Non sic Cicero, excusasse contẽtus,laudibus abstinet. Ait.n. Catoni incredibili grauitate naturę perpetuaq; constantia moriendũ potius q̃ tyrãni vultum

tum

tum aſpiciendū fuiſſe, quē tñ Brutus aſpe-
xit & illius potius morte tollēdum, q̃ ſua
morte fugiendū cenſuit, qđ q̃ bene, ſeu q̃
male fecerit, non laboro. Fecit tñ. Cicero at
dum Catonē excuſat, ſuæ illius ſentētiæ me
lioris obliuiſcitur, q̃ ante annos plurimos
libro ſexto reipu. poſuerat. Ea ẏo eſt hmōi,
dum. P. Africanum minorē in cœlo cū pa-
tre, atq; auo colloqui ſomniantem & audi
ta immortalitate aīæ ac felicitate vitæ alte-
rius moriendi auidum induxiſſet. Patrem
mox inutile deſiderium caſtigantē fecit his
verbis. Non eſt ita inquit ille, niſi.n. cuꝫ de-
is cuius hoc templum eſt omne qđ conſpi-
cis iſtis te corporis cuſtodis liberauerit, huc
tibi aditus patere non pōt, hoīes.n. ſunt hac
lege generati qui tuerentur illum globum
quem in hoc, templo medium vides, q ter
ra dicitur, quare & tibi Publi inquit, & pijs
oībus retinēdus eſt animus in cuſtodia cor-
poris, nec iniuſſu eius a quo ille vobis eſt
datus, ex hoīum vita migranduꝫ eſt, ne mu
nus aſſignatuꝫ a deo diffugiſſe videamini.
An non ſatis Ciceroniana hæc excuſatum
arguunt Catonem? Et plane ſi ab impera-
tore terreno ad cuſtodiam loci cuiuſpiam
deputatus non auderes, iniuſſus te remoue
re, ferretq; ille hoc grauiter ſi ꝯrarium feciſ-
ſes. Quid cœleſtis putas Imperator cui tan-
to plus obedientiæ debetur, quanto ma-
ior deus eſt homine. Fuit nuper priſce vir-

tatis Stephanus columnensis, non hac sol-
lum sed omni ætate vir clarissimus futu-
rus, hic ab ingenti illo suo hoste, cui poten-
tia impar erat obsessus, turrim vbi pluri-
mum periculi videbatur vni suorum con-
seruandam certus de illis fide commiserat,
quæ dum cuniculis suffossa latentibus tre-
meret, ac ruinam minaretur fugientibus so-
cijs, atq; hortantibus, vt saluti suæ descen-
dendo consuleret cum iam nihil vtilis mo-
ra esset, sibi vero periculosa etiam & fune-
sta. Non descendam, nisi ille me reuocet a
quo hic positus fui, Id dum Stephano nun-
ciatum esset & ipse illi metuens, atq; illum
reuocaturus accurreret. Turris fundamen-
tis fatiscentibus magno corruit fragore.
Sic fidelis custos oppressus est, quem vix
erutum ruinis dominus suus mœstus ac
lachrymans sepeliuit. Eumq; dum vixit &
pie desiderauit, & fidem eius sæpe meritis
laudibus in familiari colloquio prosequu-
tus est. Quid his verbis velim vides. Talis
enim tibi commissi corporis custos esse de
bes deo, qualis hic credite sibi, turris domi
no suo fuit, fuisse tamen nihilominus
non me latet mortem Catonis illa ætate
laudatam, a multis ac opinione hominum
gloriosam. Notumq; est illud Iulij Cæsa-
ris, qui dum victor Vticam properaret, vbi
ille se peremerat audita eius morte, Cato
meæ gloriæ inquit inuidit, Et ego suæ in-

uideo præclarum aliquid, haud dubie vi-
debatur cui vir maximus & gloriosissimus
inuideret. Do. Quid igitur obstat mihi aut
quid prohibet sapientis viri mortem in-
uidiosam summo hominum & excusatam
sapientibus ac laudatam sequi, vitæq; dif-
ficultates innumeras, auxilio spontaneæ
mortis euadere? Mori volo. Ra. Vide ne
te inanis spes rerum fallat. Sunt nempe alij
q; pares eloquio nihil ad rem, at certe sen-
tentia potiores, qui Catonis hanc mortem
neq; laudent, neq; excusent, sed grauissi-
me reprehendant. In quibus Augustinus
scrutator veritatis acerrimus non hanc fuis-
se illi arcessendæ mortis causam disputat;
ne sub Cæsaris Imperio veniret cum filio
suo, cum ipse author fuerit ad Cæsarem
confugiendi, deq; illius clementia speran-
di omnia, nec fefellit, quod si turpe credi-
disset, cur non filium secum, vel veneno,
vel ferro, vel morte qualibet ab eiusmodi
turpitudine liberasset? cum Mālius torqua-
tus sit laudatus, q filium ipse suum, qui
contra patris imperium pugnasset, ac vi-
cisset occiderat, Neq; enim turpius dici po-
test, procacis hostis esse victorem, q; super-
bo parere victori. Quid ergo Cæsarem di-
gnum iudicauit qui filio vitam daret at qui
sibi vel indignum censuit, vel inuidit? Et ad
summam mortis illius solā cām fuisse de-
prehēdit inuidiā, quod nec Cæsar ipse dis-

simulabit, vt modo diximus. Aliud enim timere quid poterat? aut quid principes nõ tulisset a quo pridem consule curia eiectus fuerat, & coniectus in carcerem, & qui se tã ta, tãq; præsenti iniuria nõ occidit, quo ina ni metu qua se falsa opinione superbiæ, aut crudelitatis occideret. Quid tam horrificũ vultus Cæsar habuit, vt esset morte etiã fu giendus, virı omnium non tyrannorũ mo do sed principum clementissimi, atq; mitis simi, & si potentiorem nullum, multos cer te feraciores, sua ille viderat ætate, immo vero nullum viderat mitiorem. Iure igitur alter quidem scriptor egregius & fide cla rus, & eloquio, mihi inquit Cato videt cau sam qũsisse moriendi non tantum vt Cæsa rem fugere q̃; vt Stoicorũ decretis obtẽpera ret, quos sectabatur, suum q; nomen gran di aliquo facinore clarificaret. Cui quid ma li potuerit accidere, si viueret non inuenio. Caius enim Cæsar, vt erat clemens nihil aliud efficere volebat etiam in ipso belli ci uilis ardore, q̃; vt bene mereri de Repub. vi deretur. Duobus optimis ciuibus Cicero ne, ac Catone seruatis. En tibi alia præter inuidiã causa moriẽdi vanitas stulta, vtraq; nec Catone digna, neq; illa prorsus antici pandæ mortis sufficiens causa est. Do. Mo ri malim q̃; sic viuere. Ra. Quid scis an hęc tibi tam tristis vita multis optabilis multis inuidiosa sit? Sed ĩpatientia res cunctas exa

ſperat. Do. Mori opto. Ra. Vt timidis metum mortis ſic deſperatis vitæ odium extorquere difficile eſt, vitam tamen æquanimiter perferandam, mortem fortiter ſpectandam, hæc noſtri remedij ſumma ſit.

De morte. Dialog. CXIX.

DOL.

M Orior Ra. Ad extrema peruentum eſt. Iam nec mortẽ metues nec optabis, de quibus duobus totidem me proximis tractatibus fatigaſti, iam præterea nec dolebis, nec corporis animiq; defectibus ſubiacebis, nec rerum tædijs, aut morbis, aut ſenio, aut hominum dolis, aut fortunæ varietate laſſabere, quæ ſi mala ſunt mali finis vtiq; bonus eſt. Tu pauloante de his omnibus querebaris, nunc eorũdem de fine conquereris, vide neſcis iniquus, vnam rem qui ſimul doleas eſſe & finiri. Do. Morior. Ra. Iter patrum, immo omnium latum tritumq; iter gradleris. Solus ne tibi neſcio quid aliud demum maluiſſes? Perge autem non eſt aberrandi metus, tot ſunt viæ duces comitesq;. Do. Heu morior. Ra. Si quis eſt quem flentem mori deceat ridere dedecuit viuentem, cui inſtare ſemperq; ſupra verticem videret vnde mox flendum ſciret. Riſum illum haud dubie fletus hic non longo ſeiunctus ſpatio ſequebatur. Do. Morior. Ra. Non

est ferendus qui sui generis sortes luget. nõ
moreretis vnq; ni mortalis esses. Sin id de-
fles. q mortalis sis, non est flendi locus, vbi
esse desinis quod inuitus es, flendum erat
ab initio dum inciperes esse quod nolebas,
nunc gaudendum, esse enim incipies im-
mortalis. Do. Morior. Ra. Omnes hi qui
lectulum tuam modo ambiunt, omnes
præterea quos vidisti vnq; omnes de qui-
bus audisti aliquid aut, legisti, & quantula
ea pars hominum est, quam nosse potue-
ris, omnes omnino qui vel olim nati sunt
vel omnibus terris ac sæculis nascentur, iter
hoc egerunt acturiq; sunt. Cerne animo lõ
gam præcedentium longamq; sequentium
caterua im comitumq; & hac ipsa hora tecũ
simul obeuntium, Non paruum numerũ
pudebit credo sortem publicam priuatis
vrgere querimonijs dum ex omnibus vel
vnum cui inuideas non videbis. Do. Mo-
rior. Ra. Hoc est impassibilem fieri, & iu-
gum fortunæ pariter ac mortis excutere.
Geminum ingens bonum quod viuẽti nul
la vnquam prosperitas largiretur. Cogita au
tem queso quot tibi & q̃ graues curæ, qui
superant labores, Si (non dicam infinitã)
sed annorum mille, qui viuus iam p̃teritæ
diei spacio comparantur, certam vitam ac-
cepisses, quod optime, æstimabis, si huius
breuis ac fugacis & incertæ vitæ tædia p q̃
hac toties susceptos labores molestiasq; me-

mineris. Do. Morior. Râ. Ita mortem fle/tis, O mortales quasi magnum aliquid vi/ta esset, quod si esset magnum aliquid Mu scæ haberent & araneæ, & formicæ. Si sem per beneficium vita esset semper maleficiu esset mors, quæ magnum beneficium est in terdum, dum vel ab intolerabilibus malis vel ab his quæ summa sunt mala peccatis instantibus animam eripit, præseruatq;. At qui vt magnum aliquid inter vos sola est virtus, sic si per se spectetur, vita hæc miseria rum innumerabilium officina est, quas qui claudi dolet is ferias respuit malorum, & quietem odit, quam qui appetit laboriosæ finem vitæ cupiat necesse est. Quando nul lus alius est, vel laborum vel malorum fi/nis, quid fles igitur? Dies adest, qui si trahe/retur votis erat optandus, & fortassis vt res hominum sunt & fortunæ vis immensa & insultus varij sæpe etiam votis optatus est tibi. Do. Morior. R a. Immo ex terrea & caduca domo, ad æthereum atq; æternũ migras habitaculum, & in limine pedem habens mœstus auelleris, atq; inuitus, & nescio quid retro anxie respectans an sor/dium quas dimittis oblitus, an bonorum ad quæ pergis incredulus profecto? Si quod pauloante dicebam, & quod ma/gni dixerunt viri vestra quæ dicitur vita mors est. Illud est consequens vt eius fi/nis, quæ mors dicitur vita sit. Do. Morior.

Ra. Rex te tuus carcere liberat, iam vincu la franguntur, quæ fecisse mortalia primũ patrem libuit. Idq; vel maxime ad illius misericordiam pertinere. Et plodno visus, & vestris approbatum sciens, quid quera ris nescio. Do. Morior. Ra. Vocat te Rex tuus Felix nuncius. Sæpe est enim, nec vide tur faustum quod inuitis acciderit. Consen sum adhibe, tunc sentire incipies q̃; bene tecum agitur, hic quem metuis carceris exi tum, & male vitæ reputans, & mortis bo na præsagiens quasi olor ille Socraticus di uinationis particeps, & ob id Sacer Apol lini moriendo cantabis, si non voce saltẽ animo, & nisi quod absit graue nimis inex piatorum te criminuz pondus præmit qđ fecisse Vespasian⁹ corpore legitur, tu facies mente vt assurgas moriens, ne te dignum censeas iacentem mori. Neq; minus, hac in parte tibi tribuas q̃; ille sibi ꝙ non vt ille sis princeps, Mors enim nescit imperiuz, Principes non agnoscit adæquatrix opti ma, multa forsan in vita certe in morte ni hil illi licuit, quod non liceat tibi, quin & plusculum diuinæ opis tibi ni respuis affu turum spero. Non quia tu melior sed ꝙ gra tuito dei amore felicior, qui negata ma gnis & sapientibus abscondita concessit par uulis & reuelauit indoctis. Adde ꝙ tuum vilius, cum facilius tuum erit assurgere. Illius enim conatus corporeis viribus eges

bat, quas morbus extenuat, mors extin/guit, tibi ad assurgendum non nisi animi viribus est opus quæ vicinia sæpe mortis augentur. Do. Morior. Ra. Quid in tuto trepidas? Quid in plano cespitas? quid in prono hæsitas? Non tibi ingeram quæ hoc loco disputant philosophi. Multa sunt enim quæ morientis occupatio, & angustiæ temporis non admittunt debuit tibi profunde admodum hæsisse, quicquid vbiq; de hac re ab antiquis philosophis disputatum est, vt enim ipsi idem volunt asperarum rerum omnium remedia superuacua facere potest, rara quidem sed in finem rara prosperitas, quæ aduersus mortem disferuntur ea semper vtilia, semperq; necessaria vt sint mo/riendi nō fortuita, sed naturalis & inuicta necessitas facit. Inter cæteros sane multa & valida in thusculano ipso, cui' supra memini, pcima luce. recolegit Cicero, quę nisi olim didiceris, nunc docendi spacium non est, quibus efficit siue in malis sit, qui moritur, siue in bonis esse videatur, quia tamen ex quo fortunæ iaculis patet omnis hominum status a malis eum non a bonis morte discedere. ꝙ acer quisq; humanarum ob/seruator rerum haud dubie verum sentit. Morte igitur non offensum se, sed sibi consultum iri existimat iam læte illā cogitans & cum venerit vissurus vt liberatoris sui nuncium, seu ministrum & cum transierit

respecturus, ceu fenestram, vnde mundi laqueos & carcerem carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur, seu perit animus, seu transfertur vt vel mali nihil vel boni plurimum fit in morte. argute fortassis apud suos, apud vos nempe non philosophis modo, sed ne vulgo dubium, credo hercle, nec apud eum ipsum de quo saepe loquimur Ciceronem, quod magnificentissime multis testatus est locis. Sed vel sui collocutoris, vel illius aeui diffidentiae seruiebat. Ad summam igitur sic teneto vt scias immortalem esse animam, quod non solum concors vestrę gentis opinio, sed philosophorum omnium excellentissimi tenuerunt. Nulla tibi spes in occasu animae quae natura talis est, vt mori nequeat, neq; hinc fidas nil mali superesse post obitus quod nulla sit futura anima quae pati possit. sed quia creator animae, ipse est mitis, ipse pius ac misericors opus suum non despiciet seq; veraciter inuocantibus prope erit. In illum preces, in illum vota, in illum spes vltimae ferantur, in illius nomen extrema definant suspiria, I securus nihil timeas, natura parens benignissima nihil fecit horrificū mortem formidalem error facit hominū, non natura rei prouidae, si quid magnum volu's animo, si quid altum struis, humiles & ineptas vulgi voces actaq; despice, verū illos suspice, quorum imitatio ad veras glo

tiam via est. Apud nostros qdem lęte felicis terq; morietiũ innumerabilia sunt exẽpla: Sin antiquiora perquirimus multi occurrent, qui mortẽ non mõ ferant fortiter, sed accessant qd in Marco Catone sicut mõ diximus. M. Cicero excusat. Seneca aũt & laudat. Nobis vero neutrũ sat pbat, sed fm minus, qa tolerabili⁹ est errorẽ excusare, q̃; laudare. Nos vtrunq; reijcimus, qm̃ vt vocatũ respondere & reuerenter parere laudabile, sic Impatoris iniussu, cõmissa de custodia & corporis statione discedere capitalis est habenda defectio, & vel exilio graui, vel summo plectẽda supplicio. Sciẽs repeto, vt alti⁹ imprimam. Abunde eniз (nisi fallor) hæc omnia superior tractat⁹ explicuit. Do. Morior. Ra. Immo carnis tributum naturę debitum persoluis mox futurus liber, fac libens, qđ vel nolens faceres, & vt bene ait quidam mortis hortator cupias qđcunq; necesse est. Non est vtilius, immo quidem nõ est aliud in necessitate consilium, quicquid fit a volente fit leuius, & definit esse necessitas si voluntas accesserit. Do. En morior. Ra. En te dominis præstolatur. Accelera ne titubes neu cuncteris, pone suspitionẽ, neu tu tibi carior es q̃; illi? Quis vocatus ab amante diffidit? Adhuc forte miraberis timuisse quod optandum esset. Multa enim solutus scies quæ vinctus nullo vnq̃; studio didicisses, vsqз adeo vt arcana rerum no-

ſce volentibus, ad quæ mortali velo, obſti/ta acies veſtra non penetrat, quę profecto cu piditas naturalis eſt homini ſed vehemen/tior ſtudioſo nil morte melius putet, nilq; quod breuius ad optatum ferat. Do. Mo/rior. Ra. Immo obdormis vitæq; feſ/ſus vt arbitror requieſcis. Do. Morior. Ra. Vade in æternam requiem, nunc primum viuere incipis. Bona mors initiũ eſt vitæ.

De morte ante diem. Dialog. CXX.

DOL.

Quid quod ante diem morior? Ra. Ante diez nemo moritur. Sed nõ oĩbus dies idez. Immo vt vates ait eximius, Stat ſua cuiq; dies, ad quam qſq; cum venerit metam attigit. Et quoniaz, nec redire datum nec ſubſiſtere, tranſeundum eſt. Do. Ante diem morior. Ra. Poſſet id ve rum eſſe, ſi in diem debitor fuiſſes, purus debitor ſemper debet, ſemper itaqz nutum ſui creditoris obſeruet. Et ſemper in nume/rato habeat quod debet. Habet autem ſem/per dum mortale corpus habet, nullo mu/tuo, nullo opus eſt fœnore domi habet, im mo quocunqz ierit ſecum habet, & vt dici/tur in manu habet vnde ſe liberet, quo ſolu to nil naturæ amplius, & nil iam cœleſti/bus vllis debet, vt Vergilius ait. Pone igitur hanc querelam. Ante diem non repoſcitur quod omni debetur die, quin pro eo quod

dicebam gratias age, quia.f.ad id debitum, nec præce, nec possessione, nec pignore, nec vsura indiges, quod vltimum dixisse fertur Spartanus ille vir fortis incognitus, sed dignus agnosci cum ad mortem ductus, ob hoc ipsum imperterritus iret, atq; alacer, q capite suo satisfacere Ligurgi legibus posset. Do. Morior ante diem. Ra. Non intelligo quid sit ante diem mori, nisi quod vulgo dicitur ante lucem, seu cum primum elucescit, quæ exercitiis eius, quã nũc agis, animę aptissima hora est. Alioqui quis omnino hoĩum ante suũ diem moritur, cum ille sit suus dies in quo moritur non alius. Do. Ante tẽpus morior. Ra. Neq; ante tẽpus neq; post tempus, sed in tempore morieris, nisi sic forte tp̃s accipis quod tu tibi, non natura seu fortuna p̃fixerat. Ante illud enim sic non mori potest, sicut nec post illud viuere. Do. Morior añ tp̃s. Ra. Quis nisi amẽs, quæritur ante tp̃s absolui vinclis & carcere relaxari? lætandum medius fidius si ante tẽpus accidisset, s; nec accidit, nec accidere potuit, suũ tẽpus hñt oĩa, hic te terminus manebat, hic metam fixerat, qui te in hoc vitæ stadium induxit. Si de hoc fine q̃reris, & de alio quolibet q̃ri posses. Do. Cito morior. Ra. Cito natus eras. Non moritur cito qui iam senuit. Quod si non senueras, cessat altera pars q̃rele, q̃;uis si portio vitæ vltima est senectus, nõ senuisse non põt q̃sq̃s mo-

ritur. Sed intelligo senectutẽ vt vulgus an/norũ congeriem multorũ cui non vt reliquis finis est alius, q̃ mors, de initio discrepat variis sententiis, sed pro viribus senescẽtũ, proq; valetudine corporũ, atq; aiorũ habitu ad concordiam redigendis, Tota deniq; res huc redit vt vel mortis incusare celeritatem desinas, vel molestias vitæ prolixioris, quæ de mortis ipsius tarditate proueniunt. Sed vos vobiscum diffidentes, nec mori vultis, nec senescere. Cum vtrũq; certe vel alterum sit necesse. Do. Amplius viuere poterã. Ra. Immo certe nõ poteras. Nã si posses puto viueres, sed hoc dicere vis volebã seu sperabã, Et vt est animus mortalium vitę auidus spei credulus, vtrobiq; pfacile tibi assentiã, at si dicere vis debebam qa pauculos adhuc dies viuere ætati nõ indebitũ videretur, nẽ æque consenserim. Quidam. n. serius obe/unt, multi ocius, nunq̃; nullus, hęc inter ni/hil in cõe, nisi vt oẽs mortales vna lex tene/at, vnum mortis imperiũ, alio tñ, atq; alio moriendi genere diuersisq; vitæ spaciis. Sic rei vnius modus multiplex tempusq; per/uarium est. Æquo aĩo igitur quisq; suum mortis genus, suum diem mortis expectet, nec auiditate vitę, nec fastidio qd indocti in/grati omnes faciunt de naturæ legibus q̃ra/tur aut litiget. Do. Modicum vixi. Ra. Nul/lus tantum vixit, vt non sibi modicum vi/xisse videretur, & est plane modicum quic/

quid hic viuitur, itaq; si diu viuere delectat, vitam illam quærite vbi semper viuitur, q & si hic non sit, tamen hic queritur. Do. Vixi modicum. Ra. Quid si diu vixisses nunquid ideo, non vixisses modicum? spacia vitæ huius imparia & incerta sunt, vnũ omnibus est cõmune. Cuncta sunt breuia, vixit aliquis octuaginta annos, quid hic quæso plus habet. q̃; qui octo? verte acriter te in te, nec te fallat vulgi furor. Quid plus inq̃; habet qui diutius vixit, nisi forte curas, laboresq;, & dolores, et tędia ac peccata in lucro ponitis. Aut quid plus haberet, si vixisset octingentos. Est in expectatione fateor plusculum aliquid. At cum spacium vtrũq; transierit (mihi crede) nihil inuenies, quo plus vixisse felicius sit. Do. Morior dum bene agere cogitabã. Ra. Quid agere cogitabas nec agebas? sic forsitan in perpetuum cogitasses. Sunt cui bene agere semper cogitẽt, nunq̃; tamen incipiant. Quod si bene agere cœperas, ne dubites, q̃uis boni operis finem, mors præuertat, apud cœca hominum iudicia, fortasse aliquid, sed spernendum, apud infallibilem rerum æstimatorem, nil tibi subtrahitur, integra merces tua est, non actuum modo, sed votorum. Do. In medio rerum apparatu morior. Ra. Hęc non mortis, sed morientium culpa est, qui breuissimam vitæ telam tum maxime ordiuntur dum pręcidenda erat, quod nisi sic

esset non tam sæpe inexpletis vitæ minuti/
bus morte præuenirentur, sed expletis ac
transactis viuerent, qua profecto nulla dul
cior vita est. Hanc tamen dulcedinem non
tam vitæ breuitas q̃ȝ viuentium torpor ho
minibus eripit quibus nulla ideo longa est
vita, quia quantuncunqȝ sit temporis nun/
q̃ȝ viuunt, semper viuere meditantur, & iaȝ
senes inter noua vitæ consilia fluuitantes,
celeri fine rerum principium antecedunt.
Do. Morior dum magna pararem. Ra. Hoc
multis magnis viris, fereqȝ omnibus acci/
dit. Falluntur homines cũ in multis, cum in
morte præcipue quam venturaȝ nemo est,
qui nesciat dilaturam sperant, & abesse pro
cul fingunt sibi quam vicinã semper hinc vi
tæ breuitas & fuga temporum facit, hinc
fortunæ vis & casuum humanorum circũ/
fusa varietas. Et o cæcitas mira, ꝙ quid vo/
bis sit sperandum in alijs saltem aliquando
non discitis. Sed sic est ęgre ad amaras cogi/
tationes animus redit, itaqȝ dum sibi quis/
quis longissimum vitæ spacium spondet,
dumqȝ vel æuum Nestoris vel (vt ait Cice
ro) Metelli fortunam sperat, deniqȝ dum
se quisqȝ prædilectum naturæ filium cre/
dit, de primordiis agitantes finis occupat, et
multa deliberantes improuisa repẽte mors
aggreditur mediosqȝ intercipit apparatus.
Do. Viridi morior ætate. Ra. Vt nil in hoc
aliud boni sit, pulsum tibi est saltem senio

ne

ne marcescat. Senectus.n.q̃uis nõ sit grauis vt apud Ciceronem ait Lælius, vtq; a nobis supra disputatum est aufert tamen eam viri ditatem in qua quidẽ, vt Scipionem ille, sic tu nunc etiam & te fuisse commemoras, multis tu fortasse desiderio, nulli iam fasti dio futurus sis, quid in longa ætate vitare quantalibet virtute subdifficile est. Do. Iuue nis morior. Ra. Nosti quid in vita passus fueris. quid passurus ignoras, & mihi crede in hoc tã vario, tãq; immiti fortunæ regno, qui præmoritur comitem fallit. Do. Morte prępedior ne cœpta perficiam. Ra. Id iuste quidem, agitis enim semper quæ peregisse pridem decuit, peractiq; nihil est, hoc maxi me vobis grauem mortem facit, ac miserã, & si quidem absq; tua culpa cœpta peragere nequiuisti sufficiat voluisse, sin per ignauiã distulisti displiceat neglexisse. Quod si for san hæc lamentis causa prætenditur, vere au tem nihil aliud q̃; vitæ prolixitas & dilatio mortis optatur inanis, licet publici voti tam dem te vel sero pudeat, Audite enim me mor tales vsq; adeo vitæ cupidi, quæro ex vobis sequestrato virtutum exercitio quid omni no aliud vita hæc q̃; segnis & inutilis mora est? quæ quantulacunq; fuerit nequit non esse breuissima. Dictum ergo placet illius cu ius Augustinus meminit, qui cum in extremis agentem cum amici solarentur, ac dicerent ex eo morbo minime periturum esse Re

ſpondit ſi nunq̃,bene,at ſi aliquando,cur non modo? Do. Interruptis rebus morior. Ra. Si ad mentem redeunt, aut rebus geſtis aut ingenio clariores magna pars inexpletis operibus obiere, paucis in hac breui vita contigit, vt concepta ſeu iam incœpta perficerent. Tu vero quoniam communi hominum more, has te in anguſtias impegiſti, nec pręterita retractari poſſunt, vnam hanc emergendi viam arripe, non vt ad multa interrupta flebiliter inutiliterq; reſpicias, ſed vt viriliter quod vnum reſtat expedias, bene mori.

De morte violenta. Dialo. CXXI.

DOL.

Sed violenta morte pereo. Ra. Si nolens moreris violenta mors eſt. At ſi volens nulla. Do. Per vim morior. Ra. Siquidem vitę vis affertur, quid intereſt febris, an gladius dum liber egrediare? quid refert, an ergaſtuli tui fores ſponte pateant, an frangantur? Do. Vi morior. Ra. Multæ ſunt ſpecies mortis, ſed mors vna quę an violenta ſit, an non morientis arbitrium eſt vim vis maior ſuperat conſenſus extinguit. Sapiens ſic inſtructus eſt, vt quibus non poteſt, obſtare conſentiat, quid tu inquies percuſſori meo, vt conſentiam iubes? quidam non cōſenſerunt modo, ſed gratias ęgerunt inuentus eſt qui percuſſorum ſuorum igna

tantillam excusaret, & supremo illius anhelitu veniam precaretur. Neq; ego te cruento consentire carnifici iubeo, sed inuitæ sorti, cui qui non sponte paruerit vt parebit. Do. Morior hostili manu. Ra. Quid tu igitur amici manu mori posse credideras? quando id tibi nisi ab ignorante cõtingeret? Do. Hostili dextera pereo. Ra. Hostiles euadis manus. Ille dum iræ suæ obsequitur libertati tuę consulit, potestati suę detrahit, nilq; amplius in te potest. Satius est sub iniusto hoste procumbere, q̃ sub iusto rege. Illic enim occisoris est crimen, hic occisi. Do. Hostili ferior manu. Ra. Quid tua magis interest, qua dextera q̃ quo gladio feriare? Non de manu, sʒ de vulnere queritur, q̃uis & Pompeius manu. Cęsaris feriri pro mortis solatio videatur apud Lucanum optare. & apud Statium Capaneus Ipseum, apud Vergilius Æneas Lausum, Camilla Ornithum q illorum manu occidantur cõsolentur. Do. Ferro morior. Ra. Communis tibi cum maximis fortuna, cũq; optimis viris, bona pars eorum quos vel presens vita felicissimos habuit, vel æterna sanctissimos habet gladio periere, quos si numerem non breuiloqui monitoris, sed longi opus erit historici. Do. Gladio pereo. Ra. Alij aliter, quidam laqueo, quidam lapsu, quidam vnguibus leonis, aut apri dentibus, multis ferri copia defuit dum optarent gladio perire. Do.

ferro ferior. Ra. Quid scis, an maiori exi/tio subtraharis quodq; miserrimu cẽses gra/uioris miseriæ fuga sit, dixi supra vt Plo/tinum alterum a Platone philosophiæ de/cus, pestilens lepra percussit. Id non dixi, vt alterum ab Homero poeticę gratæ lumen Euripidem canes morsibus lacerarunt, Lu/cretius vestrorum vatum primo proximus cui tam multa Vergilium aufferre non pu/duit amatorio poculo accepto in morbum rabiemq; compulsus, gladio ad postremus pro remedio vsus est. Herodes rex Iudeæ, tã fœdo morborũ agmine circumuẽtus interijt vt compendiosior ferri mors inuidiosa si/bi esse potuerit, vtq; auguror fuerit Roma nus princeps Adrianus morbi tædio victus impatientiam doloris ferro abrumpere si licuisset optabit. Magnum quendam virum hac etate vermes toto scatentes corpore, mu res alium exedisse narrantur, Inter tam mul ta ludibria humani corporis, si electio tri/buatur, quis imbecillis adeo, vt non ferrum ambiat? Do. Ignibus pereo. Ra. Quidam animæ vim, naturamq; igneam extiman/tes id facillimus mortis genus opinati sunt. Do. Flammis absumor. Ra. Vermibus ere ptum corpusculum non putrescet. Do. Flu/ctibus obruor. Ra. Piscibus conuiuium bu/stum tibi amplum, nobile, nitidum. Et quid refert corpus terrenum terrę reddas, an pela go? Do. In freto morior. Ra. Non vbi, sed

Qualiter moriaris ad rem pertinet, vbiq; bene mori licet vbique male. Non in loco, sed in animo est, quod felicem mortem facit, aut miseram. Do. In mari pereo. Ra. Persuasum multis scio, in mari miserum mori q̄ aethereus atque ardens spiritus suo contrario videatur opprimi. sed vt dixi nihil locus ad miseriam, animus totum. Itaque de hac re nautae nescio cuius responsione; probo, quem cum quidam interrogasset, vbina; pater eius obijsset in mari inquit, Cūq; idem ille de auo & proauo atque atauo nominatim quaesiuisset ex ordine respōsumq; ille idem de singulis accepisset, intulit. Et nū quid, tu inquit mare ingredi non times? Respondit, Nauta, dissimulans, & vbi na; tuus obijt pater suo ait in lectulo vbi auus inquit & is ait & proauus, & maiores mei omnes suis in lectulis obiere. Tunc nauta, non tu inquit tuum non times in lectulum ascendere? eleganter quidem aliquantoq; plus q̄ nautice. De morte igitur natura viderit quae mortales fecit, at de genere mortis, de loco, de tempore viderit fortuna. Do. Veneno morior. Ra. Comites tibi illustres pridem dum de hoc vno ageretur exposui. Regia quidem mors est gladius, sed venenum magis. Et ad summam. Ridiculum valde est vbi de morte decreueris, de instrumentis esse anxium.

DOL.

S Ed ignominiosa mors est. Ra. Mortem ignominiosam facit non genus, aut qualitas, sed causa supplicii. Do. Ignominiose morior. Ra. Nemo bonus male moritur, Nemo malus bene, honestam mortem, non funeralia, non ministri, non purpureæ faciunt exuuiæ, non inuersi clypei, atque enses, & flens dominum familia, & vulgi clamor, ac lamenta, & mœrore vxor insignis & pietate filius, & deiecta ceruice ante feretrum nigro indutus, ac lachrymis grandibus humens & homo nō postremo funereus laudator, & imagines aureæ diuitis sepulchri, defunctiq; titulus victurus in marmore, donec sua quoq; (licet sera) lapidibus mors sit sed virtus & clarum meritis viri nomen, non vulgaris egens auræ, sed suapte eminens maiestate, quod non præceps & cœcus fauor hominum sed rerū series, & innocens vita pepererit, atque vsque ad mortem veritatis & iustitiæ suscepta defensio. Interq; medias mortis minas imperterritus atque infractus animus ac generosa fiducia. Contra his decoribus honestam mortem, quis ignominiæ quæso locus est? aut quomodo turpiter mori potest, qui sic moritur? Seruilem in modum virgis adhibe & tortores, & laqueos, & secures, fige cruces, & rotarum radios ac

tolle, & quadrigas in diuersum age laceră hinc & illac membra rapturas, adde ignes & craticulas prunis impositas, atq; oleo vasa feruentia, & ferarum dentes fame armatos, adde vncos & gemonias ac tracta per vicos laniata cadauera, & quicquid iniuriæ atque opprobrij, seu viuum, seu exanime corpusculum pati potest, dura mors fortassę videbitur ignominiosa certe non fuerit. Immo vero nonnunquam eo clarior quo durio. Itaque apparatus hic exterior & tumultus, & tubæ & carnificum truces vultus, & irati vox tyranni, nihil prorsus ad res intra teipsum te reflecte ibi te quere, atque excita, Omnibusq; quæ supersunt animi viribus ad extremos casus accingere, aures ab inuiso strepitu a supplicij pompa oculos auerte, tacitusq; totam animam recolige atque hortare resq; ipsas examina non vmbras rerum. Tu si mortem ipsam rectis oculis spectare audes, nec ferrum puto, nec restam, nec liuentes calices, nec stilantes carnifices horrebis, vanum est enim ipsum hostem, cum contempseris eius faleras, aut signa, metuere. Do. Ignominiosa morte damnatus sum. Ra. Sæpe actor seu delator infamis & obscæni testes, & obscurus iudex, reus autem ipse clarissimus, sæpe ignobilis vulgo mors, nobilis vero gloriosusq; q moritur. Iam vt sileă reliquos q & nimis multi & multo impares sunt, quę vsq; ignominio

lior mors q; crucis? in quã pependit eximiũ illud, & prenitidum cœli decus, ac terræ ne tale aliquid ignominiosum sibi censeat vlla sors hominis. Et quoniam summo nihil est altius in hoc desino. Omne genus mortis honestare potest virtus, virtutes nulla mors inquinat.

De morte repentina. Dialo. CXXIII.

DOL.

At repente nimis morior. Ra. Paulo ante si recolo senuisse te dicebas. Miror quomodo repentina mors seni est qui nisi (non dicam) delirat, sed insanit semper ante oculos mortem habet. Namq; cum omni ętati salubriter sit consultum, vt omnem diem sibi vltimum credat hoc amplius rite consulitur senectuti, vt omnem horam sibi putet extremam, neque illud modo non audiat, quod est apud Tullium nemo tam senex, qui se annum non putet viuere. Sed ne id quidem quod Seneca ait, diem. Do. subito morior. Ra. Quid hic dicam, nisi vt repetam, q̄ ille olim summus hominum nec minor ingenio q̄; fortuna, vno ne integro quidem ante suum obitum die, quasi iam verum experientiæ vicinitate præsagiens, dum de hoc ageret repentinam atque improuisam mortem cõmodissimam iudicauit, quod iudicium ab ea videbitur religione dissentiens, quæ ab hac

morte liberari flexis genibus deum orat, neq; ego hanc sententiã vbi sit libertas amplector, aliud tibi nempe cogitandum est, neq; vero hãc optabilẽ, sed, vbi sit tolerabilẽ mortem dico. Siquidem sapienti quique eminus cuncta preuiderit inopinum nihil accidere posse non ambigitur. Vnde fit vt improuisa mors non sit cuius prouida vita fuit. Nam quo pacto rerum maxima negligit, qui parua, qui minima etiam librare sit solitus? humanis autẽ in rebus quid mihi maius morte monstraueris? qd par morti? Do. Vellocissime morior. Ra. Impremeditata modo non sit mors, quo vellocior, eo facilior, & supplicium enim (si quod est) vtique breue est, sensum q; ipsum celeritate preueniẽs, & morti detrahitur quod est in morte durissimum metus mortis.

De ęgrotante extra patriã. Dia. CXXIIII.

DOL.

A Liena' in patria ægroto. Ra. Quid refert cuius sit patria ægritudo vtiq; tua est. Do. Ludis me, ego extra patriam ægroto. Ra. Qui extra vnam patriã est, intra aliam sit oportet. extra omnem patriam nec ægrotare, nec sanus esse quisquã potest. Do. Diuerticula verborum quæris. Extra meam patriam ægroto. Ra. Vnũ hoc bonum huic inest malo. Nemo grabatulũ tuum premet. Non importuna vxor, aut filius sui vterque sollicitus, negligens tui. Quæ

tes putas viro vxor, patri filios, fratri frater in vltimis laboranti puluinar iniecerint, & mori adiuuerint, quem alienigenę vetuissent? sępe ibi maior est charitas, vbi minor creditur. Certe nullus astantiu3 morbo tuo gaudebit, nullus tibi mortem optabit, quæris causam? Nullus hęreditatem tuā expectabit omne in facinus spes & cupiditas impellunt, hæc tranquillitas non facile tibi in patria contigisset. Multi stratu3 circunsistere ut sub officij specie funeri inhiantes, quę cogitatio ægrotanti ęgritudo (nisi fallor) altera est. Obsessum hinc lupis hinc vulturibus serpenti, iam cadauer mente captantibus. Do. Extra patria3 ægroto. Ra. Quid scis forsitan nunc in patriā redis. Rectum & breue iter in patriam est mori. Do. Extra patriam ęger su3. Ra. O superuacuę semper & inanes hominum querelę. Quasi vero ardentior extra patriam febris aut durior sit podagra. Malum hoc omne, qđ videtur voluntarium est, atq; in vestra positum potestate, vt pestes aliæ, quascūq3 falsa animis inuexit opinio.

De morte extra patriam. Dialo. CXXV.

DOL.

Morior extra patrios fines. Ra. An peregrino id accidit an exuli? Iam sentę in his terris visendi discendiq; studi' m, seu relig'osa deuotio detinebat & gaudendum ꝙ honesto te mors reponit in

actu, seu iusta sententia, & ferendum non modo fortiter, sed libenter. Nullo enim melius modo iniusti scelus hominis, q; iusti supplicij spontanea, ac tranquilla perpessione diluitur. Sin potentioris iniuria, neq3 id tamen ideo dolendu3, sed satis (vt arbitror) de exilio disputatum est. Do. Extra patriam morior. Ra. Dicebam modo hoc est in patriam redire, nullus rectior trames erat, nullus breuior. An tibi Eudemus ille Ciprius familiaris Aristotel s e memoria lapsus est de quo & Aristoteles idem scribit, & Cicero. Qui cum grauiter in Thessalia ægrotaret, vidit in somnijs se q; primum ęgritudine liberandum, & post quinquénium in patriá reuersurum. Tyrannus vero vrbis illius, vbi tunc erat Alexandrum Phęreum illico periturum. Cumq; ipse paucis post diebus in sperata reddítus saluti etiam tyrannus a cognatis esset occisus, atq3 ita verá per omnia visiones ratus promisso tempore reditú in patriam expectaret quinti anni ad finé pugnás Siracusis occubuit, eo q; illum modo in patria3 suá rediisse somniorú interpretes dixere, ne qua penitus pars somnij falsa esset. Ego quid de somnijs sentirem dixi alibi. De hoc in patria3 reditu quid occurrerit modo dixerim Do. Extra patria3 mori cogor. Ra. Dixi dum de exilio loqueremur, & repeto, aut nemo extra patriá moritur, aut omnes. Doctis quidé viris placuit omné mundi pa

illam plagam esse,& præsertim forti ani/
mo,quę non huius,aut illius partis amor
astrinxerit. A lijs enim tantus vbi bene esset,
contra nullam hic esse homini patriā quí
busdam visum,illa communis,hæc altior
philosophia est.Do. Morior procul a patria
in qua natus sum.Ra.Vbi moreris illa de/
mus verior patria tua est.Illa te diutius pos
sidebit,nec vagari sinet,& proprium,perpe
tuumq́ incolam sinu amplexa constringet,
disce hanc terram pati,quæ te ortum alibi
trāsformabit in se.Do.Procul a patria mors
me manet,& sepulchrum.Ra.Et cœlestes
illi diuiniq́ homines,quos vna ætas & ea/
dem media mundi parte genuerat,toto or/
be dispersi sunt,mortibus ac sepulchris.Illū
Ephesus,illum Syria,illum Persis,illum ha
bet Armenia,illum Ethiopes,illum Indi,
illum Achaia,illos Roma,illum vltima ser
uat Hispania,quosdam tamen ex his loco
mortis ablatos esse,nunc in Italicis vrbibus
fama est,qua terreni erant pars quidē ęthe
rea pridem,haud dubie cœlum tenet.Do.
Extra patriam mori oportet.Ra.Quid se/
cundi ordinis viros loquar?Illum Stridoni
Bethleem prius & post Roma,illum Gal/
lia Pannoniæ,atq; illum Athenis abstulit
Pariseos,hunc Græcię,atque hunc Hispanię
rapuit Roma,hunc Mediolanum Romæ
viuum,hunc defunctum Africæ Sardinia
mox Sardiniæ ticinum,occidentis duo luci

da Sydera, æqua meritis, iuncta animis, vi-
cina corporibus, qui sunt de quibus loquor
intelligis, atq; ideo multa festinans transeo.
Sed ne tertij ordinis exemplum desit. Illum
palestinæ Cyprus tulit. Illum Nursiæ cam-
pania, hos Hispaniæ Italia, illum quidem
Bononia, hunc Patauiu3. Do. Intelligo pla-
ne singula. Sed adhuc inuitus procul a pa-
tria morior. Ra. Et ego plane causam rei hu-
ius intelligo ꝙ scilicet sanctissimis spiritibus
cœloq; semper hærentibus nulla iam terre-
næ patriæ cura esset, quę nundum tibi depo-
sita (sed mihi crede) si cœlo inhias deponen-
da est. Attingam tamen de hinc alios virtu-
tis amicos cœli memores, nundum tamen
cœli studio, terræ oblitos. Samii ossa Pitha-
goræ methapontus texit. Ciceronem Arpi-
ni ortum Romæ altum, Caietæ sinus exa-
nimem vidit, Plinium, quem infantem la-
uit Athesis, grandæuum vesuui ciuis extin-
xit. Vergilium mundo dedit Mantua, Brun-
dusium (siue vt alij perhibent) Tarentum ra-
puit, nũc Neapolis tenet. Ouidiũ sulmo cõ-
pegit, Ponticum soluit exilium. Terentium
Comicu3 vt fama est, Carthago genuit, Ro-
ma docuit, Archadia sepeliuit. Flaccum Ho-
ratium Appulia. Ennium Calabria. Statius
prouincia Narbonensis. Ausonium Vasco-
nia. tres annos, siue (vt alij volunt) qua-
tuor, duos Senecas videlicet Galionem &
Lucanum misit Corduba & hos omnes &

Plautum arpinatem, & Lucillum Aruncum & Pacuuium Brundusinum, & Iuuenalem Aquinatem, & Propertium Vmbrum, & Valerium Antiatem, & Catullum Veronensem, & Varrum Cremonensem, & Gallum Forliuiensem, & Actium Pisaurensem, & Cassium Parmensem, & Claudianum Florentinum, & Persium volateranū, & mille alios Roma retinuit, ac magna ex parte humo condidit, Tito Liuio Patauino vix serum velut ad sepulturam patrię restituto, sicut ex diuerso multos Roma eadem genuit alibi morituros. Orbis terrę, quasi domus angusta est, & ipse quadrangularis, cuius ab extremo ad extremum transitus. Et hic viuere illic mori, non pluris est fortibus animis, q̄ pro vario vsu balneus tricliniо seu brumali æstiuum thalamum mutare. Trita est omnibus maximeq; illustribus alternatio hęc originis & sepulchri. Do. Scio sic esse, extra patriam tamen mœstus morior. Ra. Nihilo lętior in ea ipsa, quam tuam dicis patriam morereris, sed indulgetis fletibus tāq; sua illis insit delectatio. Quod si animum vulgi erroribus circūuentum sanctæ doctæq; simul, ac discretæ paupertatis exempla nō adiuuant, fortunatioribus agā, si quod doles Regibus, ac Cæsaribus accidisse monstrauero, ducumq; clarissimis maximorum ne hominum fortunam sis recusaturus videro. Do. Quid dictura quos velis

medius prolatura sis sentio. Sed quid opus est verbis, doleo extra patriam mori, mortis q; molestiam locus grauat. Ra. Medicas manum horres, video, pergam tamen, q̄ feliciter tu videto, mihi verum dixisse, ac fideliter monuisse sat fuerit. Alexādrum Pella genuit, Babilon peremit. Alexandria conditoris sui nomen, ac cinerem custodiuit. Alterum Alexandrum Epiri Regia pauerat, Lucanuus amnis obruit. Cirium persis regem tulerat, Scythia Truncum tulit. Martum Crassum magnumq; Pompeium Roma, & Romanum impium omne suspexerat, que viuorum magnitudinem tolerasset vtiq; mortuorum (si fors sineret) suffectura cineribus. Sed alterum trans Euphratem tellus pressit assyria. Alterum ęgyptiaci gurgitis vnda contorsit. Catoni huic vltimo Roma principium, ac nomen, finem cognomenq; dedit Vtica. Cornelios Scipiones Roma progenuit nobilissima, & Reip. saluberrima germina, quibus seruanda sæpe esset & ornanda hos sic sua sors distribuit vt duo hi qui dicuntur magni Hispania tellure obruti, Superior Africanus Literni, Nassica Pergami. Lentulus intra Siciliam seiunctis habitent sepulchris. Soli ex hoc numero Asiaticus atq; Africanus minor Romę iaceant, melius quolibet in exilio iacturi. Ille carcere mulctatus, hic morte. Sic persæpe, vbiq; melius viuas, melius moriare, q̄ in pſia. Nusq̄

docius iaceas q̃ domi; tres Decii, & si duas tantum fama celebret, extra patriam animosissime ciciderunt. Cum latinis pugnans pater, cum etruscis filius, addidit Cicero & cur Pirrhonepos, quid nunc ex ordine occurrentes eximios duces sequar omnes Romę genitos, sed extinctos alibi? Attilium regulum pro seruanda patria simul atq; hosti fide, quo crudelius eo gloriosius morientem vidit Africa, & sequenti bellum, Gaium Flaminium Cortona, Æmilium Paulum Cumæ, Claudium Marcellum venusia, Tiberium Gracchus lucania procumbentem vidit. Nulli horum Romę mori contigit, duę spes ingentes imperii Romani in ipso ætatis flore succisæ Drusus & Marcellinus. Et si ambo in patriam reuersi, ambo tamen procul a patria, ille in Germania obijt hic in Baione. Quid nunc tu ne Tarquino superbior tu ne potentior Sylla es? Atqui ille Cumis exul, hic dominus puteolis expirauit. Quid minores loquar? Augustus Cæsar pater patriæ, extra patriã obijt apud Campaniæ nolam. Tiberius dispar moribus imperio par, apud Campaniæ misenum. Vespasianus ac Tittus optimi principes vt patrem & filium decebat, vna & eadem villa, q̃uis prope, extra vrbem tamen obiere, at Traianus in occidente natus, in oriente defunctus est Septimius Seuerus in Africa humilem habuit originem, Romæ superbum imperium

Eboraci

Eboraci autem in Britania sepultura. Theodosium in Hispanijs ortum, defunctumque Mediolani, Constantinopolis accepit quæ iam prius aliunde editum sui nominis possidebat authorem. Quid de alijs dicam? Lycurgum Sparta, profugum Creta suscepit. Eadem Creta Saturnum regem pulsum a filio abeuntem vidit, Italis finibus abditũ humatũque audiuit. Africæ lumen Annibalem tegit, vrna Bithinica. Thesea, Themistoclem ac Solonem tres Atheniensium coronas sic fortuna dispersit, vt primum Syrus, sm Persis, Tertium Cyprus sepeliret, Imparia tantis cadaueribus sepulchra, dies me deficiet singulis immorantem, neq; te historijs obruere proposui, sed monere. Do. Teneo sed hos omnes et quoscũq; alios potes extra patriam defunctos fateor, sed volentes nego, dolentesque arbitror. Ra. Vnde hoc tibi nisi quod stulti omnes, sm se alios æstimant? neque quod sibi difficile est cuiq; possibile suspicari possunt? Et fortasse illi veteri potius prouerbio præbuisti aurem Bonũ est peregre viuere, mori malum, cum vtrunque potius bonum sit, modo bene fiant longaminiter, atque honeste, malum vtrunq; si male si flebiliter, atque ignaue, dicam quod mireris, quodque prouerbio penitus sit aduersum, si qua locorum querimonia iusta est, hãc ego facilius viuenti promiserim cuius vtcunque forsan interfit, quam morienti cuius omnis lo

si cura superuacua est, iam locis oībus abiec-
ro. Do. Tangis animum adhuc tñ in patria
mori mallem. Ra. Voluntas humana, nisi
virtus ac sapientia illam firmet per se ipsas
indomita & effrenis est. Quod si altius attē-
das totū hoc ad te nihil ptinere fatebere. qñ
neq; hic amplius esse potes, neq; ossib⁹ tuis
supesse sensus aliqs quo discernāt, vbi duri-
us, aut molli⁹ cubēt, neq; quo tēdis, aliūde
facilius puenisses, aut breui⁹. Elegāter Ana-
xagoras peregre moriens, an in pr̄iam refer-
ri vellet amicis interrogātibus, nihil necesse
est inqt, & adiecit causam. Vndiq; n. ad in-
feros tantūdem viæ est, quod rñsum nō mi-
nus puenit ad cœlum ascensuris q̃ casuris
ad inferos. Do. Vtinā domi morerer. Ra.
Si illic esses, forsan alibi esse optares, sic enī
habe, & qđ viuens debueras disce vel mo-
riens. pdifficile est vobis o mortales mores
gerere delicati & queruli, quibus, qđ habe-
tis omne vilissimum est semper, & solum
id optatis quo caretis. Do. O si domi more-
rer. Ra. Multa tibi forsitan videres q̄ mortē
tibi efficerent grauiorem, vnde ideo te sermo-
nū crede vt reiectis curis omnibus deum so-
lum, atq; animam cogitares.

De morte in peccatis. Dialo. CXXVI.

DOL.

M Orior in peccatis. Ra. Hęc iam nec
naturę, nec fortunę, sed tua propria

culpa est. Do. In peccatis morior. Ra. Primum peccare quis te compulit, deinde qs vetuit cómissa diluere? Postremo quis h ñec etiam feram, lic t pœnitentiam impedit? vsq; ad extremum spiritũ liber est animus. Do. Peccata mea moriens mecu; fero. Ra. Caue ne id facias, venenosum mortiferũq; viaticum, depone dum vacat, dũq; est qui illud tollat, ac deleat, vt scriptum est, proijciatq; post tergum suum in profundũ maris, & quãtum distat ortus ab occidente longe faciat abste, hanc tu horam ne neglexeris, quæ semel elapsa non redibit, quod licet horis omnibus sit cómune, vt eant semper, nunquam redeant. In vna tamen omissum hora in altera forsan restaurari datum sit. At extremæ horæ negligentia prorsus irreparabilis est. Itaq; quod in arcanis animæ disputationibus inuentum ferunt, vitæ huius errores quasi leues quidam lapsus in plano sunt vnde facile possis assurgere. At peccatum mortis graui, & ex alto ꝓruptoq; simillimum est ruinæ, vnde facultas nulla sit resurgendi, huic tanto discrimini cui posthac nunq̃; succurrere valeas, nũc occurre dum vales, & memento non modo, quid vestri dicant, sed quid Cicero qui de morientibus in diuinatione sua disputans. Tu vel maxime inquit laudi stude, eosq; qui secus q̃; decuit vixerunt peccatorũ suoru; maxime pœnitet. Quid a quoq;

quæso religiosius quid vtilius dici potest? Fiat modo quod dicitur pœniteatq; vel sero, Anceps fateor, ac periculosa dilatio, & quæ plurimos fallit qui purgationem animæ, quæ festina nimis esse non potest, scientes volentesq; procrastinant & in finem trahunt, quo tempore circumuenti, & arctati viciniaq; mortis attoniti, nihil de conceptis expediunt, De quo quoniam multa dicuntur a vestris, haud impertinens est audire, quid hic quoq; Vergilius & ipse testis externus dicat, quibus verbis hanc desidiã neglectamq; confessionem notet ex illius ore mirabile, vbi apud inferos iudicem illum facit iustitia & æquitate notissimum, qui vt ipse ait Castigat, auditq; dolos subigitq; fateri. Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem. sed q̃uis hoc periculosum adeo sit nihil tamen desperatione periculosius, nihil peius vestræ salutis hostis inuenit. Cętera enim suis cuncta remedijs leniuntur, hoc malorum maximum atq; vltimũ abeuntem vbi animaз oppresserit, nullus iaз remedio locus est, huic ergo cum semper tum in fine vehementius obsistendum est, quod & tunc vrgere acrius solet, & iam nihil est reliqui, quo salutis consilia cunctando reijcias, neq; vero te hinc metus arceat, nec te pudor dolorq; dilationis impediant, peius est nunq̃ q̃ ad vesperam expergisci,

& omnino quicquid male differtur, peius omittitur. Do. Morior absq; vlla spe. Ra. Male ais, immo vero spem proiectam recipe, & admotam pectori, totis animę viribus amplectere, stringe, conserua. Do. Magnum est peccatum meum valde. Ra. Nullum tam magnum peccatum hominis esse potest, quin multo maior misericordia dei sit. Do. Quis poterit tot peccata dimittere? Ra. Et quis nisi ille putas, nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabant & quęrebant. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Do. Quis tantorum veniam merebitur peccatorum? Ra. Nullus fortasse merebitur, aut meritus fuit, multis tamē data est gratis & dabitur modo sit, qui illam fideliter, ac reuerenter imploret, nullam quidam esse remissionem criminum ingentius persuadere aliqui, vt perhibent Constantino principi voluerunt. Ad id falsum esse non modo apud vestros constat, apud quos remissio peccatorum per baptismum, & per pœnitentiam nota est. Sed apud paganos etiam fama fuit, falsa licet, quorum morbis ideo inefficax erat medicina, quod eis nundum medicus cœlestis aduenerat, proinde nisi mūdari a peccato animus, & deleri posset iniquitas frustra id toties peccator, ille primum maximus postmodum vir sanctissimus præcaretur. Do. Peccati conscientia spem scidet. Ra. Peccati memoria post

nitentiam & dolores alio afferre debet, nō vtiq₃ spem auferre. Sed vos omni ex parte fallimini in peccato feruidi, post peccatum gelidi: Peccando quidem exultatis, memorando aūt desperatis. Multi passim peccant sub spe veniæ. Contra vero multi cum peccauerint veniam desperāt. Et vtriq₃ errant. Nam & illis ab initio spem dānosam pellere & his in finem salutiferā spem tenere consilium erat. Do. Grauem culpis mors ꝑcipitat quid agam? Ra. Quid nisi qđ egisse iampridem decuit, vt infaustam sarcinam festinanter abijcias, qua leuatus ibis plane nō ꝑcipitabere. Ibisq; non curuus, nō titubans sed erectus certo ac stabili vestigio, & spe bona. Age ergo ne differas, neu diffidas est qui exoratus ab humeris illam tuis transferat, qui grauiora iam trāstulit, cui nil graue, nil difficile est. Et q̄uis pigra dilatio excusatione careat, laude tn̄ nō caret emendatio, vel dilata, satius est sero, q̄ nunq̄ resipiscere. Confortare, respira, Multos a limine tartari paucæ piæ lachrymulæ reuocarunt. Stat dexter ad lectuli tui caput, qui non solum infecto illi se mundare velle respondit, sed quatriduano iam fetenti vt surgeret imperauit, teq; etiam nunc expectat, vt mundari velis, ac surgere. Non minus ipse hodie q̄ tunc pius, nec solito minus potens. Adhuc quo in statu mori velis in te est. Adhuc sine peccatis mori potes, nō ꝑ pec-

cata non fuerint, sed non erunt. Et si enim de præteritis nullum ius nisi obliuionis habere deum, Plinius secundus existimet, habet tamen q ille vir curiosissimus nõ vidit ius etiam abolitionis, itaq; facta licet infecta esse non possint, ex facto tamen oriens peccatum, sic deleri potest, vt tam amplius nõ sit, ita vt sicut scriptum est, queratur peccatum & non q se peccati vinculis absoluere potentiæ sit humanæ, sed q piæ hominum voluntati contritoq; cordi diuinum nunq̃ desit auxilium.

De moriente solicito, quid de patrimonio ac libris futurũ sit. Dialo. CXXVII.

DOL.

Quid de patrimonio sperem, quid de liberis? Ra. Et patrimonium dominos inueniet & liberis sua sors erit. Do. Quid de tantis diuitijs fiet? Ra. Ne dubita ne hæredi nimiæ videantur, nunq̃ tantæ erunt aliquid desit, de his tamen illa viderit quæ res vestras hasq; tam dilectas opes, huc illuc iaculatura contorquet. Do. Quid facient filij? Ra. A terreno patre desertos in suam curam cœlestis pater accipiet, non relicturus vt tu, neq; orphanos facturus, ille eos nutriet, & docebit a iuuentute eorum, modo dociles se præbeant, & vsq; in senectam, & senium, vsq; ad mortem, & sepulchrum non destituet. Spes nascẽtis ho-

minis deus est, non genitor, q̄; nis diues q̄; nis ille Rex sit. Non est ædificandum in arena, sed in petra. Omnis spes de homine brevis & caduca est. Filij igit tua spe delusi ponent in deo spem suam, & cantabunt cum Dauid, pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Multorum indolem filiorum, & virtutum semen mentibus insitum parentum blanditiæ extinxerunt, sicut ex aduerso mollicie sæpe discussit orbitas ac paupertas. Do. Quo deuenient opes? Ra. Vnde venerunt reuertentur, hoc est ad fortunæ manus. Inde rursus ad alios atq; alios abituræ, apud neminem diu mansuræ: Vagæ sunt enim, stare nesciunt, Neq; sine mysterio rotundam nummi formam opinati sunt, quod volubilitatis indictum esse dixerunt quidam, (facete non inficior) sed non minus triangularis, aut quadra, volubilis haberetur, quod attinet ad diuitiarum fluxum, quarum natura est labi assidue, ac volui, odisse vnius seras arculæ, crebris ac varijs possessoribus delectari, siue vt rubiginem motu vitent, siue vt fallant circuitione q̄; plurimos, siue vt cum dominis suis de instabilitate contendant, hanc tu igitur moriens, vel viuenti superuacuam curam pone, quia si locuples morieris agnosce fortunæ fidem raram & vsq; ad exitum euita, diuitiasq; iam tibi non necessarias alijs linque. At si pauper expeditus

proficiscere; seu ingentes, seu exiguæ, seu nullæ opes tibi fuerint modicum ad te olis post hac vero nil ad te pertinet nisi q inopem vixisse securius, quãdo laboriosa hæc vitæ vel præsidia, vel tormenta mortem quoq; sollicitant. Do. Quid erit de filijs? Ra. Erit vbi viuat tuum nomen, si sint boni. si qua ea consolatio mortis est, non totus interijsse videberis, in illorum vultibus inq; actibus te sibi redditum amici credent & gaudebunt. At si mali est cur cupide deseras, quos corrigere nequiuisti, & corrigendos ac domandos mundo tradas, ac fortunæ, neve illos moriens suspires, qui te mori segnius suspirant, & fors ocius mortuum suspirabunt. Do. Quid de opibus? Ra. Times, ne a te dimissæ non sint dominos reperturæ? Expectantur, optantur, æstimantur, neq; tam de contemptu, q̃; de certamine metuendum, proinde iam nunc hę diuitiæ tuæ esse desinent, cuius autem sint futuræ quid filios aspicis? sciri autem nõ potest quidem nec oportet, sat est scire tuas fuisse, si fuerunt tuæ, & non potius illius rerũ dominæ transeuntium atq; mortalium, quæ fortuna dicitur, sed sic tuas dico, hoc est tibi ad breue tempus obsecutas, iam vero tempus est abeundi cedendiq; alijs, sine illis parumper obsequantur, & vicissitudinẽ suam seruẽt. nisi ambitiose mori (& q stulti quidam fecere) tua tecum tumulo vis

inferri, quandoq; sepulchrorum effossori/
bus profutura, deniq; iam terræ metallici
curam protice, cœlum, tandemq; te ipsum
cogita. Do. Opes meæ fugiunt. Ra. Putabas
ne mansuras cum fugeret vita, cum tu ipse
continue rapereris. Do. Quid de opibus
meis erit, postq; meæ esse desierint. Ra.
Quid de eis erat anteq; tuæ esse inciperent;
Do. Opes tantas linquo nudus abiens. Ra.
Nudus intrasti, nudus egredere, non est q
q̃raris, sed est vnde gratias agas. Alieni vsus
medio tẽpore tuus fuit, nil tuum tibi p̃ripi
tur, sed expleto vsu reposcitur alienum, e vi/
cinia migrantes aduenę vltro, si quis est pu
dor, cõmodata vasa restituunt. Do. Heu nil
tantis ex opibus mecũ fero. Ra. Aufer quã
tum attulisti, vel si maius, quantũ reges auf/
ferunt. Do. Quid impuberes nati agent.
Ra. Adolescẽt si vixerint, ac senescẽt, & ipsi
suas agent vias, fortunamq; suã, & labores
vitæ obibunt, interim sub tutela dei erũt, &
tu forsan sine patre impubes vixisti.

De moriente anxie qd vxor eo mortuo sit actura. Dialogus. CXXVIII.

DOL.

Quid dilecta vxor post me faciet. Ra.
Nubet forsitan qd ad te. Do. Quid
faciet cara vxor. Ra. Tuo iugo abso
luta, vel subibit aliud vel libera ceruice va/
gabitur, vel iam fessa subsistet, & quietem

sola meditabitur. Do. Quid aget vxor amātissima? Ra. Quid cum te euaserit actura sit cogitas? cum tibi subiecta quid egerit nescias magna pars mortalium, quid domi suæ fiat nescia, quid in cœlo agatur, quidve in terris sit agendum quærit. Sane quid deinceps agat vxor ipsa eadem vel maritus alter viderit ad te amplius cura ista nō pertinet. Do. Vereor ne post meum obitum nubat coniunx. Ra. Quædam viuentibus viris nubunt. Fecit hoc apud Hebreos Herodias, apud afros Sophonisba, apud Romanos Martia, & Liuia, ꝗuis has duas virorum consensus, ac iussus excuset. Tuæ vni viro licet mortuo nubere non licebit? At qui paucę viuis coniugibus fidem pręstant, tu gelido etiam cineri fidem poscis? si fida tibi vsq; ad diem vitæ vltimum vxor fuit, quid ni totum coniugalis fidei munus impleuerit? Do. Ne secundo vxor nubat metuo. Ra. Ne primo nuberet magis forsitan metuendum erat. Id ad te pertinuit, hoc ad alterum pertinebit. Sic est autem metuēda contemnitis spernenda metuitis, nil in rebꝰ iusto ꝑcio ęstimatis. Martialis thori duellum securus intrasti, nō cogitans quid periculi adires, id intrare alium times? Do. Nollem fateor, vxorem alteri nubere. Ra. Perfectę quidem pudicitię secūdę nuptię, quātū licet (fateor) vitandæ sunt, sed vitanda magis piculosa viduitas. Est vbi nubere nō

tm̄ permittit, si oportet. Difficile est formo-sam solam caste viuere. Do. Dulcis alteri ꝯiunx nubet. Ra. Rare sunt, eaꝝ et quas honestas dicunt qbus nō super pñtem ꝯiugem alter iā aīo despōsatus sit. Mortalis mihi inquunt vir est, qd si hic obeat? Non ille mihi, aut il-le erit aptissimus, quē virtus, quē nobilitas, quesꝫ gr̄a, quē facundia, quē forma ꝯciliat. Do. Vxor mea nubet alteri. Ra. Tua quidē vxor minime, ne tua.n. sit amplius mors faciet, nec mirabere si ꝯiuges separat, q̄ corp' atq; animæ vincla dissoluit. Do. Nubet ite-rū vxor mea. Ra. Et Romanoꝝ ducū nup-sere iteꝝ vxores, ser cōem cū maioribus for-tunā. Do. Nubet vxor alteri. Ra. & Roma-ni duces & principes viduas duxere. Et san-ctissimus rex Dauid viduas duas iri ꝯiugiū duxit, quæ minoꝝ fuerant vxores, & for-tasse te maior aliqs tuam ducet, hanc tu illi, tamē linque solicitudinē qui eo pergis vbi nō nubitur. Do. Nubet alteri dulcis vxor. Ra. Si meliori nupserit gratulare prosperitati eius quā amasti, sin peiori, gaude saltē, ꝙ ei illi iam notior cariorq; futurus sis. Multę primos viros nosse ac diligere secūdo demū matrimonio didicerunt.

De moriente sollicito, quid post se patriæ euenturum sit. Dialo. CXXIX.

DOL.

Qvid post me de patria mea erit? Ra. Bonorum omnium patria vna est,

& malorum altera, harum cui te ascribi ci-tiuem feceris videto. Tertia.n. patria nulla est, sed diuersorum transitus. Do. Quid de patria mea erit. Ra. Patria illa quam petis vno semper in statu est. Ista quā deseris (qđ sępe iam diximus) non patria sed exilium tuum fuit. Do. Quid patria post me aget? Ra. Regia cogitatio esse solet, quid post se regnis, atq; vrbibus euenturū sit qualē fuisse legis, aut magno illi regi. Assiriæ, aut Romano illi principum maximo, priuatam fortunam hæc cura supereminet. Quando vero ad vltimum sic affectus es vt illam miseriæ officinam, atq; illud hospitium doloris, vbi rapidum vitę tempus, multis in laborib', ne dicas gemitibus exegisti, patriam nūc ēt tuam voces, & vis scire quid actura sit dicam, faciet nempe quod fecit, & quod faciunt aliæ, at quid inquis? tumultuabitur, diffidebit, nouarum reruз sectabitur & partium simultates, mutabit dominos, innouabit leges, vtrunq; sæpe in peius, in melius raro. Calcabit pterea egregios ciues, attollet indignos, pellet immeritos, pdones. grariſ colet, blādos diliget, veridicos oderit, bonos spernet, venerabitur potentes, libertatis hostes adorabit, defensores rei publicę persequetur, flebit ac ridebit inaniter, aurū gēmasq; mirabitur, virtutes abiiciet, amplexabitur voluptates, hi sunt mores vrbium. Nemo tibi nō certus hoꝝ vates fuerit, nisi

qui semp ruri vixerit, vel obtusis auribus, ac oculis vrbes itrauerit. Do. Quid post me patriç accidet. Ra. Quid solicitus, qd ve anxius es, quicquid patriæ acciderit, tua iam domus ab incendijs a furibus a ruinis tuta erit. Nihil ad te pestilens annus, nihil ānus exuberās, nihil çstus, nihil siccitas, nihil imbres, ac grandines, niuesq;, & glacies. & nimiū gelu, nihil ferç vel volucres, nihil bruccus, aut locusta, nihil deniq; terrçmotus, ac fremitus pcellaꝝ, nihil annonç charitas, nihil hostium incursus, aut bella ciuilia. Do. O quis patriæ status erit, seu quis demum finis. Ra. Quis putas? nisi qui maximarū vrbium fuit, quiq; omniū erit puluis, cinis, sparsi lapides, nudum nomen, posses id innumeris argumētis ostendere, sed rē tenes. Ad summā nil ab hoīe fit çternum, nil humanum pter aīam immortale. Cœpta desinent, sita deficient, structa ruent, quid plus çquo angeris, quid çstuas? si in cœlo eris & hoc ipsum & mortalia cuncta despicies. Nā qui ad inferos descēdunt charitate amissa deum, atq; homines, deiq; opa simul atq; hominum odisse, credibile est.

De studio famç in morte. Dialo. CXXX.

DOL.

Quid de me post fata dicent hoies? Ra. Intempestiua solicitudo hoc a iuuētute puisum esse debuit. Qua

tis fere hominum vita talis est fama. Do. Quid de me loquentur? Ra. Quid respondeam, nisi illud doctissimi atq; omnium eloquentissimi Ciceronis. Quid de te alij loquantur ipsi viderint, sed loquentur tn. Sermo autem omnis ille angustijs cingitur his regionum, quas vides, nec vnq; de vllo perennis fuit, sed obruitur hominum interitu & obliuione posteritatis extinguitur. Do. Quid de me dicent homines, qui post me nascentur? Ra. Dicerem aliter ista q; Cicero, si melius dici posse crederem. Quid autem inquit interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te, cum ab his nullus fuerit qui ante te sunt nati? vnum addidit, quod tunc forsan dubitabile forsan falsum, nunc certissimum & absq; vlla prorsus hæsitatione verissimum est. Qui nec pauciores inquit & certe meliores fuerunt viri. Nam quis est (Oro) iam qui dubitet nunquam quales fuerint futuros homines, ita in peius inclinata omnia, ruineq; proxima. Cura ergo mirabilis ignotorum, atq; imparium dicta metuere cum excellentium ac notorum opiniones ac verba contempseris. Do. Quę mihi fama erit extincto? Ra. Facile melior q; viuenti, cui fuerit liuor. Raro.n. vitę hominum superstes inuidia est, vt autem virtus radix est glorię sic deceptrix inuidia, vtq; liuidus polex pśens impedit sic ammotus verę laudis

respexit incrementum, itaq; multis busti tamen inuidiæ inaccessum magnę glorię vestibulum fuit. Do. Quantum me longa manet fama? Ra. Longa forsitan vt vos longũ dicitis, vere autem apud vos nihil est longũ vt vero non modo longa sint omnia, sed æterna, sola virtus efficere potens est, precipueq; iustitia, de qua scriptum est. In memoria ęterna erit iustus, quod vt potuit Poeta noster expressit (vbi ait) Sed famam extendere factis. Hoc virtutis opus. Do. Quali post obitum fama ero? Ra. Quid refert qualis sit, quod mox vel nescies, vel contemnes, quid ad te hominum flatus, dum tu flatu cariturus sis? Spirantem vesci, delectari auris non miror, at defunctũ stupeo. Do. Quid de me post obitum dicetur? Ra. Et quid putas, nisi quod mereberis bonum malum, multum parum, nihil in quibusdam mendax, sed in pluribus verax fama est, alioqui longa vtiq; non est diuturnitatis fundamentum veritas. Ruinosum atq; imbecille mendacium. Do. Qualis mihi post exitum fama erit? Ra. Qualis ante exitum fuit vita, nec minus exitu. De hoc ergo tempus omne pręteritum, sed in primis pręsens hora viderit. sic enim habeto quali quisq; dignus sit fama post mortem nulla re melius q̃; morte censeri, quippe cum multos per omnem vitam inglorios & obscuros, sola (dictu mirabile) mors illustret.

De

DOL.

Sine filijs morior. Ra. Eo Alacrior mori debes, atque expeditior profici sci, nil post tergum linquens quod te vellicet. Ille ingens morientium dolor cessat, ex commiseratione oriens deserendæ prolis, immaturæ præsertim, & paterno præsidio indigentis, per q; ætatem inopiamq; cōsilij & iniurijs, & casibus multis expositæ. Do. Nati quos optabam sperabamq; superstites præcesserunt. Ra. Habes ad quos ire cupias, non a quibus doles abire, non exiguum solamen. Do. Mors acerba filiorum orbus vt moriar cogit. Ra. Hoc si miserum censes, quid est, vel quod orbum mori cogat, vel vixisse coegerit? Cum, vnde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tanta sit copia, eo fortassis obsequētiores, & tui amātiores habiturus, q; quos tuo de sanguine genuisses, quod illos casu quodam, hos certo iudicio quæsiuisti. Filii illi antequam noti, hi autem noti & dilecti & electi antequam filii, itaque totum illi hoc naturæ, hi beneficio tuo imputent, quod filii tui sint, vnde fit vt sæpe hæc, fuerit facta successio cui tuto, non mediocre tantum patrimonium, sed summum imperium crederetur. Nosti, vt Iulius Cæsar prole carens sibi Augustum, ille Tiberium, pene inuitus quidem, vt post, Nerua Vlpius Traianū, ille Ælium Adrianū

vt is rursus Antoniam pium, ille Marcum Aurelium, sibi filium fecit, fecissetq; ille aliquem quemcunque felicius, quam Commodum genuisset, nulli Commodum cunctis incommodum, vnicum tanti patris infortunium, vnumq; ex paucis Romani imperii probrum ingens, atque apertissimum argumentum quanto adoptio sit felicior genitura, quorum primi ex ordine diu ac feliciter imperassent, hic tantorum vestigiis ducum spretis iter deuium ingressus, breui & turpi non imperio, sed tyrannide, cum rempu. foedasset misero quidem, sed se digno fine procubuit, publicumq; ludibrium in se vertit, iam inde praeterea ante hos longe secundum illud fulmen belli punici, malleumq; Carthaginis, Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat, hoc scilicet facto, vt quam vrbem Auus concusserat, hanc nepos eius euerteret, vt Florus ait Historicus. Ex Æmilia in, Corneliam familiam translatus, vtriusque decus, vltimum fateor, non minimum. Ex his vides quod ne tibi, nec principi deesse filius potest, quodque est optimum. Bonis bona non desit electio, quae si adsit talem tibi fortasse filium dabit, qualem non dedisset vxor & vot uus matrimonij effectum coniugalibus expeditus vinclis inuenies, sic naturae defectui lex preuidit. Do. Quomodo nunc domui meae disponam? orbus morior. Ra. Mag

gnam vero pietatis, magnam laudis oblatam tibi(ne respuas)materiam. & quod filijs forsan ingratis ac vel male cumulaturis, vel quoniam vterq; mos est, in vsus pessimos versuris breuiq; omnia profusuris cõferre decreueras confer honestius, confer vtilius, confer stabilius, Pergami quidem Rex Attalus populum Romanum nec egentes certe, & Asiaticis profecto diuitijs corrumpendum testamento sibi heredem fecit, Ego tibi alium populum, quem instituas ostendam. Hinc te amicorum, hinc egentium turba circunstant ex vtraq; tibi filios adoptare permitteris, quorum alij te digressum dulci secum commemoratione detineant, alii te quo pergis pia precum festinatione preueniant, vtq; hic & rogaueris, illic centuplicata reperias: fœnus vberrimũ certissimumq; viaticum iter istud actoris. Do. Morienti mihi nullus est filius. Ra. Quid si multi essent, an ex his tibi seu custodem domus ac pecuniæ, quæ tua certe amplios non erit eligeres? seu in prælio mortis Athletam ipsum quoque mortalem, seu deniq; comitem ad sepulchrum, vltra enim nec te tui quidem comitentur, nec Metellum sui, breuis a lectulo mortis ad sepulchrum via est. Quid refert an hic solus taceas, an ibi, friuolæ prorsus & ineptæ causæ filios optandi. Nam si in illis vt vulgo dicitur seruari ac perpetuari tuum nomen optabas ipse quoque vulgariter fal-

lebaris. Si quidem filiorum obscuritas profecto creberrima nec illustrare ipsa vtique nec seruare paternum potest nomen. At perrara filiorũ claritas, vt ipsos semper filios claros facit, sic parẽtes interdũ vicinitate sua cõtegit obscuratque, quasi minora sol sydera, qđ nusquam euidentius, quam in Iulij Cæsaris patre cognoscitur, quem pene ignotum filij splendor fecit. Et ad summam. Quisquis in filio sui nominis spem reponit rem pertenuem, labilemque in vase fictili locat, ac ruinoso, quodque est inconsultius non suo, rem maioris apud vulgus, quam apud doctos precij neutris tamen contemnendam, sed cum honestius tum certius locandam in suis incorruptibilibus vasis ac solidis in virtute propria, in rebus gestis, in literis. Do. Sine natis morior. Ra. Non sunt in quos tuæ sese spargant curæ, in te versæ omnes quo instructior liberiorque digrediere, te vnum respiciens, te metiens. Sis quam miser, & quam felix moriare, nec incertus moreris, an vel miseriæ sit addendum, vel felicitate detrahendum tuæ, aliena seu turpitudine, seu fortuna, Et si enim alijs aliter videatur in quorum ego sententiam sum pronior, vt magnis tamẽ scimus visum esse philosophis filiorum euentibus imminuitur paterna felicitas. Imbecille bonum quod in crastinum prominet, & pendet ex altero quod si opinionem hanc admittimus. quid hinc sit intelligis, dubitari enim

nequit quin multi felicius obituri fuerint si sine filijs obijssent.

De moriente qui metuit insepultus abijci. Dialogus. CXXXII.

DOL.

IN sepultus abijciar. Ra. A lictibus in uides, an feris, an piscibns. Nam si metuis tibi, baculū seu custodē iuxta te poni iube quo a cadauere depellātur. Do. Ludis in malis meis, nam profecto nil sentiam. Ra. Quid igitur times, quod non sentias. Nam si sentias probes, sentientem enim sepelire necare est. Do. Inhumatus iacebo. Ra. Tu nisi te tellus præsserit illam præmes, te nisi terra contexerit, cœlum teget. Notum est illud Cœlo tegitur, qui non habet vrnam. Illud quoq; notissimum facilis iactura sepulchri, facilis inquā sic, vt nulla facilior. Do. Inhumatus ero, graue dictu. Ra. Dictu nescio, re autem profecto leuissimum, multoq; tolerabilius sepulchro exui, q̄; domo, q̄; lodice, q̄; sagulo. Do. Inhumatus ero, fœdum visu. Ra. Fœdum fortasse alijs, tibi autem nihil minus. Omnem quidem sepulturam non nisi viuorum causa institutam esse, doctorum omnium authoritas & res ipsa consentiūt. Idq; sic esse sepulchrorū species inditio est, quę introrsus inculta, & horrida rude inco

lis suis saxum obijcit exterius multa impen
sa & artificum ingenio elaborata marmore
as spectantibus, atque aureas pretendit ima
gines. Do. Insepultus ero, turpe aspectu. Ra.
Parum ne pro negocij tui habes, ni suscipi/
as alienum? prouideant quos res tangit, hãc
tu enim turpitudinem non videbis. Do. In
sepultus linquar, miserum. Ra. Et magnus
Pompeius tãtus vir Insepultus tacuit immo
nec tacuit, sed, iactatus est fluctibus obru/
tusq;. Neque adeo te delirum reor, vt opi/
nione tua factus ille felicior sit sepulchro,
sicut nec collega eius Marcus Crassus infe/
licior, qp qui eũ sepeliri iuberet nemo affuit.
In reliquis enim pene pares exitu fuere, nisi
qp Crassi caput vt ditissimum, auarissimũq;
omnium decebat auro grauius fuit, serua/
tum tamen vtrumq; ludibrio, nisi forte ter
tius horum collega felicior, qp altissimi atq;
pulcherrimi colossi situs in vertice ostendi/
tur celsa etiam temp'a despectans bello qui
dem fortunatiorem fatear, busto negem.
Sic hoc saxum illo pulchrius fateri oportet
non felicius. Quæ enim ista felicitas non
sentientis, seu saxi, seu saxo abditi? Alio/
qui si sepulchro felix sit nemo felicior Mau
solo. Do. Inhumatus ero. Ra. Inhumati essẽ
sent Paulus Æmilius, & Claudius Mar/
cellus, tales viri, nisi hostis illos infestissi/
mus sepelisset, admiratione virtutis (nisi
fallor) & verecundia victus, non pieta/

te vlla, quæ in illius viri præcordijs nulla fuit, vt sepulturam ego illam pene inuisam futuram ipsis arbiter sepultis, & si eis optio data esset. inhumatos se iacere maluisse. Insepultus quoque Cyrrus iacuit Persaru3 Rex, neque id sibi, neque vter Scythicus infamię fuit, sed cruenti mores, quibus acerrimam illam exprobrationem iniuriamq; promeruit Quid vero nunc singula nuda cadauera colligo, & vel Romanos principes, vel externos reges, non solum sepulchri vltimo & optato quidem sed inani honore spoliatos? quin etiam laceratos discerptosq;, & membratim sparsos vt inuidiosum diceres integro cadauere iacuisse, cum obuersentur animis inhumatarum strages gentium, atque (vt ita dixerim) insepultus orbis, Nempe, cum ipso quem dicebam Cyrro ducenta persarum millia, & cu3 Crasso sexdecim florentissimæ legiones, & ad cannas Romanorum ciuium, ac sociorum octuaginta quinq;, eo amplius millia quinquaginta sex millia pœnorũ, hispanorũ, ligurum, & gallorum ad Metaurũ amnem ipso cu3 duce hostiu3, & ad aquas sextias (id est loco nomen) ducenta Theutonũ, haud procul ab alpibus vtrobiq; duce Mario centũ quinquaginta, vt quidã sunt authores & qui minus dicunt sexaginta nõ ãplios Cimbro millia Insepulta iacuerũt. Apud Philippos &o regũ gentiumq; oium auxilia & italici sanguinis

flos vigorq; (sic placitus superbis) hoc sepulchro carentes Campos ęmonios ferasq; & vultures impinguarunt. Quid ad Egates insulas deleta Carthaginensium classis? Quid Massiliensium ante portus sui hostia, inq; ipso fidelis patrię prospectu? Quid (ne semper Italos labores loquar) classis atheniensium ante vrbem Syracusiam demersa quale habuit sepulchrum? Sileo Salaminas, & Marathones, trecentaq; millia illic fusa Persarum & si alij duplo amplius dicant. Transeo hebreorũ conflictationes, Scitharumq; & Amazonidum Arabumq;, & Parthorũ prelia & Medorum. Prætereo Alexandri Macedonis in oriente victorias, stragesq; illas inermium populorum. Pestes taceo tales sæpe vt cadauer earum licet, abstraxisse parumper pietas fuerit. Incursus quoque serpentum, atq; immanium beluarum, quarũ impetu Dicearchus docet (vt ait Cicero) quędam hominũ genera esse consumpta. Tempestates preterea & cotidiana naufragia. Nã qui flammis pereunt non ęgentes busti dixeris. Omitto furores domesticos intestinãq; discordiam de qua dictum est. Bellum ciuile sepulturam vix ducibus prestare potest, quod de externo verius etiam est bello. Nec ruinas vrbium sequor, Troiæ, Hierosolimæ, Carthaginis, Corinthi, Numantiæ, ac Sagunti, aliarumq; multarum, vbi magna pars ciuium muris oppressa labentibus, &

ſic patriæ cõſepulta eſt. Mitto deniq; terræ motus quibus multi ſæpe mortales obruti, pro ſepulchro totum terræ matris vterum habuerunt, quod cum olim nuper, q̃ crebrũ malum fuerit, diuerſis in locis, nuſquam tamen q̃; in Aſia inſignius vbi duodecim vrbes vno die horrificis terræ hiatibus hauſtę memorantur, hęc tam multa dixerim, vt ridiculum tibi metuꝫ eripiam, qui morte magis damnum metuis ſepulchri, atque illud huic vni corpuſculo deeſſe fers grauiter, qđ tam multis hominum & bellatorum, & quod fuit indignius ſanctiorum inſuper millibus defuiſſe compertum eſt. Do. Defuncto mihi terra negabitur, prædurum. Ra. Non id durum, ſed tu mollis qui nec ſentiens, lędi queas. Do. Mortuo mihi terra negabitur, indignum. Ra. Quid ita illa ne tibi igitur, an tu illi debitus? Atqui terra tibi forſan negabitur non tu terræ, poterit buſtuꝫ tibi caſus aliquis, vel iniuria hoſtilis eripere. Tu e terra veniens in terram redeas oportet, Id tibi domini tui ore prædictum falſuꝫ eſſe non poteſt. Do. Non me gremio tellus teget. Ra. At tu illã teges nudo corpore, qđ ad te plus hoc poſt mortem pertinebit quã nunc pertinet? Vbi olim vnguium aut crinium excrementa, vbi febris eruptum ſanguinem? Vbi deniq; puerilis tunicæ ſeu faſcię infantilis fragmenta dimiſeris an oblitus es Theodori Cyrenei apud Tullium ele-

gans responsum; cui cum Lysimacus Rex mortem crucis(vt auguror)minaretur, istis quęso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest humi ne an sublime putrescat. Te, nisi tellus sinu excipiat ac superficie substinebit, hinc te gramina vestient hinc ornabunt flores, læti hospite, hinc te imbres madefacient, hinc sol vret, hinc glacies stringet, hinc mouebunt auræ & fortasse naturalius fuerit vt compactus ex quatuor elementis corpus in totidem resoluatur. Do. Inhumatus linquor, horridũ auditu. Ra. Opinione horror non in re quandoquidẽ apud alios horridum terra tegi, pulchrum igne consumi, quod maioribus vestris visuꝫ scimus. Apud alios pulchrum a feris, aut canibus laniari, Innumeri de hac re sont gentiuꝫ ritus, quos curiosus a Crispo collectos strinxit Cicero. Tu nuda iacebis humo. Ast illum præmit lapis horridus, illum putres glebæ obruent, illum mersum voluent vnde, illum venti pendulum agitabunt. Grando feriet, lacerabunt corui. Demum præciosissime conditos ac vellatos purpura, vermes rodent. Quid vero habet amplius qui marmore tegitur atqꝫ auro, q̃ꝫ qui flens apud poetaꝫ ait. Nunc me fluctus habet versantq́ꝫ in littore venti? Et si ille erroris publici morem sequens, iniici sibi terrã horret, nisi forte nunc etiam fabulis acquiescis anilibus centuꝫ an

vos errare animas insepultorum hominum circa tartarei amnis ripam, quas sana vtique ac religiosa mens respuit. Do. Bustum mihi patrium eripitur. Ra. Patrius cespes si relinquitur bene est, habes quod tibi Photion vir magnus inuideat quem ciuem de se aliter meritum ingrata Athenarum vrbs defunctũ quoque suis finibus expulit, inaudita crudelitas. Do. Insepultus abiiciar. Ra. Age res tuas, curã hanc relinque viuentibus.

FINIS.

Venetijs per Dominum Bernardinum Stagninum de Tridino Montis ferrati. Anno Domini. M.D.XXXVI.


S
B

